D. CHRISTIANI THEOPHILI KUINOEL

MAGNO DUCI HASSIAE A CONSILIIS INTIMIS EQUITT. ORDINIS MAGNIDUCAL. BENE MERITORUM PRAEFECTI THEOLOG. PROF. ORD. IN ACAD. GISSENSI

COMMENTARIUS

IN

EPISTOLAM AD HEBRAEOS.

LIPSIAE

APUD CAROLUM TAUCHNITZ.

1831.

Professor in Acad. Ienensi primarius, Magno Duci Saxon. Vimar. a consiliis ecclesiae intimis, atque *Winzerus* Theologiae Professor in Acad. Lipsiensi, eccles. cathedralis Misenensis Capitularis, Viri eruditionis laude florentissimi, a quorum doctrinae praestantia luculentus commentarius exspectandus est, ut adeo mea qualicunque opera facile carere possint sacrarum literarum studiosi. In interpretanda autem epistola ad Hebraeos, eandem rationem tenendam putavi, quam in explicandis libris Novi Testamenti historicis secutus sum. Non tantum verba et formulas illustravi, sed inprimis etiam res ipsas et sensum scriptoris indagavi atque exposui. In locis difficilioribus, varias interpretum sententias commemoravi easque examinavi. Rationem denique etiam habui lectionis varietatis, sicubi ea momenti alicuius videretur. Ut hi conatus mei quam plurimum prosint iuvenibus literarum sacrarum studiosis, aliisque qui ampliore librorum apparatu destituti, vel occupationibus praepediti, multa scripta consulere nequeunt, ex animo opto, et si evenerit, impense laetabor.

Scrib. Gisae d. XXIX. Nov. CIↃIↃCCCXXX.

PROLEGOMENA.

Caput I. *De auctore epistolae ad Hebraeos.*

§. 1.

A) *Paulum* epistolae ad Hebraeos conditorem esse habendum, ex recentioribus interpretibus contenderunt: *Spanhemius* in Diss. de auctore ep. ad Hebr., inserta eiusd. Opp. T. 2. p. 171 sqq. *Hallettus* in commentatione de auctore ep. ad Hebr., quam *Wolfius* Volumini III. Curarum suarum inseruit, et *Michaelis* commentario *Peirciano* in ep. ad Hebr. adiecit, notisque auxit. *Wolfius* in Curis Vol. IV. p. 583. *Cramerus* in *Erklärung des Briefs an die Hebr. Kopenhagen Th.* 1. 2. 1757. 4. *Einl. Th.* 1. p. 38 sq. *Christ. Frid. Schmidius* Obss. super ep. ad Hebr. Lips. 1766. 8. p. 10 sq. *Michaelis* in *Erklärung* d. Briefs a. d. Hebr. *Frankfurt* 1780. ed. 2. p. 11 sq. *Noesseltus* Opusc. Halae 1785. Vol. 1. p. 271. *Storrius*, *Pauli Brief a. d. Hebr. erläutert.* Tübing. 1789. 8., *Einl.* p. 1 sq. *Weberus* Progrr. de numero epp. ad Corinth. rectius constituendo P. I—VIII. Viteb. 1798—1806. *Kleukerus über den Ursprung und Zweck d. Apostol. Briefe.* Hamburg. 1799. 8. p. 189 sq. *Hugius Einl. in das N. T. Stuttgart u. Tübing.* 1821. ed. 2. *Th.* 2. p. 424. (sed in ed. 3. p. 492 sqq. ab hac sententia discessit vid. infra §. 5. n. 2.) *Meyerus*, *über die Abfassung des Briefs a. d. Hebr. von Paulus*, in *Ammonii* et *Bertholdti kritisch. Journal der neuest. theol. Literatur* B. 2. St. 3. p. 266 sq. *Sulzbach* 1814. (*Schulthessius*) in *Neuen theolog. Annalen*. Frankfurt Jahrg. 1818. B. 2. p. 753 sq. *Steudelius* in *Bengelii Archiv für die Theologie* B. 4. St. 1. p. 63 sq. Tübing. 1820.

Petrus Hofstede de Groot in Disputat. qua epist. ad Hebr. cum Paulinis epp. comparatur. Trai. ad Rhen. 1826. 8. add. A commentary on the epistle to the Hebrews, by *Moses Stuart* Londin. Vol. I. p. 1828. cf. *Bleekii* censura huius libri in *Ergänzungsblättern d. Hall. Lit. Zeitung* 1830. *St.* 1—4.

Sed fuerunt etiam patrum memoria et nostra aetate plures, qui epistolam ad Hebraeos a Paulo profectam esse negarent, atque eam nunc *Barnabae*, nunc *Lucae*, nunc *Clementi Romano*, nunc *Apolloni*, nunc *Silae*, nunc *ignoto cuidam christiano*, antea Iudaeo, tribuendam esse censerent cf. *Zieglerus* in *Einleitung in d. Brief an d. Hebr. Götting.* 1791. 8. (qui inprimis contra *Storrium* disputavit), *Hänleinius Einleit. in d. N. T.* Th. 1. p. 141. *Erlang.* 1801. *Schulzius Uebersetzung d. Briefs a. d. Hebr. mit Anmerkk. Breslau* 1818. (qui adversus *Meyerum* perite disputavit) *Eichhornius* in *Einleit. in d. N. T. B.* 3. *Zweite Hälfte* (*Leipzig* 1814) p. 453 sq. *Bertholdtus Einleitung in d. A. und N. T.* (*Erlang.* 1819.) Th. 6. p. 2905 sq. *Schmidtius Einleit. in d. N. T.* (*Giesen* 1804.) B. 1. p. 289 sq. *Seyffarthus* de epistolae, quae dicitur ad Hebraeos, indole maxime peculiari. Lips. 1821. *Böhmius* in Commentar. in ep. ad Hebr. Lips. 1825. Praefat. *De Wette Lehrbuch d. historisch kritisch. Einl. in d. N. T.* ed. 2. *Berlin* 1830. p. 291 sq. *Mynsterus kleine theol. Schriften. Kopenhagen* 1825. *Bleekius Versuch einer vollständ. Einleitung in d. Brief a. d. Hebr. Berlin* 1828. *Mynsterus Nachträgliche Bemerkungen üb. d. Verf. des Briefs a. d. Hebr.* in *Ullmani* et *Umbreiti theolog. Studien u. Kritiken* B. 2. Heft 2. p. 223 sq. *Schottus* in Isagoge historico-critica in libros N. F. sacros. Ienae 1830.

§. 2.

Qui *Pauli* hanc epistolam esse statuerunt, ad hanc suam sententiam defendendam argumentis usi sunt cum *externis* tum *internis*. Quae quidem omnia ac singula, ut iterum recocta proferam, necesse, puto, non est; summatim tantum, iudicio meo qualicunque interposito, ea exponam. *α*) Ac primo quidem sententiae suae commendationem petierunt ex 2 *Petr.* 3, 15, 16. Leguntur ibi haec: *Proinde, cum haec exspectetis* (tempus iudicii extremi coll. v. 12. 13.) *curate, ut labis et*

maculae expertes reperiamini ad promovendam vestram felicitatem (al. *per concordiam*), *et domini nostri iudulgentiam vobis salutarem esse existimate. Sicut et Paulus frater noster dilectus vobis scripsit* (np. ut certissima iudicii extremi exspectatione permoti vitae sanctae studeatis), *ut et in omnibus suis epistolis, in quibus de his rebus* (de adventu Christi ad iudicium, de vita futura, ut 1 Cor. 15, 1 sq. 1 Thess. 4, 5.) *loquitur* etc. His igitur verbis Petrum respexisse contenderunt epistolam ad Hebraeos, et cum h. l. contulerunt Hebr. 10, 25 sq. 36 sq. 11, 39. 12, 25 sq. ubi v. not. atque inde porro effecerunt, Paulum epistolae ad Hebraeos auctorem esse, eamque scripsisse ad eosdem ad quos Petrus scripserit h. e. ad christianos antea Iudaeos, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia versantes. At vero inter locos illos ex epistola ad Hebraeos excitatos et Petri locum, partim nulla intercedit similitudo, partim non ea (ut 10, 25 sq. 36 sq. vid. *Pottus* ad 2 Petr. 3, 15.), ut inde colligi possit, Petrum illos epistolae ad Hebraeos locos in mente habuisse. Quocirca interpretes recentiores tantum non omnes, qui posterioris epistolae Petrinae authentiam agnoscunt,*) Petrum deperditam Pauli epistolam respexisse statuunt. Qui vero illam epistolam a Petro profectam esse negant,**) vel in eadem sententia sunt, vel, ut *Griesbachius* vid. eius Opuscc. Acadd. Vol. 2. p. 234 sq. opinantur, Petri l. l. spuriam quoque Pauli epistolam esse excitatam.

β) In subsidium vocarunt etiam *locum Iac.* 2, 24. 25. ubi Rahabae exemplum fidei laudatur, et Iacobum in mente habuisse iudicarunt locum Hebr. 11, 31. vid. *Pottus* in Prolegg. commentario in ep. Iac. praemissis p. 42. *Hugius Einleitung Th.*

---

*) Defenderunt eam *Pottus* Prolegg. *Nietzschius* in libello qui inscriptus est: epistola Petri posterior auctori suo, inprimis contra *Grotium* vindicata. Lips. 1785. 8. *Flattus* in Diss. inscr. genuina sec. Petri ep. origo denuo defenditur. Tubing. 1806. 4. *Dahlius*: de authentia ep. Petrinae posterioris atque Iudae. Rostoch. 1807. 4. *Augustius die Briefe Petri übers. u. erläutert Th.* 2. *Einleit. Hugius Einleit.* Th. 2. p. 513. *Bertholdtus Einl. Th.* 6. p. 3119.

**) Vid. *Schmidtii Einleitung in das N. T. Th.* 1. p. 331. *De Wette Einl.* p. 339. *Guerikii Beyträge zur historisch krit. Einleitung in d. N. T.* p. 175 sq. add. *Eichhornii Einleitung Th.* 3. St. 2. p. 634 sq.

2. p. 315. *Storrius* Opuscc. Acadd. Vol. 2. p. 376. *Mynsterus kleine Schriften* p. 99 sq. Sed vid. quae contra monuerunt *Bertholdtus Th.* 6. p. 3022. *Bleekius* p. 89 sq. Haud dubie Paulo eiusque discipulis, cum docere vellent contra Iudaeos, parente Abrahamo gloriantes, etiam extraneorum fidem Deo probari, luculentum Rahabae fidei exemplum commemorare usitatum erat, neque adeo necesse est, ut statuamus, Iacobum epistolam ad Hebraeos legisse. Quodsi vero etiam concedere vellemus, Iacobum respexisse locum ep. ad Hebr. 11, 31. inde tamen non consequeretur, Paulum esse huius epistolae auctorem; sed hoc tantum inde colligi posset, epistolam ad Hebraeos scriptam esse ante Iacobi obitum (a. 63), quod tamen aliis de caussis, quas h. l. afferre nihil attinet, parum probabile est.

γ) Provocant denique, qui argumentis *externis* evincere volunt Paulum epistolae auctorem esse habendum, ad doctores ecclesiae veteres. *Clemens Romanus*, qui sec. I. vixit, in epistola ad Corinthios saepius formulis utitur, quae in epistola ad Hebraeos occurrunt, et sententias ex ea desumtas, tanquam suas profert. Locos attulerunt *Schmidius* Obss. super ep. ad Hebr. p. 13. *Eichhornius* l. l. p. 474. *Bertholdtus* p. 2959. *Bleekius* p. 92 sq. Sed constitui nequit, utrum Clemens Paulum, an huius Apostoli comitem, an alium doctorem christianum epistolae auctorem habuerit. *Pantaenus*, presbyter Alexandrinus sec. II. Paulo epistolam adiudicat v. Euseb. H. E. 6, 14. et caussam, parum tamen idoneam affert (qua de re infra §. 4. dabitur dicendi locus), cur Apostolus in fronte epistolae nomen suum reticuerit. Videntur ergo illa aetate extitisse, qui propterea Paulo epistolam abiudicarent vid. *Berthholdtus* p. 2914 sq. et infra §. 4. n. 1. de Origenis testimonio notata. *Clemens Alexandrinus* (qui floruit a C. 192) *Pantaeni* discipulus, crebrius quidem epistolam, tanquam Pauli laudat v. *Bleekius* p. 99. *Schottus* Isagoge p. 340. sed statuit Apostolum eam lingua Syrochaldaica conscripsisse, et *Lucam* in Graecum convertisse v. Euseb. H. E. 6, 14. Alia ratione quam *Pantaenus*, propositam quaestionem, cur nullum auctoris vestigium in fronte literarum deprehendatur? expedire studuit vid. infra §. 4. n. 1. *Origenes* (a. C. 230.) *Clementis Alexandrini* discipulus, saepius citat Paulum epistolae ad Hebraeos auctorem, qua-

tuerit Pauli epistolas chamaverat Homil. 7 in Ioh. T. 2. p. 412 Ruaei sed ap. Euseb. H. E. 6, 25 stilum a Pauli scribendi ratione discrepare ait, eo propterea tantum νοήματα epistolae Apostolo tribuit, atque profitetur, soli Deo cognitum esse, a quonam scriptio elaborata sit. Verba sunt: περὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἐν ταῖς εἰς αὐτὴν ὁμιλίαις ταῦτα διαλαμβάνει· ὅτι ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ ἀποστόλου, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τουτέστι τῇ φράσει, ἀλλά ἐστιν ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς ὁμολογήσαι ἄν — τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἄν, ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ ἀποστόλου ἐστίν, ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικὰ καὶ ὥσπερ σχολιογραφήσαντός τινος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Εἴ τις οὖν ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παύλου, αὕτη εὐδοκιμείτω καὶ ἐπὶ τούτῳ. οὐ γὰρ εἰκῇ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλου αὐτὴν παραδεδώκασι. Τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεὸς οἶδεν. Ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία, ὑπό τινων μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν, ὑπό τινων δέ, ὅτι Λουκᾶς, ὁ γράψας τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὰς πράξεις. hi ea interprete Valesio: *denique de epistola ad Hebraeos in Homiliis, quas in eandem epistolam* (Origenes) *conscripsit, ita sentit: stilum epistolae, quae inscribitur ad Hebraeos, carere illa sermonis rusticitate, quae propria est Apostoli, quippe qui rudem atque imperitum se confitetur in sermone, id est in oratione et forma dicendi. Verum epistola illa in verborum compositione maiorem praefert Graeci sermonis elegantiam, ut fatebitur quisquis de stili differentia perite iudicare potest — ego vero ita censeo: sententias quidem ipsas Apostoli esse, dictionem autem et compositionem verborum esse alterius cuiusdam, qui dicta Apostolorum commemorare, et quasi in commentarios redigere voluerit ea, quae a magistro audiverat. Proinde si qua ecclesia hanc epistolam pro Paulina habet, eo nomine laudetur; neque enim temere maiores eam Pauli esse tradiderunt. Quis autem revera illam scripserit, soli Deo notum esse opinor. Sed scriptores quorum monumenta ad nos usque pervenerunt,* partim Clementi, *Romanae urbis episcopo eam adscribunt,* partim Lucae, *qui evangelium et actus*

Apostolorum prodidit. Patet ergo ex his *Origenis* verbis, antiquo tempore diversas fuisse in ecclesia Alexandrina de auctore epistolae sententias, et *Pantaenum*, aliosque qui Paulum literarum auctorem habendum esse statuerent, non traditionem, sed suum iudicium esse secutos vid. *Eichhornius* p. 457. *Bertholdtus* p. 2915. 2927. *de Wette* p. 284. *Bleekius* p. 110 sq. Ecclesia occidentalis, usque ad *Hieronymi* tempora v. *Hieron.* Commentar. in Matth. c. 26. T. 6. p. 58. Catal. scriptt. eccl. c. 59. Paulum harum literarum scriptorem esse dubitabat v. *Schmidtii Einleit. Th.* 1. p. 282. 285. *Bleekius* p. 111 sq. *Irenaeus* Lugdunensis ecclesiae episcopus (a. 177 — 202.) et *Hippolytus* ipsius discipulus, epistolam Paulo abiudicarunt v. *Photius* Bibl. cod. 232. ed. *Bekker.* p. 291. cod. 121. cf. *Zieglerus* l. l. p. 50 sqq. *Bleekius* p. 116 sq. *Tertullianus* (a. 192 — 211.) de pudicitia c. 20. *Barnabae* epistolam adscribit. *Caius* (a. 210.) ecclesiae Romanae presbyter, tredecim tantum Pauli epistolas numerabat, omissa epistola ad Hebraeos, quam Pauli esse negabat v. Euseb. H. E. 6, 20. Hieronymus cat. scriptt. eccl. c. 59.

Initio seculi IV. epistolae ad Hebraeos authentia ab ecclesia orientali agnita est, id quod effecit auctoritas scholae Alexandrinae, quae epistolae, cum orationis forma ad genus scribendi Alexandrinum propius accederet, auctoritatem Pauli apostolicam conciliare studeret v. *Schmidtius* p. 280. 285 sq. *Bertholdtus* p. 2918. — *Eusebius* Caesariensium episcopus (a. 315.) H. E. 3, 25. ubi canonem ecclesiae orientalis illius temporis affert, literas ad Hebraeos tacite in numerum epistolarum Pauli refert, sed 2, 17. 3, 3. eum nominatim literarum ad Hebraeos scriptorem appellat. Traditionem secutus est *Eusebius*, cuius tamen origo non ex aetate apostolica repeti potest, sed quae *Pantaeni* aetatem non superabat v. *Bertholdtus* p. 2917. Et ipse Eusebius tradit, fuisse sua aetate, qui de epistolae authentia dubitarent H. E. 3, 3. τοῦ δὲ Παύλου πρόδηλοι καὶ σαφεῖς αἱ δεκατέσσαρες (ἐπιστολαί). Ὅτι γε μέν τινες ἠθετήκασι τὴν πρὸς Ἑβραίους, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν ἀντιλέγεσθαι φήσαντες, οὐ δίκαιον ἀγνοεῖν *sciendum tamen est, epistolam ad Hebraeos a nonnullis ideo esse repudiatam, quod dicerent, eam ab ecclesia Romana pro Paulina non haberi.*

Cum *Hieronymus* et *Augustinus* eorum sententiae fave-

rent, qui a Paulo epistolam profectam esse statuerent, factum est, ut etiam ecclesia occidentalis eam Paulinis annumeraret. *Hieronymus* (denat. a. C. 420.) qui per longum tempus in Aegypto, Palaestina, aliisque Orientis regionibus vixerat, secutus auctoritatem ecclesiae orientalis, saepius in scriptis suis epistolam tanquam Paulinam laudat, neque tamen ipsius persuasio de epistolae authentia satis firma ac certa fuisse videtur. Age nonnullos locos ex ipsius scriptis afferamus. In ep. ad Pammach. T. 2. p. 458. scribit: *Iephte, inter viros sanctos Apostoli voce numeratus, meretricis est filius.* Comment. in Ies. c. 7. T. 4. p. 28. *nequaquam multifarie*, iuxta Paulum Apostolum, *et multis modis loquetur Deus.* Adv. Iovinian. Lib. 1. c. 3. T. 2. p. 323. *audiant* Paulum *loquentem: adolescentiores viduas volo nubere, filias procreare* (1 Tim. 5, 14.); *et: honorabiles nuptiae et cubile immaculatum* (Hebr. 13, 4.); *et: mulier allegata est viro, quamdiu vivit vir eius* (1 Cor. 7, 39.) etc. ep. ad Dardan. 129. T. 3. p. 732. *Illud nostris dicendum est,* hanc epistolam quae inscribitur ad Hebraeos, *non solum ab ecclesiis* Orientis, sed ab omnibus retro ecclesiasticis Graeci sermonis *scriptoribus* quasi Pauli Apostoli *suscipi*, licet plerique eam vel Barnabae vel Clementis arbitrentur; *et nihil interesse, cuius sit, cum ecclesiastici viri sit, et quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Quodsi eam* Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, *nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsin Iohannis eadem libertate suscipiunt; et tamen nos utraque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque abutuntur testimoniis, non ut interdum de apocryphis facere solent (quippe qui et gentilium literarum raro utantur exemplis), sed quasi canonicis.* Ep. 125. ad Evagrium T. 3. p. 705. *praeterea plenius esse tractatum in epistola* ad Hebraeos, quam omnes Graeci recipiunt, et nonnulli Latinorum, *quod iste Melchisedec, i. e. rex iustus, rex fuerit Salem. Affirmat autem Apostolus* etc. Commentar. in Ies. c. 57. T. 4. p. 189. *Mons autem sanctus Dei ille intelligendus est, de quo* ad Hebraeos loquitur, qui scribit epistolam; *accessistis ad Sion* etc. (Hebr. 12, 22.). In Amos. c. 8. T. 5. p. 121. Quod, quicunque est ille qui ad Hebraeos scripsit epistolam,

disserens ait: quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iuravit per se ipsum (Hebr. 6, 13.). In Ier. c. 31. v. 31. T. 4. p. 298. *Hoc testimonio*, Apostolus Paulus, sive quis alius scripsit epistolam, *usus est* ad Hebraeos.

Augustinus episcopus Hipponensis (denat. a. 430.) de peccatorum meritis et remissione Lib. 1. c. 27. (ed. Antw. 1700 sq. fol.) T. 10. p. 18. scribit: *ad Hebraeos quoque epistola*, quamquam nonnullis incerta sit, *tamen quoniam legi, quosdam huic nostrae de baptismo parvulorum sententiae contraria sentientes, eam quibusdam opinionibus suis testem adhibere voluisse*, magisque movet auctoritas ecclesiarum orientalium, *quae hanc quoque in canonicis habent, quanta pro nobis testimonia contineat, advertendum est.* Id. de doctrina christiana Lib. 2. c. 8. Opp. T. 3. P. 1. p. 18. *Tenebit igitur* (divinarum scripturarum indagator) hunc modum in scripturis canonicis, *ut eas*, quae ab *omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis, praeponat eis, quas quidem non accipiunt; in eis vero, quae non accipiuntur ab omnibus, praeponat eas, quas plures gravioresque accipiunt, eis, quas pauciores minorisve auctoritatis ecclesiae tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc facile inveniri non possit, aequalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Totus autem* canon scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, *his libris continetur: quinque Moyseos* etc. *His quadraginta quatuor libris testamenti veteris terminatur auctoritas. Novi autem: quatuor libris evangelii, secundum Matthaeum* etc. quatuordecim epistolis Pauli Apostoli, *ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad Timotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem*, ad Hebraeos, *Petri duabus* etc. In synodo Carthaginiensi a. 397. et 419. epistola ad Hebraeos in numerum librorum canonicorum recepta est v. *Mansi* Concil. collect. T. 3. p. 924. add. p. 891. T. 4. p. 430. Ex iis quae hactenus de testimoniis doctorum ecclesiae veterum disputavimus, satis perspicue patet, veteres iam incertos dubiosque de Paulo epistolae auctore haesisse, et antiquitatis testimonia, quae pro Paulo afferuntur, non tam traditione, quam potius coniectura niti.

§. 3.

Qui *Paulo* literas ad Hebraeos *vindicare* studuerunt, usi sunt etiam *argumentis ex ipsa epistola desumtis.* 1) Paulum Romae captivum hanc epistolam scripsisse colligunt ex 10, 34. ibi scriptoris captivitatem memorari aiunt; sed pro δεσμοῖς μου legendum est δεσμίοις vid. ibi notata. Provocant etiam ad 13, 24. ubi epistolae conditor lectores rogat, velint Deum precari, quo citius ipsis restituatur. Sed verba ipsa in se spectata, neutiquam nos cogunt, ut ea de captivitate scribentis explicemus; multimodis enim impediri potuit, quo minus ad lectores reverteretur, neque omnino de reditione, sed de celeritate illius sermo est, et vix ac ne vix quidem tam confidenter promisisset, se ad illos cum Timotheo (v. 23.) rediturum esse, si tantum sperasset, se e vinculis liberatum iri. Afferunt etiam interpretes illi, quo suam sententiam tueantur, locum 13, 24. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ Ἰταλίας, sed conf. quae in hunc locum commentati sumus, et Prolegg. cap. 3. 2) Aliud argumentum inde repetunt, quod 13, 23. *Timothei* mentio facta sit, sed vid. not. ad 13, 23. add. *Zieglerus* l. l. p. 248. *Eichhornius* p. 459. *Bertholdtus* p. 2915 sq. 3) Contenderunt etiam magnam intercedere inter hanc et Pauli epistolas similitudinem quoad sententias, formulas et singulas voces. Huius generis loci sunt Hebr. 1, 2. (coll. Col. 1, 15. 2 Cor. 4, 4. Eph. 1, 20.). 2, 8. (Eph. 1, 22. 1 Cor. 15, 27.). 2, 10. (Rom. 11, 36.) 14. (1 Cor. 15, 54. 55. 57.). 4, 16. (Eph. 3, 12.). 5, 12. 13. (1 Cor. 3, 1. 2.) 9, 14. (1 Thess. 1, 9.) 10, 12. 13. (1 Cor. 15, 25.). 11, 11. 12. (Rom. 4, 19.). 12, 14. (Rom. 14, 19. 12, 18.). 13, 4. (1 Thess. 4, 3.). Plures locos afferre, nec iuvat nec opus est, cum eos diligenter notarint praeter *Spanhemium* de auctore ep. ad Hebr. p. 171 sqq. 276 sq. *Schmidium* Obss. super ep. ad Hebr. p. 18. *Cramerum Einleit. in d. Brief* p. 69 sq. *Carpzovium* Prolegg. p. 76. *de Groot* l. l. et *Bleekius* p. 316 sq. Ex hac vero similitudine nequaquam colligi potest, Paulum epistolae auctorem esse habendum. Religionis oeconomia Mosaica umbram tantum, σκιάν, futurorum bonorum continere dicitur 10, 1. comminationes divinae Hebr. 4, 12. Eph. 6, 17. comparantur cum gladio; Hebr. 5, 13. 14. religionis elementa cum lacte, doctrinae solidiores cum cibo firmiore con-

feruntur; qui ampliores in religione progresssus fecerunt vocantur adulti, qui ad intelligentiam accuratioris et subtilioris rerum divinarum scientiae nondum praeparati sunt, dicuntur infantes; his iisdem autem imaginibus, formulis et vocibus usus est Philo v. *Carpzovius* Exercitt. l. l. In Melchisedeco, ut observavit *Carpzovius* Prolegg. p. 102. congruunt Philonis et ep. ad Hebraeos auctoris narrationes. De templi ac tabernaculi vasis atque ornatu, vocabulis uterque similibus exponit. Historiae sacrae de Abelo, Henocho, Noacho, Abrahamo, Sara, et totum cap. 11. ep. ad Hebr. in Philone habentur, iisdem saepe, quibus epistolae conditor enuntiavit, verbis. Convenit igitur epistolae auctor in imaginibus, formulis et vocibus etiam cum aliis illius aetatis scriptoribus, neque adeo ex hac convenientia scriptoris nostri cum Paulo effici cogique potest, Paulum epistolam ad Hebraeos exarasse vid. *Eichhornius Einl.* p. 460 sq. et quae disputavimus §. 5. 2. β) δ). Magna intercedit in singulis locis inter primam epistolam Petri et Paulinas, quin maior quam inter nostram et Pauli epistolas similitudo vid. *Eichhornius* l. l. p. 610. *Hugius Einl.* Th. 2. p. 495. *de Wette Einl.* p. 328 sq. ed. 2. nemo autem contendit Paulum scripsisse primam epistolam Petri. Verissime *Camero* Quaest. II. in ep. ad Hebr. scribit: *aiunt, quaedam reperiri in hac epistola, quae in aliis Pauli scriptis fere eadem habentur. Quid tum postea? sane in duobus capitibus prioribus epistolae Petri prioris plura reperies, quae sunt eadem, quae dixit Apostolus Paulus, quam in tota hac epistola. Ergone ideo Paulina etiam est?*

§. 4.

Qui Paulo epistolam ad Hebraeos abiudicandam censuerunt, ad hanc suam sententiam stabiliendam et confirmandam argumentis usi sunt potissimum his: 1) Deest inscriptio et salutatio in reliquis epistolis Pauli solennis. Ad hanc difficultatem removendam varias vias ingressi sunt et patres ecclesiastici, et recentiores interpretes. *Pantaenus* (v. *Zieglerus* l. l. p. 25. *Storrius Einl.* p. 89. *Eichhornius* p. 512. not. c. *Bleekius* p. 96.) teste *Clemente Alexandrino* ap. Euseb. H. E. 6, 14. opinatus est, Paulum modestia et erga Christum reverentia ductum, nomen suum reticuisse, quod non fuerit legatus constitutus ad doctrinam Christi tradendam Hebraeis, sed gentilibus;

scripsisse autem ad Hebraeos, quod ipsi necessarium visum esset, etsi hoc non postularit muneris officium. Verba sunt: ἤδη δὲ, ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος (Pantaenus), ἐπεὶ ὁ κύριος, ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον, διά τε τὴν πρὸς τὸν κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον. *Clemens Alexandrinus* ap. Euseb. H. E. 6, 14. caussam omissi in limine literarum nominis affert hanc, quod Paulus sciverit, se Hebraeis esse suspectum, ne lecto ipsius nomine, omnem scriptionem spernerent: μὴ προγράψαι δὲ τό· Παῦλος ἀπόστολος, εἰκότως· Ἑβραίοις γάρ, φησιν, ἐπιστέλλων πρόληψιν εἰληφόσι κατ' αὐτοῦ καὶ ὑποπτεύουσι αὐτὸν συνετῶς οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέστρεψεν αὐτοὺς τὸ ὄνομα θείς. *Hieronymus* in Catal. scriptt. eccl. c. 5. *quia Paulus scribebat ad Hebraeos et propter invidiam sui apud eos nominis titulum in principio salutationis amputaverat.* Sed in Comment. in Gal. 1, 1. T. 6. p. 120. scribit: *in epistola ad Hebraeos propterea Paulum solita consuetudine nec nomen suum, nec Apostoli vocabulum praeposuisse, quia de Christo erat dicturus: habentes ergo principem sacerdotum et Apostolum confessionis nostrae Iesum; nec fuisse congruum, ut ubi Christus Apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur. Augustinus* expositio ep. ad Rom. §. 11. T. 3. P. 2. p. 678. — *epistola quam ad Hebraeos scripsit, ubi principium salutatorium de industria dicitur omisisse, ne Iudaei, qui adversus eum pugnaciter oblatrabant, nomine eius offensi vel inimico animo legerent, vel omnino legere non curarent, quod ad eorum salutem scripserat; unde nonnulli eam in canonem scripturarum recipere timuerunt. Theodoretus* Opp. T. 3. p. 543. Argum. ep. τοῖς μὲν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσιν ἐπιστέλλων, καὶ τὴν προσηγορίαν προστέθεικεν, ὡς διδάσκαλος μαθηταῖς ἐπιστέλλων. Ἑβραίοις δὲ γράφων, ὧν οὐκ ἐνεχειρίσθη τὴν ἐπιμέλειαν, γυμνὴν τῶν ἀξιωμάτων εἰκότως τὴν διδασκαλίαν προσήνεγκεν *cum scriberet* (Paulus) *ad eos qui crediderunt ex gentibus, et nomen adiecit, et apostolicam dignitatem addidit* (sed v. Phil. 1, 1. Philem. 1, 1. 1 Thess. 1, 1. 2 ep. 1, 1.) *ut doctor et magister scribens ad discipulos. Ad Hebraeos autem scribens, quorum non erat sibi cura credi-*

ta, merito nudam honoribus doctrinam tradidit. Vereor ut hae rationes satis graves reperiantur. Ex recentioribus tamen in sententiam *Clementis Alexandrini, Hieronymi* et *Augustini* discesserunt *Schmidius* Obss. p. 20. *Hugius Einl.* p. 445. *de Groot* p. 208. 218. atque statuerunt, Paulum non praefixisse epistolae nomen suum, quod tanto in eum arderent odio Iudaei omnes et cum iis facientes, ut non lecturi fuissent epistolam ipsius nomen praeferentem; ad calcem autem adiecisse talia e quibus coniicere potuissent lectores christiani, antea Iudaei, Paulum illius esse auctorem, quia perlecta epistola, eius auctorem iis scire liceret, imo prodesset, cum ita certiores facti essent, eam habere auctoritatem apostolicam. Verum talem calliditatem a Pauli persona alienam fuisse, et parum probabile esse, eum qui pertulisset epistolam, eius auctorem ignorasse, nec christianos, antequam ea recitaretur, de auctore percunctatos esse, recte animadvertit *Bleekius* p. 298 sq. *Schulthessius* in *Neuen theol. Annalen Jahrg.* 1818. p. 761. initium epistolae deperditum esse suspicatur. *Steudelius* in *Bengelii Archiv Th.* 4. p. 87. inscriptionem et salutationem ideo omissam esse putat, quod haec scriptio, non tam epistola, quam potius commentatio sit, et is qui eam pertulisset, omissa coram supplere potuerit; aut quod huic commentationi addita fuerit epistola. Equidem *Böhmio* adstipulor, qui epistolae auctorem inscriptionem propterea omisisse statuit: „quod voluerit, ut statim occuparet lectorum animos, rhetorice magis, quam familiariter epistolae suae initium facere.“ vid. *Böhmius* ad 1, 1. Praefat. p. 10. Utut sit, argumentum ab omissa inscriptione desumtum, parum ponderis habet; etiam prima Iohannis epistola inscriptione caret. cf. infra Prolegg. c. 4. notata.

2) Cap. 2, 3. epistolae conditor se inter eos numerat, qui non a Christo, sed ab Apostolis doctrinam salutarem accepissent. At Paulus, acerrimus dignitatis suae apostolicae defensor, nusquam se Apostolorum discipulum profitetur, iis potius se annumerat, et doctrinam evangelii per Christi institutionem singularem se accepisse, disertis verbis affirmat v. Gal. 1, 1. 11. 12. 2, 6. 1 Cor. 9, 1. 11, 23. 2 Cor. 12, 1 sqq. Eph. 3, 2. Iam plerique qui Paulum hanc epistolam scripsisse contendunt, ut ex hac difficultate sese exsolvant, statuunt Apostolum etiam

h. l. ut v. 1. et 3. init. oratione communicativa, quam dicunt, usum esse ut adeo ἡμᾶς positum sit loco pronominis ὑμᾶς. Verum haec orationis figura adhiberi quidem potest in cohortationibus, sed non in sermone historico. Alii male ac perperam, repugnante orationis serie, εἰς ἡμᾶς explicuerunt, *ad nostra tempora*. Conf. omnino *Bleekius* l. l. p. 285 sqq. qui copiose et docte utramque locum interpretandi rationem refutavit.

3) Haud leve deprehenditur discrimen inter hanc epistolam atque Paulinas, quod attinet res pertractatas, modumque tractandi, inprimis argumentandi rationem, orationis formam et dictionem. α) Diverso modo Paulus et harum literarum scriptor usi sunt vocabulo πίστις. Est quidem πίστις utrique ea animi pia affectio, qua gratiae Dei confidimus, et certissime speramus, eum promissa servaturum esse. Sed Paulus loquitur de fide in Christo eiusque morte collocata, qua homines Deo probantur, eamque ἔργοις νόμου opponit. Nostro autem scriptori πίστις per quam homines Deo probantur, omnino est fiducia certa in Deo eiusque promissionibus reposita vid. 11, 1. 8—19. Ita quidem Paulus et huius epistolae auctor non disiuncta et contraria docent, sed tantum πίστιν ab alia parte spectant. Quodsi vero Paulus hasce literas scripsisset destinatas christianis antea Iudaeis, qui patriae religionis amore tenerentur, et ad defectum a doctrina christiana proni essent, cum Iudaei ἔργοις νόμου confiderent; haud est dubium, quin verba facturus fuisset de illa πίστει opposita ἔργοις νόμου, quam in epistolis suis commendat et praedicat. Paulus in epistolis suis Christi in vitam reditum tanquam rem maximi momenti proponit, et resurrectionis atque mortis Christi quam saepissime coniunctim mentionem facit; harum autem literarum scriptor Christi in vitam revocationem obiter tantum commemorat v. 13, 10. et inprimis Christi mortem eiusque sacerdotium celebrat. Paulus saepius disserit de Christo iudice, de regno Satanae, de corporum resurrectione; haec qui has exaravit literas leviter tantum attigit v. 9, 28. 2, 14. 6, 2. Paulus nusquam Christum sacerdotem summum appellavit; qui has literas scripsit eum hoc nomine insignit, eique tribuit sacerdotium coeleste, aeternum; neque Paulus Christum nominavit ἀπόστολον, quo nomine eum huius epistolae auctor nuncupat. c. 3. β) Inter-

pretationis allegoricae,*) qua quae in libris V. T. simpliciter scripta aut narrata sunt, ad alium, eumque sublimiorem sensum transferuntur, vestigia nonnulla in scriptis Pauli reperiuntur v. 1 Cor. 10, 1 sqq. Gal. 4, 24 sq. neque enim insolens erat hoc docendi et argumentandi genus Iudaeorum magistris; sed harum literarum auctor studiosissime sectatur allegoricam interpretationem, et typis (vid. not. ad 9, 8!) tantum non omnia, quae de Christi sacerdotio dicenda habet, superstruit. Hoc autem typorum et allegoriarum studio inprimis ducebantur Philo atque Iudaei Alexandrini, et noster accurate cum Philone convenit in allegoriis, typis, et locutionibus, ut demonstrarunt *Schulzius* p. 266 sqq. *Eichhornius Einleit. Th.* 3. *B.* 2. p. 442 sq. et *Carpzovius* in Exercitt. Philon. p. 91. add. supra §. 3. not. γ) Subtilitate dialectica Paulus scriptorem nostrum superat, qui magis rhetorem agit, et cuius oratio multis pigmentis colorata est cf. 12, 1 sq. 18—24. δ) Diversa est harum literarum scriptoris V. T. locos, quos ad rem suam accommodat, excitandi ratio, ab ea quae in Pauli scriptis deprehenditur. Versatus est noster in his laudandis locis ita, ut eos ex versione Alexandrina peteret, etiamsi textui Hebraico non accurate responderent v. *Bleekius* p. 364. Paulus quidem plerumque etiam sequitur versionem Alexandrinam, sed saepius, cum ea a textu Hebraico recedit, textus rationem habet v. *Seyffarthus* p. 128. *Bleekius* p. 351 sqq. neque, ut noster, versione Graeca, si verba eius a verbis Hebraicis diversa sunt, ita utitur, ut ex iis argumentetur v. 10, 5 sq. 39. *Bleek.* p. 18 sq. 21 sq. *Schottus* p. 351. Sunt etiam nostro V. T. effata citandi formulae peculiares ac propriae, ut λέγει τὸ πνεῦμα 3, 7. μαρτυρεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον 10, 15. scribit etiam simpliciter (Θεὸς) εἶπε 1, 5. λέγει 1, 6. 8, 8. εἴρηκε 1, 13. 4, 4. Paulus plerumque utitur formulis γέγραπται, ἐγράφη, ἡ γραφὴ λέγει, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καθὼς γέγραπται vid. *de Wette* p. 297. *Bleek.* p. 376 sqq. *Schottus* p. 352. laudat etiam noster effata V. T. tanquam a

---

*) De interpretatione allegorica conferre iuvabit, quae disputarunt *Eichhornius Allgem. Biblioth. d. bibl. Literatur B.* 5. p. 222 sq. *Morus* in Acroas. Acadd. super Hermeneutica N. T. p. 200 sq. p. 205 sq. ibique *Eichstädtius.*

Dei filio prolata v. 2, 11. 13. 10, 5. 8 sq. ε) Pauli qui sensibus vehementioribus afficiebatur, oratio concitatior est, crebro turbata, verbosior, negligentior. Epistolae ad Hebraeos auctor animo sedatiore scribit, longe purior est et politior oratio Graeca huius epistolae quam epistolarum Paulinarum, prodit scriptoris ingenii conformationem Alexandrinam eumque diligentem scriptorum Philonis fuisse lectorem v. *Bleekius* p. 324 sq. add. quae supra (lit. β) disputavimus. Errarunt tamen nonnulli viri docti in eo, quod in nostro scriptore fere omnia exigere voluerunt ad normam diligentissimorum Graeciae scriptorum veterum, neque enim haec epistola Hebraismis caret. ζ) Differunt inter se Pauli et auctoris nostrae epistolae stilus, quoad locutiones et singula verba. Provocant hanc in rem interpretes ad ἅπαξ λεγόμενα, quae in hac epistola occurrunt v. *Seyffarthus* l. l. p. 29 sqq. Sed levioris ponderis hoc argumentum est. Etenim etiam in libris caeterorum N. T. scriptorum eiusmodi voces comparent, nominatim in Pauli epistolis, quae in aliis eorundem auctorum scriptis non reperiuntur.*) Gravius hoc est: 1) reperiri in hac epistola verba, a Paulo alio significatu usurpata v. *Bertholdtus* p. 2939. *Schulzius* p. 149 sq.; 2) voces et formulas pro quibus Paulus de eadem re loquens, et eum eandem notionem exprimere vult, aliis uti solet v. *Bertholdtus* p. 2938. quo pertinet vocabulum μισθαποδοσία 2, 2. 10, 35. 11, 26. pro quo Paulus utitur voce μισθὸς, quae apud nostrum non legitur; voc. δῶρον de sacrificiis 5, 1. 8, 3. 4. 9, 9. 11, 4. quod nusquam Paulus usurpat, sed eius loco ponit vocc. προσφοραὶ, θυσίαι. Alia exempla plura attulerunt *Schulzius* p. 138 sqq. *de Wette* p. 289 sq. *Bleekius* p. 336. et *Schottus* p. 354 sq. Notant etiam Paulum designare Christum formulis: ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν, nostrum vero formulis: ὁ Ἰησοῦς 2, 9. 3, 1. 4, 14. etc. Χριστὸς 3, 6. 14. 5, 5. 6, 1. etc. ὁ κύριος 2, 3. 7, 14. 12, 14. bis tantum verbis Ἰησοῦς Χριστὸς 10, 10. 13, 8. 21. semel ὁ κύ-

*) De hac re operae pretium est legere, quae observarunt *Plankius* in *Bemerkungen über d. ersten Brief an Timotheus in Beziehung auf das krit. Sendschreiben des Hrn. Prof. Schleiermacher. Götting.* 1808. *Bertholdtus* l. l. p. 2938. 3527 sqq.

ριος ἡμῶν Ἰησοῦς 13, 20. v. *Seyffarthus* p. 86 sqq. 3) voces nostro proprias et quasi familiares a Paulo nusquam aut raro adhibitas, εἶτα, δήπου, ὡς ἔπος εἰπεῖν (formula Philoni frequens vid. not. ad 7, 9.). 4) desiderari in hac scriptione locutiones Paulo usitatas et solennes, ut οὐκ οἴδατε, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, τί οὖν; τί οὖν ἐροῦμεν; ἀλλ' ἐρεῖ τις, μὴ γένοιτο etc. v. *Schulzius* p. 157 sq. Hae fere sunt rationes, ab iis qui Paulo epistolam abiudicandam censuerunt allatae, easque, saltem maximam partem, gravissimas esse, facile sentiet, qui rem nulla impeditus cupiditate reputaverit.

§. 5.

B) Hinc variae omni tempore de epistolae auctore sententiae prolatae sunt. 1) *Barnabam* epistolam hanc scripsisse, fuit multorum veterum ecclesiae doctorum sententia, haud paucos etiam ex recentioribus adstipulatores nacta, in his *Cameronem* in Myrothecio Evangelico. Genev. 1623. *Schmidtium* in *Einleitung in d. N. T. Th.* 1. p. 289 sq. *Ullmanum* in *Theologisch. Studien und Kritiken* B. 1. Heft 2. p. 377 sq. Sed haec sententia nonnisi coniectura niti videtur. Scilicet Barnabas, unus ex LXX Christi discipulis, cuius meminit Lucas Act. 4, 36. 11, 22 sq. 12, 25. 13, 1. 2. 43. 14, 12. 15, 2. aliquamdiu Pauli familiaris et comes, gentilium doctor (v. *Eichhorn.* p. 467.) et haud dubie etiam Timothei, Pauli comitis, cuius in epistola ad Hebr. 13, 23. ubi v. not. mentio facta esse credebatur, amicus fuerat. Extabat praeterea Barnabae epistola.*) In hac epistola, ut in epistola ad Hebraeos disseritur de abro-

---

*) Epistolae Barnabae authentiam defenderunt *Rosenmüllerus* in Hist. interpret. librr. S. S. Vol. I. p. 42. *Münscherus christl. Dogmengesch. Th.* 1. p. 121. ed. 2. *Schmidtius* in *Kirchengesch.* Th. 1. p. 416. *Gieseler Kirchengesch.* B. 1. p. 113. *Hemsenius die Authentie der Schriften des Evangelist. Joh.* p. 14 sq. *Henkius* in diss. de epistolae quae Barnabae tribuitur authentia. Ienae 1827. 8. *Rördam* de authentia ep. Barnabae. Partic. prior. Hafniae 1828. 8.; impugnarunt eam *Langius* in *ausführl. Geschichte d. Dogmen d. christl. Kirche Th.* 1. p. 59. *Neander Kirchengesch.* B. 1. Abth. 3. p. 1100. *Ullmanus* l. l. p. 382 sq. *Twestenius Dogmatik* Th. 1. p. 104. *Mynsterus* in *Ullmani Studien* Th. 2. Heft 2. p. 327.

gatione cultus Levitici, et reprehenduntur ii, qui ritus Mosaicos cum religione christiana coniungendos putabant. Iam cum veteres ecclesiae doctores scribendi genus in epistola ad Hebraeos differre viderent a dictione Paulina, in eam sententiam devenerunt, ut epistolam ad Hebraeos Barnabae assignandam esse censerent. Ac *Tertullianus* quidem primus fuit, qui Barnabam epistolae auctorem nominatim appellaret, de pudicit. c. 20. neque tamen traditione fultus v. *Eichhorn.* p. 467. *Origenes* ap. Euseb. H. E. 6, 25. memorat quidem, scriptores veteres epistolam nostram partim *Clementi Romano*, partim *Lucae* adscribere, sed traditionem, quae eam *Barnabae* adscripserit, ignorat; et *Hieronymus* in catal. scriptt. eccl. c. 5. scribit: *epistola quae fertur ad Hebraeos, non eius* (Pauli) *creditur, propter stili sermonisque distantiam, sed vel* Barnabae iuxta Tertullianum, *vel Lucae evangelistae iuxta quosdam* etc. add. ep. ad Dardanum 129. T. 3. p. 732. vid. supra c. 1. §. 2. lit. γ). Desideratur ergo argumentum historicum, quo confirmetur sententia eorum, qui Barnabam harum literarum auctorem esse contendunt, nec alia suppetunt idonea, quae loco illius valeant. Quodsi enim epistola Barnabae nomine inscripta cum epistola ad Hebraeos comparatur, tanta inter utramque deprehenditur diversitas, quod rerum pertractationem et scribendi genus attinet, ut maior non possit cf. omnino *Eichhornius* p. 468. *Bertholdtus* p. 2901. 2950 sq. *Bleekius* p. 415 sqq. *Mynsterus* l. l. p. 327 sq. *kleine Schriften* p. 110 sq. et *Schottus* in Isagoge p. 362. Obstat inprimis etiam coniecturae illi de Barnaba literarum ad Hebraeos auctore, scriptoris epistolae ad Hebraeos oratio oratoria. Etenim Act. 14, 12. non Barnabae, sed Pauli memoratur eloquentia; neque Act. 11, 24. ubi Lucas Barnabae laudes praedicat, ab eloquentia laudatur.

2) Fuerunt etiam qui *Lucae* Evangelistae epistolam vindicarent; qui tamen in diversas partes discesserunt. Clemens Alexandrinus v. Euseb. H. E. 6, 14. Paulum epistolam Hebraice scripsisse, Lucam in Graecum sermonem eam convertisse statuit. Sed vid. infra Proleg. c. 3. not. Origenes contra apud Euseb. H. E. 6, 25. censet: *sententias quidem ipsius Apostoli esse, dictionem autem et compositionem alterius cuiusdam, qui quasi in commentarios redigere ea voluerit, quae*

a magistro audiverat. Scriptores autem veteres, ait, *eam partim* Clementi, *partim* Lucae, *qui evangelium et actus App. literis consignavit, adscribere.* Philastrius (a. 380.) de haeresibus c. 89. ed. *Fabric.* scribit: *sunt alii quoque, qui epistolam Pauli ad Hebraeos non asserunt esse ipsius, sed dicunt aut* Barnabae *esse* Apostoli, *aut Clementis de urbe Roma episcopi. Alii autem* Lucae Evangelistae *aiunt.* Explicatu facile est, qui factum sit, ut Patres illi a Luca hanc epistolam profectam esse coniicerent. Fuerat Lucas Pauli comes et socius; erat multorum veterum ecclesiae doctorum opinio, Paulum esse auctorem Evangelii Lucae, Lucam nimirum ea quae a Paulo accepisset, literis consignasse vid. Commentar. nostr. in Luc. Prolegg. p. 231. 237. ed. 3. et cum Lucas ipse Ev. 1, 3. profiteatur, se in conscribendis de rebus Christi commentariis suis, consuluisse qui ab initio testes oculati rerum gestarum fuissent, atque huic professioni consentanea sint ea, quae Hebr. 2, 2. leguntur; cum praeterea illi doctores veteres, auctoris epistolae scribendi rationem, a stilo et oratione Pauli discrepare viderent: in eam opinionem devenerunt, ut epistolam ad Lucam auctorem referendam esse putarent. Ex recentioribus *Grotius* (qui consentientem secum nactus est *Köhlerum* in *Versuch über die Abfassungszeit d. epistol. Schriften im N. T.* Leipz. 1830. 8. p. 205 sq.) instituta comparatione dictionis quae in hac epistola deprehenditur cum Lucae scribendi ratione, hanc sententiam comprobare studuit. Collegit hanc in rem nonnullas voces et formulas, quae in hac epistola occurrunt, et in Lucae commentariis reperiuntur, sed in Pauli epistolis non leguntur. At vero quid inde efficitur? plures etiam formulae in hac epistola comparent, a quibus Lucas abstinuit, et quibus Paulus usus est. Pauca illa verba etiam ab aliis illius aetatis scriptoribus usurpari potuerunt. Refutarunt *Grotium*, *Hallettus* in Diss. supra §. 1. laud. (v. *Peircii* Comment. in ep. ad Hebr. p. 13. ed. *Michael. Wolfii* Cur. T. 3. p. 828.) *Wetstenius* T. 2. p. 386. et *Schottus* Isagog. in librr. N. F. p. 363. cf. etiam *Eichhornius* l. l. p. 464 sq. Lucam Graecum epistolae interpretem fuisse, quam Paulus Syrochaldaico sermone scripsisset, contendit *Hugius Einleit.* §. 149. ed. 3.

3) Ex locis e scriptis doctorum ecclesiae veterum n. 2. et

§. 2. lit. γ) allatis patet, extitisse quoque plures, qui *Clementem Romanum* (a. 80.) epistolae ad Hebraeos auctorem adoptarent, vel certe eam Graece reddidisse v. Euseb. H. E. 3, 38. Hieronymus Catal. scriptt. eccl. c. 5. putarent. Quae quidem sententia etiam *Erasmo* v. Annotatt. in N. T. (Basil. 1519. fol.) p. 517. et *Calvino* in Commentar. in ep. ad Hebr. ad 12, 13. probabilis visa est. Haec coniectura inde orta est, quod in Clementis epistola ad Corinthios reperiuntur verba quaedam et formulae, quae in ep. ad Hebr. occurrunt v. *Schmidii* Obss. super ep. ad Hebr. p. 12 sq. *Eichhornius* p. 474. sed tanta inter utramque epistolam intercedit diversitas, quod stilum rerumque tractationem attinet, ut facile coniecturae illius vanitas appareat. Hoc tantum illa formularum similitudo docet, legisse Clementem epistolam ad Hebraeos, eamque respexisse conf. omnino *Eichhornius* p. 476 sqq. *Bertholdtus* p. 2960. *Mynsterus kl. Schriften* p. 109. *Bleek.* p. 92 sq. 411 sqq.

4) *Lutherus* (v. Commentar. in Gen. 48, 20. p. 710. *Werke Ausg. von Walch* 12. p. 1996.) in ea versatus est sententia, ut crederet *Apollonem* s. *Apollonium* Alexandrinum (vocatur Act. 18, 24. Ἀπόλλως quod nomen contractum ex Ἀπολλώνιος), aut alium Iudaeum Alexandrinum, varios sermones, quos Paulus cum Iudaeis Graecis habuisset, collegisse, atque in epistolae formam redegisse, aut omnino Pauli nomine, eo iubente vel permittente hanc epistolam conscripsisse. *Lutheri* sententiam de Apollone epistolae auctore, probarunt *Clericus* in Annotatt. ad *Hammondi* N. T. p. 436. 499. *Heumanus* in Schediasm. de libris anonymis et pseudonym. p. 38 sq. Poecile s. epist. miscellan. T. 2. p. 169. et in *Erklärung d. Apostelgesch.* p. 311. *Müllerus* in Diss. de eloquentia Apollonis, viri apostolici. Schleusing. 1717. *Dindorfius* ad *Ernesti* lectt. in ep. ad Hebrr. p. 1180. et *Bleekius* p. 423 sq. Speciosa quidem est haec opinio. Apollos enim patria Alexandrinus (Act. 18, 24. Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει) Pauli in condenda Corinthiorum ecclesia συνεργός, homo faeundus (λόγιος Act. l. l. ubi v. quae notavimus), et insigni literas sacras interpretandi facultate praeditus erat, quam Alexandriae acquisiverat v. Act. 18, 24. coll. v. 28. eum e Corinthiis multi propter dicendi facultatem anteponebant Paulo, eloquentiae imperito v. 1 Cor. 1, 12. 2, 4. 10, 10. 11,

6. et multum profuisse perhibetur christianis in Achaia acriter Iudaeos refutando, atque e literis sacris demonstrando Iesum esse Messiam v. Act. 18, 28. Verum tamen plura huic opinioni de Apollone epistolae ad Hebraeos conditore obstant. Scilicet haec sententia non nititur traditione historica, et nullus veterum ecclesiae doctorum, quibus tamen Apollos, non minus quam Lucas, Barnabas, et Clemens Romanus notus erat, eum pro huius epistolae auctore habuit. Redolet quidem epistola Alexandrinam ingenii scriptoris conformationem, num vero Apollos, unus solus erat christianus Alexandrinus, qui hanc epistolam conscribere poterat? cf. omnino *Eichhorn*. p. 478. *Bertholdt*. l. l. *Böhmius* Prolegg. p. 37. *Mynsterus* in *Ullmani* et *Umbreiti theolog. Studien B.* 2. *Heft* 2. p. 332.

5) *Silam* sive *Silvanum* (Silas enim est nomen contractum) cuius primum mentio fit Act. 15, 22. Pauli itinerum propagandae religionis caussa per Asiam minorem et Graeciam susceptorum comitem Act. 16, 19. 17, 4. 10. 14 sq. 18, 5. 1 Thess. 1, 1. epistolam ad Hebraeos exarasse contenderunt *Mynsterus* in *kleine Schriften* p. 133 sqq. et in *Ullmani* etc. *theolog. Studien B.* 2. *Heft* 2. p. 341. atque *Böhmius* in Comment. in ep. ad Hebr. Praefat. p. 41 sqq. Ac *Mynsteri* quidem coniectura, alia nititur coniectura, nimirum hac: epistolam nostram a Silvano (cuius tamen eloquentia in libris N. T. nusquam laudatur) conscriptam, una cum Pauli epistola ad Galatas, Corinthi, cum ibi Apostolus primum versaretur v. Act. 18. scripta, *ad Galatarum ecclesiam* esse missam. Silvanum eam scripsisse, cum ad Paulum e Macedonia Corinthum venisset Act. 18, 5. antequam Timotheus, quem Paulus Athenis Thessalonicam misisset v. 1 Thess. 3, 1. 2. inde Corinthum rediisset. Ex sententia *Böhmii*, Silvanus, qui aliquamdiu Antiochiae versatus Act. 15, 22. et *ut verisimile sit*, eo redierit, cum Paulus in Galatiam proficisceretur v. Act. 18, 23. hanc epistolam *ad Antiochenos* scripsit. Silvanus, inquit, primam epistolam Petri Syrochaldaice scriptam, cum Petrus Iudaeus, et ἐκ τῆς [illegible] [illegible] tam bene Graece scriptam, suo Marte elaborare non valuerit, Graece interpretatus est. Ita intelligenda esse V. D. statuit verba quae 1 Petr. 5, 12. leguntur: διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα. Item cum

haud exigua verborum formularumque similitudo nostrae epistolae cum prima Petri intercedat, inde *Böhmius* colligit, Silvanum epistolae nostrae esse auctorem. At vero Petrum linguae Graecae adeo fuisse ignarum, ut epistolam Graecam scribere non potuerit, parum probabile est. Illa enim aetate Graecorum lingua ubivis fere terrarum, etiam in Palaestinae regionibus in usu erat et addisci poterat cf. quae hanc in rem observavimus in Prolegg. Commentar. in Ioh. Evang. praemissis p. 50 sq. Petrum quoque linguae Graecae gnarum fuisse, exinde patet, quod etiam extra Palaestinam itinera suscepit v. 1 Cor. 9, 4. 5. *Bertholdtus* p. 3055. cum Hellenistis conversatus est, et gentiles ad Christi sacra convertit v. Act. 10. Nec quod genus scribendi attinet, tanta inter Petri epistolam primam et epistolam ad Hebraeos similitudo deprehenditur, ut inde effici possit, utramque ab eodem auctore esse profectam v. *Schmidtius* in *Einl.* Th. 1. p. 330. *Bleekius* p. 409. et *Nietzschii* libell. inscr. ep. Petri posterior auctori suo inprimis contra *Grotium* vindicata p. 21 sqq. Quae 1 Petr. 5, 12. leguntur, ipse *Böhmius* concedit, ita intelligi posse, ut *Silvanus* nonnisi tabellarius fuerit ad perferendam epistolam Petrinam eo, quo destinata erat. Conf. locus similis Act. 15, 23. Sed quid opus est plura? silet etiam traditio de Silvano epistolae ad Hebraeos conditore.

6) *Baumgarten-Crusius* in Commentatione inscripta: de origine epistolae ad Hebraeos coniecturae. Ienae 1829. 4. opinatur, Pauli discipulum, Alexandrinum, literas Pauli ad Ephesios et Colossenses per epistolam ad Hebraeos explicare voluisse christianis e Iudaeis, earundem forsitan terrarum, cum hanc epistolam „duplici consilio scripsisse, uno, ut sententias illarum epistolarum uberius iis describeret atque Iudaicis hominibus aptaret, et ut mitigaret aliqua atque vindicaret, quae invidiam facerent in epistolis, maleque haberent e Iudaeis christianos. Sed Paulum eum utique haberi voluisse a lectoribus, np., ut uterentur isti his suis literis, tanquam Paulinis, aut cum Paulinis illis, aut earum loco p. 6 sq.“ Provocavit V. D. quo sententiam suam stabiliret (p. 23.) ad fragmentum canonis scripturae sacrae a *Muratorio* in cod. membranaceo bibliothecae Ambrosianae reperto, quod Caio presbytero Romano adscribitur, qui circiter annum Christi 196. floruit v. *Muratorii* Antiqq. Ital.

med. aevi T. 3. p. 854. typis repetitum est hoc fragmentum in *Routhii* Reliquiis Sacris Vol. 4. p. 1 sq. Oxonii 1818. 8. et *Eichhornii Einleit.* B. 4. p. 35 sqq. Laudantur in hoc canone tredecim epistolae Pauli, coniunctim etiam commemorantur duae ad Laodicenos (v. Col. 4, 16.) et Alexandrinos, quae tamen Paulo abiudicantur. Verba sunt: *fertur etiam ad Laudenses* (Laodicenos), *alia ad Alexandrinos, Pauli nomine fictae ad haeresem* (sic) *Marcionis: et alia plura, quae in catholicam ecclesiam recipi non potest* (leg. possunt.). Epistolam ad Alexandrinos eam esse, quae nobis epistola ad Hebraeos appelletur, V. D. statuit, atque inde etiam colligit, *Alexandrinum* in hac epistola *sensum atque modum* dudum agnitum fuisse. Verum huic sententiae de epistolae ad Hebraeos origine, praeter alia a *Lückio* in *Ullmani* et *Umbreiti theol. Studien Jahrg.* 1830. Heft 2. p. 451. et *Schotto* Isagog. p. 366. notata, obstat argumenti in literis ad Ephesios et Colossenses atque epistola nostra pertractati diversitas, neque in Muratoriano, quem dicunt, canone, per memoratam ibi epistolam ad Alexandrinos intelligendam esse epistolam nostram ad Hebraeos, sed illam ad Alexandrinos, aeque ac epistolam ad Laodicenos, fuisse epistolas suppositicias, Pauli nomine evulgatas, docuerunt *Bleekius* p. 42 sq. 120 sq. et *Guerikius* in *Beyträgen zur historisch krit. Einleitung ins* N. T. p. 7 sq. — In tanto de vero auctore epistolae ad Hebraeos dissensu, cum iam veteres de eo incerti dubiique haeserint, ut adeo Origenes fateri et prae se ferre non dubitaverit, soli Deo huius epistolae conditorem cognitum esse vid. supra Prolegg. cap. 1. §. 2. lit. γ.); nolo de scriptoris nomine contendere. Hoc tantum, omnibus quae de epistolae auctore disputata sunt, accurate circumspectis cogitateque expensis, certum esse videtur, Paulum non esse ep. auctorem habendum, sed eam scripsisse christianum Alexandrinum, gente Iudaeum (vid. *Eichhornius* l. l. p. 451 sq. et supra Prolegg. c. 1. §. 4. n. 2. lit. β) notata) Pauli discipulum, quocum quod ipsa doctrinae christianae capita attinet quae in hac epistola vel pertractavit vel attigit, omnino consentit vid. *Bertholdtus* p. 2909. *Seyffarthus* p. 120 sq.

CAPUT II. *De Hebraeis ad quos haec epistola data est.*

Πρὸς Ἑβραίους scriptam esse epistolam docet ἐπιγραφή. Nomen autem Ἑβραῖοι duplici sensu adhibetur. Insigniuntur hoc nomine Iudaei Palaestinenses Hebraice s. Syrochaldaice loquentes, ut Act. 6, 1. ubi iis opponuntur Ἑλληνισταὶ, quo vocabulo notantur Iudaei in exteris regionibus nati, vel extra Palaestinam habitantes, Graece loquentes v. nos ad Act. l. l. Hoc significatu voce Ἑβραῖοι usi sunt etiam scriptores ecclesiastici, ut Irenaeus adv. haer. 3, 1. qui Matthaeum scripsisse ait ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ. Euseb. H. E. 3, 24. Ματθαῖος μὲν γὰρ πρότερον Ἑβραίοις κηρύξας — πατρίῳ γλώττῃ γραφῇ παραδοὺς τὸ κατ᾽ αὐτὸν Εὐαγγέλιον. Ponitur vero etiam nomen Ἑβραῖοι sensu latiori, ita ut *natio* ac *religio* indicetur, de Israelitis universis, ut 2 Cor. 11, 22. ubi v. *Emmerlingius*; Phil. 3, 5. ubi v. *Heinrichsius*. Philo de Abrah. Vol. 5. p. 338. (ed. *Pfeifer.*) ubi Hagar dicitur γένει μὲν Αἰγυπτία, τὴν δὲ προαίρεσιν Ἑβραῖα *genere quidem Aegyptia, sed religione* Hebraea. cf. *Zieglerus* in *Einleitung* p. 216. *Noesseltus* Opuscc. T. 1. p. 292. Inscriptio epistolae nostrae: ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολή, hoc declarat: literas scriptas esse *christianis antea Iudaeis in Palaestina viventibus*, ut Εὐαγγέλιον καθ᾽ Ἑβραίους dicebatur Evangelium, quo utebantur christiani antea Iudaei, Palaestinenses v. *de Wette Einl.* p. 301. *Bleekius* p. 34. Haec vero inscriptio non ab ipso epistolae auctore est praefixa, sed pro ecclesiastico titulo habenda est, ut docuerunt *Zieglerus* p. 216. *Noesseltus* l. l. p. 291. alii, adeoque ex hac inscriptione, quamquam haud pauci ad eam provocarunt, nihil praesidii adiumentique ad hanc vel illam sententiam de primis epistolae lectoribus defendendam peti potest.

In hac autem quaestione de primis epistolae lectoribus dissolvenda in diversissimas partes abierunt interpretes. 1) Vulgaris eaque satis antiqua sententia est, scriptam esse hanc epistolam *christianis Palaestinensibus antea Iudaeis*, et nominatim *Hierosolymitanis*. In hac opinione fuerunt *Pantaenus* v. Euseb. H. E. 6, 14. *Clemens Alexandrinus* v. Euseb. l. l. *Hieronymus* Catal. script. eccl. sub v. *Paulus*. *Theodoretus* in Prooemio, ubi ait, hanc epistolam iisdem ecclesiis esse scriptam,

quarum meminerit Paulus in prima ep. ad Thessalon. 2, 14. *Chrysostomus* Argum. ep. cuius verba sunt: *τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ὢν τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλος ἐπιστέλλει αὐτοῖς; ποῦ δὲ οὖσιν, ἐπέστελλεν; ἐμοὶ δοκεῖ ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ Παλαιστίνῃ cur igitur Iudaeis scribit, cum non sit eorum doctor? aut quonam ad eos epistolam mittit? mea opinione Hierosolymam et in Palaestinam.* *Theophylactus* Argum. *τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ δὲ καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπιστέλλει.* Veterum auctoritatem secuti sunt *Michaelis Erklärung d. Briefs Einl.* §. 7 sqq. *Einl. in d. N. T.* §. 220 sq. *Hugius Einl. Th.* 2. p. 415. *Bertholdtus Einl. Th.* 6. §. 642. *Bleekius Einleit.* §. 11. *Köhlerus Versuch über die Entstehungszeit der epistolisch. Schriften im N. T.* p. 195 sqq. (*Schottus* in Isagoge p. 333. putat, coetum quendam, pluresve coetus Palaestinenses fuisse, quorum desideriis ep. auctor satisfacere voluerit docendo et cohortando.) Rationes praecipuae quas ad hanc sententiam defendendam protulerunt hae fere sunt: α) Magna pars christianorum ad quos haec epistola data est, ut ex pluribus locis patet, tenax erat rituum Leviticorum, admirabatur splendorem cultus Mosaici, proni erant multi ad defectionem a religione christiana, et verendum erat, ne ab ea desciscerent; haec omnia quadrant in christianos Hierosolymis et in Palaestina degentes, quos summus avitae religionis splendor circumfulgebat; conferre hic iuvabit, quae hanc in rem disputarunt *Bertholdtus* p. 2877 sq. et *Bleekius* p. 29 sqq. β) In epistola nulla fit mentio christianorum e gentilibus, ecclesia autem Hierosolymitana constabat christianis antea Iudaeis, et paucis gentilibus, qui ad Iudaeorum sacra transierant. γ) Graece quidem scripta est epistola, sed lingua Graeca in Palaestina haud inusitata erat v. Prolegg. c. 1. §. 5. n. 5. δ) Erant quidem christiani Hierosolymitani in re tenui constituti, ita, ut stipe collecta eorum inopia levanda esset v. Rom. 15, 25 sq. 1 Cor. 16, 1 sq. Gal. 2, 10. christiani autem ad quos haec epistola data est, excitantur, ut quamvis bonorum direptionem passi sint v. 10, 34. beneficos tamen et liberales sese praebeant. Verum epistola nostra non tantum ecclesiae Hierosolymitanae, sed etiam reliquis ecclesiis Palaestinensibus destinata erat, et recte eum liberalem praedicaveris, qui pro viribus aliorum inopiae succurrat. Qui hanc sententiam improbarunt, his potissi-

mum argumentis usi sunt: a) Quae 2, 3. leguntur, non poterant scribi christianis Palaestinensibus et Hierosolymitanis, inter quos haud dubie multi tunc temporis erant, qui Iesum ipsum audiverant. b) Cap. 5, 12. epistolae auctor, lectores suos reprehendens scribit: pro temporis diuturnitate aliorum doctores esse deberetis. At omnes doctores christiani illo tempore e Palaestina et Hierosolymis prodierant v. *Mynsterus* in *Ullmani* et *Umbreiti Studien* B. 2. Heft 2. p. 338. c) Quae cap. 9, 2 sq. de templi partibus ritibusque Leviticis disputata sunt, vel brevius et summatim enarrasset scriptor, si primi ep. lectores ante oculos habuissent templum, et in Palaestina habitassent, vel saltem hoc monere non omisisset. Observavit quidem *Hugius*, reperiri quaedam in hac epistola, de templo et cultu Levitico notata, quae tantum a Palaestinensibus potuerint satis intelligi, sed ut recte animadvertit *Böhmius* Praefat. p. 29. illa omnino e Pentateucho petita sunt, ideoque in vulgus apud Iudaeos sine dubio cognita erant. d) Parum probabile est, scriptorem, si christianis Hierosolymitanis et Palaestinensibus epistolam suam destinasset, lingua Graeca usurum fuisse, cum cives Hierosolymitani patriam, Syrochaldaicam, audire unice amaverint v. Act. 22, 2. e) Cap. 12, 4. lectores dicuntur nondum usque ad sanguinis profusionem adversus defectionem restitisse, hoc vero non valebat in christianos Hierosolymitanos et Palaestinenses. Haec quidem argumenta, contra illa de primis epistolae lectoribus prolata, non esse nullius ponderis, facile sentiet, qui rem nulla praepeditus cupiditate reputaverit.

2) Ex aliorum sententia has literas, earum auctor scripsit: *christianis ex Iudaeis per omnes regiones dispersis.* Hanc sententiam a *Braunio* defensam in commentar. in ep. ad Hebr. Amstelod. 1705. 4. p. 29. et *Baumgartenio Erklärung d. Briefs an die Hebr.* p. 14. suam fecit etiam *Heinrichsius*, ita tamen, ut statueret, traditas fuisse has literas certae ecclesiae idque Palaestinensi, unde in caeteras mitteretur terras. Verum enimvero certae cuidam ecclesiae has literas destinatas fuisse, satis aperte docent, quae 13, 18. 19. 23. 24. leguntur; nec ullum indicium deprehenditur, e quo appareat, ea ipsa quae ad calcem epistolae adiecta sunt, non pertinere ad eos omnes, qui in re-

liqua epistola appellentur, edoceantur, admoneantur v. *Eichhornius* p. 482 sq. *Bertholdtus* p. 2837 sq. *Bleekius* p. 27 sq. — Longum est de omnibus reliquis virorum doctorum sententiis accuratius et copiosius disserere, breviter tantum strictimque eas attingam.

3) *Storrius* in *Erklärung des Briefs a. d. Hebr. Einl.* §. 9. et, de consensu epp. Pauli ad Hebr. et Galatas. Tubing. 1792. 4. probare studuit Paulum hanc epistolam scripsisse *christianis in Galatia viventibus antea Iudaeis*, ad eosque misisse una cum epistola nostra ad Galatas, christianis antea gentilibus destinata. Sed vid. quae in contrariam partem disputarunt *Zieglerus* in *Einleit. in d. Brief an die Hebr.* p. 127 sqq. *Eichhornius Einl.* p. 496. *Bertholdtus* p. 2839 sq. *Bleekius* p. 47 sq. *Schottus* in Isagoge etc. p. 336. In *Storrii* partes discessit *Mynsterus* in *klein. theol. Schriften* p. 91 sq. et *Ullmani* atque *Umbreiti Studien und Kritiken B.* 2. *Heft* 2. p. 338 sq. ita tamen, ut putaret Silvanum esse epistolae nostrae auctorem cf. *Bleek.* p. 48 sq. et quae supra observavimus c. 1. §. 5. n. 5. 4) *Bengelius* in Gnom. *Chr. Frid. Schmidius*, *Cramerus* in *Einleit. in d. Brief* p. 111 sq. in ea opinione fuerunt ut crederent, scriptam esse epistolam a Paulo *ad christianos in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia dispersos.* Quae quidem opinio hac coniectura nititur, Petrum 2 ep. 3, 15. respexisse epistolam ad Hebraeos. Sed vid. supra not. Prolegg. c. 1. §. 2. lit. *a*). *Eichhornius* p. 495. *Schottus* p. 336. 5) *Semlerus* (*Beyträge zu genauerer Einsicht d. Briefs an die Hebr.* in *Baumgartenii Erklärung d. Briefs* Halle 1763. 4.) et *Noesseltus* Opusc. Vol. 1. p. 296. opinati sunt Paulum has literas scripsisse *christianis* antea Iudaeis et gentilibus *in Macedonia versantibus*, *inprimis christianis Thessalonicensibus.* Conf. quae contra monuerunt *Eichhornius* p. 488 sqq. *Bertholdtus* p. 2855. *Mynsterus* in *kl. theolog. Schriften* p. 121. *Schottus* in Isagoge p. 335. 6) *Wetstenius* Paulum *Romanis* epistolam destinasse coniecit, cui sententiae inprimis vagam salutationem 13, 14. τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας adhibitam, obstare animadvertit *Böhmius* Praefat. p. 30. qui suspicatur datam esse hanc epistolam ab *Apollonio ad ecclesiam Antiochenam*, quae tamen etiam mixta erat ex Iudaeis et gentilibus qui ad Christi

signa transferant v. *Bleekius* p. 52 sq. *Schottus* p. 337. supra not. Prolegg. c. 1. §. 5. n. 4. 7) *Weberus* diss. de numero epist. ad Corinth. p. 123 sqq. has literas a Paulo dicatas esse contendit Corinthiis. Rationes eius examinavit *Bertholdtus* p. 2866 sqq. add. *Schottus* p. 337. 8) *Schmidtius Einleit. in d. N. T.* Th. I. p. 284. 293. *Barnabam Iudaeo-christianis Alexandrinis* epistolam hanc scripsisse suspicatus est. Contra eum disputarunt *Eichhornius* p. 497 sq. *Böhmius* p. 30. *Bleekius* p. 42. *Schottus* p. 337. add. supra not. Prolegg. c. 1. §. 5. n. 1. 9) *Petrus a Ludwig* (in *Hallischen Anzeigen*) coniectavit, epistolam a Paulo missam esse ad christianos stirpis Iudaicae in Hispania degentes coll. Rom. 15, 24. Hanc coniecturam dudum explosam iam *Hieronymo* in mentem venisse animadverterunt *Carpzovius* Exercitt. Praef. p. 59 sq. *Heinrichsius* Prolegg. p. 12. *Ernestius* Lectt. Acadd. in ep. ad Hebr. ed. *Dindorf.* p. 1181. sed errarunt vid. *Bleekius* p. 51. 10.) *Schulzius Erkl. d. Briefs a. d. Hebr.* Einl. p. 67. primos epistolae lectores fuisse contendit christianos antea Iudaeos, Therapeutis et Essenis similes, qui se ab aliis christianis seiunxissent, homines mysticismum prae se ferentes. Quam coniecturam refutarunt *Schulthessius* in *Neuen theol. Annalen Jahrg.* 1818. B. 2. p. 735 sq. *Steudelius* in *Bengelii Archiv für die Theologie B. 4. St. 1.* p. 92 sq. add. *Leipzig. Literat. Zeitung* J. 1818. N. 146. et *Bleekius* p. 53 sq. 11) *Hasius üb. die Hebr. an welche der im Kanon befindliche Brief gerichtet ist?* in *Wineri et Engelhardti neuem krit. Journal B. 2. St. 3.* p. 265 sqq. suspicatus est, epistolam destinatam fuisse *Nazarenis* et *Ebionitis*, in regione quadam Palaestinae ab urbe remota viventibus. Sed vid. quae contra monuit *Bleekius* p. 54 sqq. — Nonnisi coniecturis, et inter eas nimium incertis, et omni probabilitate destitutis, nituntur virorum doctorum sententiae de primis epistolae lectoribus; et fatendum est, quinam illi fuerint, ignorari. Hoc tantum certum videtur, scriptam eam esse christianis antea Iudaeis, cum christianorum e gentilibus nulla ratio habita sit; ecclesiam illam ad quam Anonymus hanc epistolam misit, iam dudum fundatam v. 5, 12. 10, 32. eamque amplissimam fuisse, pluribus coetibus in eadem urbe constitisse vid. 13, 24.

Caput III. *Quanam lingua epistola conscripta? quonam tempore et loco confecta sit?*

Lingua Syrochaldaica hanc epistolam exaratam esse *Clemens Alexandrinus* ap. Euseb. H. E. 6, 14. *Eusebius* ipse H. E. 3, 38. *Hieronymus* in Catalogo v. *Paulus*, aliique doctores ecclesiae veteres statuerunt, cui opinioni epistolae inscriptio πρὸς Ἑβραίους occasionem dedit. Ex recentioribus hanc sententiam defenderunt *Hallettus* in Commentat. de lingua qua ep. ad Hebr. scripta est, inserta *Peircii* Commentar. in ep. ad Hebr. p. 37 sq. *Michaelis* in notis ad *Halletti* Diss., in *Erklärung d. Briefs a. d. Hebr. Einl.* p. 30, et in *Einleitung* in d. N. T. §. 224 sq. Huic vero sententiae gravissimae rationes obstant, quare etiam ab ea recesserunt reliqui recentiores interpretes omnes. Laudati nimirum reperiuntur in hac epistola loci V. T. e versione Alexandrina ab Hebraico textu discrepantes, ita, ut ex ipsis verbis diversis scriptor argumenta confecerit vid. not. ad 10, 5. Afferimus 2, 7. 8. locus Psalmi 8. ubi v. 7. in textu Hebr. legitur: כל שתה תחת־רגליו quae verba scriptor versionem Graecam secutus reddidit: πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, hoc verbum ὑπέταξας, quod in textu Hebraico circumlocutione expressum est, respicit v. 5. 8. vid. *Hugii Einleit.* Th. 2. §. 421. Una voce κατάπαυσις 4, 4. 5. 9. expressit duas Hebraicas שבת et מנוחה. Haud raro etiam scriptor, cum verba scriptorum V. T. sua facit, utitur verbis versionis Alexandrinae, quamvis ea non accurate cum textu Hebraico conveniant; exempla attulit *Bleekius Einleit.* p. 21. Obstant praeterea etiam sententiae illi de archetypo Syrochaldaico, paronomasiae crebrius in hac epistola occurrentes v. 5, 8. 14. 7, 3. 19. 9, 10. 34. 11, 37. 13, 14. Omnino omnis epistola ita scripta est, ut qui modo velit, nec ad eam legendam opinione praeoccupatus accesserit, facile sentiat, ipsum loqui auctorem, non interpretem. Hic adiiciam verba *Braunii* Commentar. p. 23. „Denique stilus huius epistolae, eius elegantia et dictionis copia ab Hebraeorum et Syrorum idiotismo multum recedit; interpretis autem est (si ex Hebraeo in Graecum versa fuisset sermone), Hebraismum quantum potest exprimere. Stilus interpretis esse solet adstrictus, hic autem est laxior et eleganter fluens. Tandem multi occurrunt Hellenismi elegantes pluribus in locis, quod interpre-

tam minime olet. Si hinc inde quaedam leguntur, quae ad Hebraismum accedunt, nemo ideo eam Hebraice scriptam esse recte iudicabit. Quum Apostolus ubique Hebraeos alloquatur, eorum cerimonias et ritus memoret, eosque cessare doceat, fieri non poterat, ut non aliquoties verbis et vocibus usus fuerit, quae in ore fuerunt fere omnium, et ab omnibus Iudaeis intelligebantur melius quam Graece."

Quando? quove loco haec epistola conscripta sit, magna et inter viros doctos dissensio, nec quicquam certi hac in re constitui potest. Plerique eorum qui Paulo epistolam vindicant, scriptam eam esse affirmant Romae, cum ibi Apostolus in vinculis teneretur. In hac sententia fuerunt iam *Chrysostomus* in Prolegg. Commentar. in ep. ad Rom. praemissis, cuius verba sunt: ἀπὸ Ῥώμης δὲ Φιλιππησίοις ἐπιστέλλει· διό φησιν, ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες, μάλιστα οἱ ἐκ τοῦ Καίσαρος οἰκίας. Καὶ Ἑβραίοις δὲ ἐκεῖθεν ὁμοίως· διό φησι, τοὺς ἀπὸ Ἰταλίας ἀσπάζεσθαι πάντας αὐτούς. et *Theodoretus* Commentar. in ep. ad Rom. Praefat. p. 7. T. 3. ed. *Noesselt.*: μετὰ τούτους Ἑβραίοις ἐπέστειλε, καὶ τούτοις δέ γε ἀπὸ Ῥώμης, ὡς διδάσκει τὸ τέλος· ἀσπάζονται γάρ, φησιν, ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Idem ad verba Hebr. 13, 24. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, notavit haec: ἔδειξε πόθεν γέγραφε τὴν ἐπιστολήν. Alii literas scriptas esse putant, cum Paulus e vinculis liberatus esset, atque in ulteriorem aliquam Italiae partem recessisset a. C. 62 vel 63. Provocarunt inter alia ad epistolae subscriptionem ἐγράφη ἀπὸ Ἰταλίας, quae tamen in hac quaestione nullam vim habet. Adulterina enim est et suppositicia, quod vel ipsa lectionis varietas docet (in nonnull. codd. legitur: ἀπὸ Ῥώμης, in al. ἀπὸ Ἀθηνῶν), conflata ex v. 23. 24. *Storrius* et *Noesseltus* epistolam hanc a Paulo ad Galatas Corintho missam arbitrantur a. C. 52 s. 53. *Mynsterus* eam a Silvano Corinthi, cum Paulus ibi commoraretur, ad Galatas scriptam esse opinatur. *Böhmio* Praef. p. 25 sq. in Asia minori Antiochiam perscripta videtur, bello Iudaico, nisi ipso paene profligato, certe iam exorto; de loco scriptionis nihil decernere audet. *Bertholdtus*, cui haud improbabile videtur, ab Apollone epistolam esse profectam (*Einleit. Th.* 6. p. 2965.) eam scriptam esse suspicatur in Asia minori, aut Graecia, aut Macedonia (p. 2968.) intra a. C. 63-66. *Bleekius* intra a. 65-67.

ab Apollone Ephesi aut Corinthi exaratam esse coniicit *Einl.* p. 436. *Schottus* (Isagog. p. 367.) qui hoc tantum certum esse ait, scriptorem neque in Italia, neque in Palaestina fuisse cum epistolam consignaret, eam exarasse censet intra a. 62 et 70. *Orellius* in libro inscr. Selecta patrum eccles. capita ad εἰσηγητικὴν sacram pertinentia Partic. 3. p. 4. confectam epistolam esse autumat post excidium Hierosolymorum a. C. 90. cuius opinionis levitatem confutarunt V. D. in *Bengelii neuem Archiv für die Theologie* B. 3. St. 3. p. 687 sq. et *Bleekius Einl.* p. 433. — Exaratam esse epistolam ante excidium Hierosolymorum, cum adhuc in urbe floreret cultus Leviticus, epistolae consilium et elaboratio docent vid. 8, 4 sq. 9, 6 sq. 13, 10 sqq. conscripta autem esse videtur, cum iam occasus reipublicae Iudaicae appropinquaret (cf. *Schröckhii Kirchengeschichte* Th. 2. p. 222. *Royko Kirchengesch.* Th. 1. p. 27. et libr. nostr. *Geschichte d. Jüd. Volks* p. 414.), vid. not. ad 10, 25. fortassis a. C. 65 aut 66.

CAPUT IV. *Num haec scriptio recte dici possit epistola? quonam consilio conscripta sit?*

Haud pauci interpretes ut *Valckenarius* v. Selecta e scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. 2. p. 475. *Steudelius* in *Bengelii Archiv* Th. 4. p. 87. *de Groot* in Diss. qua ep. ad Hebr. cum Pauli epp. comparatur p. 221. 226. alii, opinati sunt, epistolam ad Hebraeos orationem potius s. homiliam, quam epistolam esse dicendam. Hanc sententiam accuratius exornavit *Bergerus* in *Götting. theol. Biblioth. Th.* 3. *St.* 3. p. 449. et in libro inscripto: *Versuch einer moralischen Einleitung in d. N. T. Th.* 3. p. 442 sq. (Lemgo 1798.) contendit enim hanc scriptionem fuisse orationem a doctore christiano primae ecclesiae, fortassis ab ipso Paulo habitam, c. 13, 21. voce ἀμὴν finitam [quod tamen vocabulum ad δοξολογίαν quae praecessit, pertinet]; quae ad calcem orationis v. 22 sqq. addita legantur, adscripta fuisse ab eo, qui orationem literis consignasset, eamque ad ecclesiam quandam misisset, sive is fuerit orator ipse, seu alius qui verba oratoris calamo excepisset. Cum v. 22. scriptor, se brevem epistolam scripsisse declaret; *Bergerus* suspicatur, eum his verbis significasse brevem epistolam orationi additam, mature

deperditam. Ad comprobandam suam sententiam eo provocat, quod scriptio careat ἐπιγραφῇ, et loco communi incipiat. Haec vero *Bergeri* opinio facile potest vanitatis convinci. Primo enim ea nullo veterum testimonio nititur, omnes hanc scriptionem epistolam nominant. Deinde non perspicitur, quidni epistola ita conscribi possit, ut genere dicendi orationi similior sit. Porro exinde quod epistola careat ἐπιγραφῇ, nihil effici potest, cum et Iohannis epistola prima inscriptione destituta sit, quam tamen quis non epistolam agnoverit? et noster, ut scienter animadvertit *Böhmius* Praef. p. 10. cuius verbis utor, „quisquis demum ille fuerit, cum Iohanni similis hactenus, a grandi exordio, quo lectorum statim occuparet animos, videatur voluisse incipere, mirum sane neutiquam fecit omittens epistolae praesignificationem, siquidem illi ex literis ipsa auctoris sibi satis nota manu exaratis, a quo essent hae missae, sponte ac nullo tali signo accedente intelligerent" [vid. supra not. Prolegg. c. 1. §. 4. n. 2.]. Denique verbis 13, 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν (quod verbum ἐπέστειλα de epistola solenne est), neutiquam significatur, additam fuisse ab orationis scriptore singularem epistolam brevem vid. not. ad l. l. Rectissime igitur haec scriptio epistola dicitur.

Consilium auctori in epistola conscribenda propositum fuit hoc, ut lectoribus, christianis Iudaicae gentis, religionem christianam commendaret. Offendebantur illi inprimis in eo, quod suam religionem carere videbant cerimoniarum apparatu, qui in religione Mosaica locum habebat, et sacerdotii Levitici splendore, adeoque verendum erat, ne a religione christiana descriscerent, et ad pristina sacra redirent. Quare epistolae scriptor lectorum animos labantes erecturus et confirmaturus comparare instituit religionem christianam cum Iudaica, ita, ut ad ingenium et opiniones eorum accommodate,*) uberius demon-

*) vid. *Griesbachii* Diss. de imaginibus Iudaicis, quibus auctor ep. ad Hebr. in describenda Messiae provincia usus est, inserta Commentatt. theoll. a *Velthuseno*, *Rupertio* et me, editis Vol. 2. p. 327 sq. et *Griesbachii* Opusculis Acadd. Vol. 2. p. 426. *De Wette üb. die symbolisch typische Lehrart des Briefs an die Hebr. in d. theol. Zeitschrift, von Schleiermacher, de Wette und Lücke Heft* 3. Berlin 1822. *Winzerus* de sacerdotis officio quod Christo tribuitur in ep. ad Hebrr. Commentatt. tres. Lips. 1825. 1826. 4.

stret illius prae hac praestantiam. Ac primo quidem vivis coloribus depingit Iesu Messiae, religionis christianae auctoris excellentiam et maiestatem, eamque tantam esse ostendit, ut omnes illos, e quorum auctoritate et dignitate splendoris aliquid Iudaeorum religioni accedere possit, genios coelestes, Mosen, Aaronem, pontifices, longe maximeque superet. Deinde exponit accuratius veram rationem sacrificiorum et totius cultus Levitici, atque docet, sacrificiis et ritibus Iudaicis non eam inesse vim, ut hominum animos tranquillare et beare possint, sed si cum Christi sacrificio comparentur, meras umbras esse atque imagines; quare iam per Christum abrogatam esse imperfectiorem illam Deum colendi rationem, idque ex ipsis libris Iudaeorum sacris probari et confirmari posse, in quibus praedictum sit, fore ut aliquando cultus Leviticus abrogetur, et perfectior religio in locum Mosaicae succedat c. 1,—10, 19. Absoluta prima epistolae parte, quae disserentis est et argumentantis, quamquam interdum etiam cohortatio inseritur, in altera parte, quae tota in monendo, consolando, confirmando versatur, graviter lectores cohortatur scriptor ad constantiam in profitenda religione christiana, quippe quae ornamentis longe excellentioribus, quam illa antiquata, sese, nisi oculis, animis certe commendet. Generaliorem partem monitoriam a cap. 10, 19—12. fin. excipit specialior cap. 13, 1 sqq. quae varii generis praecepta et monita lectoribus necessaria continet.

CAPUT I.

1. Adhortaturus scriptor lectores suos ad constantem religionis christianae professionem, capite primo docet, Iesum, qui doctrinam christianam promulgarit, esse Messiam, *υἱὸν τοῦ Θεοῦ* 1—3. et angelos dignitate longe multumque superare. *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις*] *variis et diversis modis olim Deus maiores* nostros *per prophetas edocuit.* In verbis *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως* non est argutandum, sunt potius voces aequipollentes et pares, quarum coniunctio ornandae orationis studio scriptoris tribuenda est. Hesychius: *πολυτρόπως· διαφόρως, ποικίλως.* His iisdem verbis Phavorinus, adducto loco nostro, explicuit adverbium *πολυτρόπως. Alberti* Glossar. *πολυμερῶς· διὰ πλειόνων. Πολυτρόπως· πολυειδῶς, ποικίλως.* Ioseph. Ant. 8, 3. 9. *ταῦτα πάντα* (in exornando templo) *ὁ Σολομὼν εἰς τὴν Θεοῦ τιμὴν πολυμερῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς κατεσκεύασε.* Voc. *πολύτροπος* ut sit *varius*, *multiplex* legitur 4 Macc. 1, 25. Ioseph. Ant. Praef. §. 3. Copulantur haec vocabula etiam a Graecis scriptoribus ad omnem rei varietatem exprimendam ut a Max. Tyr. Diss. 7. §. 2. p. 102. Vol. I. ed. *Reisk.* *εἰ μὲν γὰρ τῆς πολυμεροῦς ταύτης καὶ πολυτρόπου μούσης τε καὶ ἁρμονίας diversa hac et multimoda modulatione musica.* Id. Diss. 17. §. 7. p. 321. Vol. I. *τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ δύο ὀργάνων ὄντων πρὸς σύνεσιν, τοῦ μὲν ἁπλοῦ, ὃν καλοῦμεν νοῦν, τοῦ δὲ ποικίλου καὶ πολυμεροῦς, καὶ πολυτρόπου, ἃς αἰσθήσεις καλοῦμεν animae humanae cum duo ad percipiendum instrumenta concessa sint, quorum alterum est simplex, quem intellectum, alterum varium, multiplex et multimodum, quos sensus vocamus.* Et Philo in libr. adv. Flaccum. p. 974. D. ubi agit de caede et variis crudelitatis generibus, quibus Iudaei a Caesaris tyrannide affecti erant, usus est vocabulis *πολυμερῶς* et *πολυτρόπως*. Male ac perperam

alii πολυμερῶς explicant *variis temporibus*, haec enim vocabuli notio probari nequit, et aeque male πολυτρόπως ad diversum revelandi modum referunt, ut intelligantur revelationes, quae per visa, somnia etc. prophetis contigerunt. Verbum enim λαλήσας non tam refertur ad prophetas, quam potius ad πατέρας, neque adeo institutionis forma, sed ipsum argumentum designatur; et dubitari non potest quin *Dindorfius* recte viderit, indicari verbis πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως in universum varietatem rerum ac doctrinarum, quas Deus subinde per prophetas praedicari iussit. Neque assentiri possum *Seyffartho* de ep. quae dicitur ad Hebraeos indole peculiari p. 30. qui h. l. sermonem esse putat de oraculis prophetarum, quae Messiae tangant adventum atque indolem, imo de eorum doctrina sermo est, quae Messiae doctrinae praestantiori opponitur. Adverbium πάλαι, cum ei opponatur formula ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, V. T. tempora declarat. λαλεῖν in hac orationis serie notat: *docere, instituere* ut Luc. 5, 3. 4. Act. 8, 25. al. De discrimine verborum λαλεῖν et λέγειν v. *Bretschneideri* Lexicon Manuale s. v. λαλεῖν. Ad vocem πατράσιν pronomen ἡμῶν in nonnullis codd. e glossemate additum legitur. ἐν τοῖς προφήταις nonnulli explicant: *in prophetis, in scriptis prophetarum* v. Matth. 5, 17. Luc. 24, 27. cuius tamen interpretationis vanitas vel exinde sat clare patescit, quod ἐν τοῖς προφήταις opponitur ἐν υἱῷ *per filium*. Sunt ergo ipsi prophetae V. T. voluntatis divinae interpretes, Mose haud exemto, intelligendi. Particula ἐν vim obtinet particulae διὰ qua eam etiam h. l. interpretati sunt Chrysostomus et Theophylactus; vid. quae notavimus ad Joh. 1, 4. ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ] *his novissimis temporibus* per filium voluntatem suam nobis aperuit. Pro ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν auctoritate plurimorum optimorumque codd. rescribendum est ἐπ' ἐσχάτου, quam lectionem etiam *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Vaterus* et *Schottus* in ordinem receperunt. Librariorum incuriae, cum sequatur articulus τῶν, lectio ἐσχάτων suam originem debet. In versione Alexandrina Hebraica formula בְּאַחֲרִית הַיָּמִים expressa legitur verbis ἐπ' ἐσχάτου τῶν

1, 3. 4. 2 Cor. 4, 4. 1 Cor. 15, 47. Eph. 4, 9. Phil. 2, 6. sq. Col. 1, 15. sq. cf. *Meyeri Entwickelung d. Paulin. Lehrbegriffs* p. 91 sq. 367 sq. *Bertholdti* Christologia p. 98. 102. 124. 136. eandemque de Messia notionem epistolae nostrae auctorem habuisse, ex descriptione *τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ*, quam v. 2. et 3. continent, sat luculenter apparet add. v. 10. 14. 5, 1. 5. 7, 26. *Meyerus* l. l. p. 250 sq. *Rettbergius* an Iohannes in exhibenda Iesu natura reliquis canonicis scriptis vere repugnet? Gotting. 1826. p. 67 sq.

2. 3. Sequitur magnifica dignitatis augustioris huius legati divini descriptio. Ad poeticam indolem oratio accedit. *ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων*] *quem constituit omnium dominum.* Verbum *ἔθηκε* idem valet quod *κατέστησε* (Act. 7, 27.), *ἐποίησε*, quo posteriori verbo etiam Hesychius illud interpretatus est. Sic quoque adhibitum extat v. 13. 1 Thess. 5, 9. 1 Tim. 1, 12. Act. 13, 47. Eodem significatu Hebraei usurpare solent verbum שׂוּם v. Gen. 4, 14. 32, 12. neque tamen haec loquendi ratio scriptoribus Graecis inusitata est Herodi. 5, 7. 10. *θέμενος αὐτὸν υἱὸν καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς.* Athenaeus 11. p. 501. C. *τὸ ποιῆσαι θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέγετο.* Exempla plura quaerentibus dabunt *Albertius* ad 1 Cor. 9, 18. *Elsnerus* ad h. l. *Graevius* ad Hesiod. p. 54. *Eckhardus* Annotatt. Philol. ex Homero ad N. T. p. 126. *κληρονόμον πάντων* Theophylactus: *τοῦ κόσμου παντὸς ἐποίησε κύριον.* Verbum *κληρονομεῖν* ut Hebr. נחל Iudd. 11, 2. et ירשׁ Gen. 21, 10. notat: *heredem fieri, hereditatis iure accipere* ut Gal. 4, 13. Lucian. dial. mort. p. 277. *Graev.* *μὴ κληρονομείτωσαν μόνον.* cum genitivo personae ibid. *ἐκεῖνος τοίνυν ἐκληρονόμησέ μου mihi extitit heres;* cum accusativo personae Alciphron. ep. 1. p. 192. *Bergler.* *πλούσιον κεκληρονόμηκε πατέρα.* cum genitivo personae et accusativo rei Lucian. dial. mort. p. 284. *ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα.* cum genitivo rei ibid. *ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ.* cf. etiam *Lobeckius* ad Phrynich. p. 129. Deinde: *accipere, occupare* quod tibi destinatum est, vel quod tibi iure aliquo competit (ut ירשׁ Gen. 15, 7. נחל Ex. 23, 30. Deut. 19, 14.) Matth. 19, 29. Apoc. 21, 7. Hebr. 1, 14. 6, 12. 15. ubi *κληρονο-*

ἐπιτυχεῖν permutantur. Sic quoque κληρονόμος *he*-
indicat Luc. 20, 14. Gal. 4, 1. et *possessorem*, *domi*-
ita ut vocabulo inhaereat hereditatis aliqua notio, vel
hominis, qui in bonis ipsi impertiendis gaudeat iure
suo, ut bene monuit *Seyffarthus* de ep. ad Hebr. indole
64. v. Tit. 3, 7. Iac. 2, 5. Etiam Latini veteres vocabulo
heres ita usi sunt ut indicaret *dominum*. Festus: *heres apud
antiquos pro domino ponebatur*. Glossae Philoxeni: *Heres*,
κύριος, κληρονόμος. Institutt. Iustin. Lib. 2. Tit. 19. 6. *pro
herede gerere, est, pro domino gerere. Veteres enim here-
des pro dominis appellabant.* Et h. l. noster adhibuit no-
men κληρονόμος, quod proprie heredem, h. l. dominum in-
dicat, quia de Iesu υἱῷ τοῦ Θεοῦ loquitur. Theophylactus:
κληρονόμον δὲ εἶπε, δεικνὺς καὶ τὸ τῆς υἱότητος γνήσιον,
καὶ τὸ τῆς κυριότητος ἀναπόσπαστον *heredem autem dixit,
ostendens eum genuinum esse filium dominumque huiusmodi, a
quo dominatus avelli non possit*. v. et *Koppius* ad Rom. 8, 17.
πάντα res et personas, homines, angelos coll. v. 3. 6. 14.
2, 8. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν] *per quem et mundum
condidit*. Pro δι' οὗ *Griesbachius* in dissertat. de mundo a
Deo Patre condito per Filium, inserta ipsius Opuscc. Acadd.
Vol. II. p. 186 sqq. legendum esse coniecit διότι *propterea
quod*, ut διότι caussam exponat, cur Messias imperium in
res creatas omnes capessere potuerit: quem (Deus) rerum
omnium dominum constituit, propterea, quod idem quoque
rerum omnium esset creator. Quam tamen coniecturam
omni idonea ratione destitutam esse copiosius demonstravit
Gablerus Opuscc. *Griesbachii* editor in Praefat. Vol. II.
praemissa p. 50. sq. *Grotius* δι' οὗ interpretatus est *propter
quem*, ut δι' οὗ sit id. qd. δι' ὅν. Male ac perperam. Ete-
nim auctor huius epistolae nusquam δι' οὗ et δι' ὅν promi-
scue usurpavit, imo discrevit, ut 2, 10. nec favet huic expli-
cationi locus Ioh. 1, 3. δι' αὐτοῦ *ipsius ope et efficacia*.
Sunt igitur verba hunc in modum interpretanda: Deus *per
filium* mundum condidit. Hanc interpretationem auctoritas
patrum antiquissimorum confirmat, qui Filium a Patre ad-
hibitum fuisse in mundo condendo sive administrum s. in-
strumentum, statuunt; loca attulit *Griesbachius* l. l. p. 189

sq. Haec fuit etiam sententia *Lutheri*, qui in Commentario in Genesin, statim ab initio, Verbum s. Filium vocat medium et instrumentum, quo Deus Pater in condendo mundo usus sit. Erat praeterea etiam Iudaeorum illo tempore opinio, spiritus Messiani ope et ministerio mundum esse conditum, vid. Commentar. nostr. in Ioh. Proleg. §. 7. D. 2. *c.* hoc etiam Philo de *λόγῳ* praedicat Lib. de profug. p. 466. *τὰ ὅλα ἦλθεν δι' αὐτοῦ* (per *τὸν λόγον*) *εἰς γένεσιν*. De Monarch. p. 819. C. *Λόγος ἐστὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο.* de Cherub. T. I. p. 162. *εὑρήσεις αἴτιον μὲν τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν, ὑφ' οὗ γέγονεν· ὄργανον δὲ λόγον Θεοῦ, δι' οὗ κατεσκευάσθη.* cf. etiam *Oertelii Christologie* Th. 2. p. 631 sq. *Meyerus* l. l. p. 252. *αἰὼν* ut Hebr. עולם indicat *tempus* vel praeterlapsum, vel futurum, et res in tempore factas, adeoque ipsum *mundum* ut Hebr. עולם Eccles. 3, 11. (v. *Glassii* Philol. S. p. 63. *Dath. Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1620 sq.) Syr. ܥܠܡܐ (quo voc. Syr. interpres Matth. 13, 35. nomen *κόσμος* expressit) Arab. عالم (Alcoran. Sur. 1.) Matth. 13, 39. Ps. 66, 7. ubi *οἱ ο'* habent, *ὁ δεσπόζων τοῦ αἰῶνος*. add. Sap. 13, 9. eadem significatione adhibuerunt etiam Alexandrini interpretes et N. T. scriptores numerum pluralem *αἰῶνες*, quod videbatur naturae tantae et tam vastae molis apprime aptus et conveniens. Ita h. l. legitur, et infra 11, 3. Tob. 13, 6. *ὑψώσατε τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων.* v. 10. *εὐλόγει τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων.* 1 Tim. 1, 17. *ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων.* Philo de mundo p. 1157. D. *κύριος βασιλεύων τῶν αἰώνων· ὁ γὰρ δὴ Θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τεχνίτης καὶ ἐπίτροπος τῶν ἐν οὐρανῷ τε καὶ ἐν κόσμῳ πρὸς ἀλήθειαν ἐστί.* v. *Koppii* Exc. 1. ep. ad Gal. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 39 sq. ed. *Fischer.* Vel ex iis quae hactenus disputavimus patet repudiandam esse verborum interpretationem, quam proposuerunt *Boltenius*, *Paulus Memorabilien* St. 7. p. 198 sq. *Stolzius Erläuterungen zum N. T. Heft* 6. p. 6 sq. per quem secula nova constituit, *durch den er neue Epochen hat entstehen lassen, die Mosaische und die christliche Verfassung*; quem (filium) veluti terminum constituit temporum computationis. Non

negaverim αἰὼν etiam ita poni solere, ut *seculum* denotet v. *Schleusneri* Lex. *Wahlii* Clavis, *Bretschneideri* Lex. Manuale N. T. h. v. utrum vero h. l. vocabulum αἰῶνες hac significatione capiendum sit, non ex solo usu loquendi definiri potest, sed videndum an eam admittat orationis contextus, aliique huius epistolae loci eam confirment. Neutrum concedi potest. Etenim τοὺς αἰῶνας est synonymum vocis τῶν πάντων quae praecessit; infra v. 10. filio creatio mundi adscribitur ut Joh. 1, 2. 3. 10. 1 Cor. 8, 6. Col. 1, 16 sq. et e cap. 11 ep. ad Hebr. v. 3. satis evidenter apparet, quam vim vocabulo αἰῶνες h. l. tribuerit scriptor. Caeterum hic ipse locus 11, 3. ubi mundus conditus esse dicitur ῥήματι τοῦ Θεοῦ, non repugnat iis, quae h. l. leguntur. Ibi enim generatim de creatione sermo est, quatenus ad Deum primum rerum fontem referenda est (3, 4.), h. l. speciatim mundi fabricatio τῷ υἱῷ, eidemque λόγῳ τοῦ Θεοῦ assignatur. Per filium creavit mundum. Nec ῥήματι *verbo*, significatur, mundum uno temporis puncto conditum esse (vid. Gen. 1.), sed voluntate et potentia divina.

3. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης] *in quo divinum lumen resplendet.* Antiquitas, cum coelum, quod Dei sedem putaret, sit omnis lucis fons, lux ipsa res purissima, omniumque rerum subtilissima et velocissima: Deum cogitabat naturam purissima luce constantem v. Sap. 7, 25 sq. 1 Ioh. 1, 5. Apoc. 21, 23. (ubi v. *Eichhornius* add. *Bretschneideri* Lex. Man. s. v. φῶς) et ignis splendore circumfusam v. Ezech. 1, 26 sq. 8, 2. Ex. 24, 16 sq. Deut. 4, 12. Act. 7, 55. 1 Tim. 6, 16. Chrysostomus ad 1 Tim. l. l. ἄλλο τὸ φῶς αὐτὸς, καὶ ἄλλο ὃ οἰκεῖ. H. l. δόξα eo significatu capiendum est ut sit *lumen*, quam interpretationem additum vocabulum ἀπαύγασμα et ipsa oratio commendat. Ex aliorum interpretum sententia voc. δόξα indicat *maiestatem* Dei i. e. virtutes divinas, de qua notione vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 368. sed prior illa significatio et descriptio, maioris ornatus poetici caussa, quem scriptor orationi attulit, praeferenda est. Vocabulum ἀπαύγασμα significat *repercussionem lucis et splendoris*, nominatim solis, *den Wiederstrahl*, *Wiederschein*, *Abglanz*; verbum

ἀπαυγάζειν *refulgere* Callim. h. in Del. v. 181. Ἀλλ' ἤδη περὶ νηὸν ἀπαυγάζοιντο φάλαγγες Δυσμενέων *atque iam circa templum refulgent phalanges hostium.* Per metaphoram autem ἀπαύγασμα adhibetur de imagine rei alicuius, ut apud Philon. de Plantat. Noachi p. 221. C. τὸ δὲ ἁγίασμα οἷον ἁγίων ἀπαύγασμα, μίμημα ἀρχετύπου *sanctuarium* (templi) *quasi repercussio coelorum* (sanctuarii coelestis), *imago archetypi.* Add. Sap. 7, 25. 26. ubi sapientia dicitur ἀτμὶς τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως *vapor divinae potentiae,* ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης *emanatio splendoris, maiestatis omnipotentis,* ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου *repercussio lucis aeternae,* ἔσοπτρον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας *speculum efficaciae divinae,* εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ *imago bonitatis eius.* Itaque verbis ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης inest sententia haec: est Dei, naturae divinae imago, εἰκὼν τοῦ Θεοῦ 2 Cor. 4, 4. Col. 1, 15. Deo similis. Quo clarius autem et fortius haec exprimeretur notio, addita sunt verba: καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ] *eiusque substantiae imago.* Χαρακτὴρ generatim significat *notam alicui rei insculptam vel impressam, figuram, signum, quo quis ab altero internoscitur,* ut ap. Philon. de opif. mundi p. 15. A. Isocrat. ad Demonic. p. 7. *Wolf.* ῥάδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἐκ τῶν Ἡρακλέους ἄθλων καὶ τῶν Θησέως ἔργων, οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπέβαλεν, ὥστε μηδὲ τὰ πάντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι τῶν ἐκείνων πεπραγμένων *facile vero hoc tum ex Herculis certaminibus, tum ex Thesei operibus perspici potest, quorum factis, praestantia morum tantum existimationis bonae signum impressit, ut nulla secula res eorum gestas oblivione delere possint.* Eurip. Hec. v. 379. ubi scholiastes: ἐπιτήδειος χαρακτὴρ ἤτοι σφραγὶς, καὶ σημεῖον, καὶ ἐπίσημος. Speciatim usurpatur de imagine s. effigie annuli sigillo insculpta in ceram expressa, *ein Abdruck* v. Philo p. 4. B. p. 35. A. de imagine nummis impressa Aristot. Oecon. Lib. 2. p. 684. *Paris.* συνελθόντων δὲ ἐπὶ τὸ κόψαι ἕτερον χαρακτῆρα, ἐξέδωκε τὸ αὐτὸ ἀργύριον *cumque convenissent, qui alio signo vellent cudere, idem illud argentum elocavit* add. Diod. Sic. p. 58. B. v. *Mün-*

thius ad h. l. Hinc χαρακτὴρ de oris lineamentis ponitur, quibus unus ab altero dignoscitur. Diod. Sic. p. 58. B. οἱ τῆς ὄψεως χαρακτῆρες. Ecl. 4. l. 31. ἡ τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότης *similitudo lineamentorum*. Notat denique etiam omnino *imaginem*, *ein Ebenbild* ut h. l. Hesychius: ὁμοίωσις· atque adeo id. est qd. εἰκὼν, quo vocabulo vocem χαρακτὴρ permutavit Philo in libr. quod deter. insid. potiori p. 170. C. cf. *Elsnerus* et *Carpzovius* ad h. l. *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. v. 294. *Casaubonus* ad Theophr. Char. p. 7. ss. ed. *Fischer*. Cum ergo duo vocabula, ἀπαύγασμα et χαρακτὴρ, idem declarantia h. l. coniungantur; sensus verborum existit hic: est Deo simillimus, Dei imago perfectissima. Ὑπόστασις Suidas: ἐτυμολογεῖται δὲ ὑπόστασις παρὰ τὸ ὑφεστάναι καὶ ὑπάρχειν. Opponuntur sibi τὰ κατ' ἔμφασιν, secundum speciem, quae re vera non sunt, et καθ' ὑπόστασιν, quae re vera existunt, ab Aristotel. de Mundo c. 4. §. 19. p. 133. ed. *Kapp*. συλλήβδην δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μὲν κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν *ut caetera complectar eorum quae in aëre apparent, alia specie tenus existunt, alia etiam habent naturae substantiam*. Ab Artemidoro Onirocr. 3, 14. ὑπόστασις opponitur τῇ φαντασίᾳ, verba sunt: Θεοῦ δὲ σκευὴν ἔχειν καὶ περικεῖσθαι, ἄλλου τινὸς ἐπιτροπεῦσαι σημαίνει πλουσίου, ὥς τε φαντασίαν μὲν ἔχειν πλούτου, ὑπόστασιν δὲ μή *Dei habitum habere, eiusque ornatu amictum esse* (in somniis) *alterius cuiusdam divitis procuratorem esse significat, ut speciem quidem divitiarum quis habeat, verum non substantiam*. Dicitur ergo ὑπόστασις id quod vere existit, existentia vera, *das wirkliche*, *das Wesen*, h. l. natura divina id. qd. φύσις. — Φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ] *verbo* (voluntate) *suo potentissimo cuncta sustinet atque gubernat*. Φέρων Chrysostomus explicat: κυβερνῶν, τὰ διαπίπτοντα συγκρατῶν. Theophylactus: κυβερνᾷ, συγκρατεῖ. Theodoretus: οὐ γὰρ μόνον τὰ πάντα πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ ἰθύνει ταῦτα καὶ κυβερνᾷ *regit et gubernat*. Iudaei Messiae praecipuas partes in gubernando mundo assignabant v. notata in Prolegg. Commentario in Ev. Ioh. praemissis p. 108. ed. tert. Verbum autem φέρειν significat

sustinere, *conservare* et *gubernare*. Bene *Valckenarius* in Scholis in libros N. T. Vol. 2. p. 372. „φέρειν notat *ferre*, *portare;* quod portamus, illud fulcimus, sustinemus, vel sustentamus. Quod *sustento*, illud *rego*, *libro*, *moderor*, *guberno*.“ Philo libr. quis rer. div. her. p. 486. C. ὁ μὲν ὄντα φέρων, καὶ τὰ πάντα γεννῶν *qui quae sunt conservat et creat omnia*. In scriptis Rabbinorum verbum סבל haud uno in loco de Deo ita adhibitum legitur, ut sit *sustinere*, *conservare* v. *Schöttgenius* in Horr. Hebrr. ad h. l. et de Christo Col. 1, 17. legitur τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε *conservat* ubi v. *Heinrichsius*. Sed verbo φέρειν ita ut notet *gubernare* usus est Plutarch. in Lucull. c. 6. φέρειν τὴν πόλιν. Eodem significatu extat in vers. Alexandrina Num. 11, 14. Deut. 1, 9. ubi in textu Hebraico legitur נשׂא. Hoc vero ipsum verbum נשׂא Ies. 46, 4. ita positum comparet, ut notet *conservare* et *regere*. Et sic etiam h. l. utraque notio coniungenda est. Latini ita usurparunt verbum *vehere* Seneca ep. 31. *Deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia*. Cic. pro Flacco c. 37. *rempublicam vestris humeris sustinetis*. Caeterum quae h. l. de Christo praedicantur ad morale regimen a Deo ad eum delatum referunt *Oertelius Christologie Th.* 2. p. 679. *Eckermannus Erklärung aller dunkeln Stellen d. N. T.* ad h. l. *Stolzius* l. l. alii. ῥήματι της δυνάμεως ex Hebraica ratione positum est pro ῥήματι δυνατῷ v. *Glassii* Phil. S. p. 25 sq. *Wineri Grammatik d. N. T. Sprachidioms B.* 1. p. 92. voc. ῥῆμα ut Hebraeorum דבר *iussum*, *mandatum* denotat, et quoniam homines verbis voluntatem suam declarare solent, Hebraei, ut significarent vim et voluntatem divinam, hac circumlocutione usi sunt דבר יהוה ῥῆμα Θεοῦ v. Ps. 33, 6. 148, 5. Gen. 1, 3. 9. Hebr. 11, 3. Apoc. 4, 11. Pro αὐτοῦ in nonnullis codd. recentioribus et editt. antiquis extat αὑτοῦ, quam lectionem si cum *Grotio*, *Peircio* et *Matthaeio* (qui eam in ordinem recepit) admittimus; filius h. l. dicitur omnia potentia patris sustinere et regere, non sua ipsius vi. At enimvero, ut ex iis quae praecesserunt et quae sequuntur, satis aperte patet, non Deus ipse, sed Messias h. l. celebratur, et αὐτοῦ, ut recte monuit *Böhmius*, non tantum referri debet ad τῆς δυ-

νάμεως, sed ad haec coniuncta ῥήματι τῆς δυνάμεως, praeferenda igitur est lectio αὑτοῦ. Saepius praeterea etiam αὐτοῦ et αὑτοῦ a librariis inter se permutata sunt v. nos ad Marc. 5, 26. et *Irmischii* index ad Herodi. T. 5. p. 1629. — Posteaquam epistolae conditor commemoravit ea, quae Iudaei ipsi de Messia praedicabant, haec hactenus enuntiata ad Iesum Messiam referenda esse, verbis electissimis docet. Cum enim ostendere vellet, Christum esse angelis superiorem, qui tamen his in terris iis fuerit inferior, quippe mortalis factus, et mortem expertus, a qua angelorum natura immunis sit; hoc non lectorum oculis exponit, sed beneficium quod Christo debemus commemorat. Ita enim pergit: *δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*] *expiatione peccatorum nostrorum per semetipsum peracta:* καθαρισμὸν ποιεῖσθαι τ. ἁ. idem valet quod ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας 2, 17. In versione Alexandrina Iob. 7, 21. respondet Hebraicae formulae הֶעֱבִיר אֶת־עָוֺן verba sunt: διατί οὐκ ἐποιήσω τῆς ἀνομίας μου λήθην, καὶ καθαρισμὸν τῆς ἀνομίας μου; Nomen καθαρισμὸς proprie usurpatur de purgatione physica v. Ioh. 2, 6. Luc. 11, 39. Hebraei autem peccata comparare solebant cum sordibus et inquinamentis corporis; hinc καθαρίζειν et καθαρισμὸς per metaphoram de liberatione a peccatorum poena ponuntur ut Ps. 51, 4. Hebr. טהר. Ps. 19, 13. נקה. Sir. 23, 9. 2 Petr. 1, 9. et h. l. ut adeo sensus sit: peccatorum veniam nobis conciliavit, et quidem δι' ἑαυτοῦ h. e. morte sua; ita enim ipse epistolae auctor hanc formulam interpretatus est 9, 12. διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. Theophylactus et Oecumenius: διὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου. Desunt verba δι' ἑαυτοῦ in codd. nonnullis, sed plurimi et optimae notae libri ea exhibent, et addita sunt a scriptore, quo maiorem vim orationi conciliaret. Pronomen autem ἡμῶν, quod multi praestantissimi codd. plures verss. et patrr. omittunt, et improbarunt *Millius*, *Bengelius*, *Griesbachius*, alii, expungendum est. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς] *ad dextram maiestatis divinae in coelo consedit.* Paulus ad Ephes. 1, 20. de Patre scribit: καὶ ἐκάθισεν (Christum) *collocavit eum*, ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Sed h. l. ut infra

8, 1. ad ἐκάθισεν cogitando adiungi debet ἑαυτὸν quod additum legitur Aelian. H. V. 4, 22. 7, 1. Thucyd. 1, 126. καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμόν· ubi schol. ἑαυτοὺς δηλονότι. Thomas Mag. καθίζω, οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἕτερον ποιῶ καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν. vid. *Albertius* ad h. l. *Dresigius* de V. M. p. 293. Scriptor epistolae nostrae semper hoc verbum significatione *sedendi* adhibuit v. 8, 1. 10, 12. 12, 2. Formula autem *sedere ad alicuius dextram*, inter alia *societatem imperii* indicat, ut Ps. 110, 1. Matth. 20, 21. ubi plura hanc in rem observavimus, cf. etiam *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. l. c. *Knappius* Opuscc. Diss. de Iesu Christo ad dextram Dei sedente p. 43 sq. Etenim in soliis sedentes cogitantur magistratus, iudices, reges, aut cum imperant, aut ius dicunt, aut gloriam maiestatemque suam ostentant, et cum haec omnia sacrae literae etiam ad Deum, regem potentissimum, eundemque supremum iudicem transferant, qui in coelo throno insideat Ps. 9, 8. 11, 4. ingenti turba ministrorum stipatus Ies. 6, 1. Apoc. 1, 4. atque h. l. Iesus Messias dicatur sedere ad dextram Dei: in promtu est sententiam imagini subesse hanc: regnat cum Deo, proximum ab eo locum occupavit. Recuperavit Christus beatitatem et dignitatem, qua iam ante mundum conditum apud Patrem gavisus erat Ioh. 17, 5. ubi v. notata, add. 6, 62. ac praeterea hoc virtutis, constantiae, patientiae praemium tulit Phil. 2, 8 sq. Eph. 1, 20 sq. ut constitutus sit rex et dominus generis humani et ecclesiae suae vid. not. ad v. 13. et ad Matth. 28, 18. cf. *Oertelii Christologie Th.* 2. p. 436. 394. 729. *Storrii Erklärung d. Briefs an die Hebr.* p. 667. *Ammonius in biblisch. Theologie* Th. 1. p. 227. sensum loci Phil. 2, 11. ita constituit: *Iesus kam nach seiner höhern Natur vom Himmel herab auf die Erde, und nach der Vollendung seines irdischen Berufs kehrte er zu seiner vorigen Würde, als erster aller geschaffenen Geister zurück.* Operae pretium est huc transferre verba *Knappii* Opuscc. p. 54 sq. „Sacrarum literarum perpetua doctrina haec est, Christum a Deo patre accepisse imperium, huiusque imperii tantam esse amplitudinem, ut ille non regna solum huius *terrarum orbis* sua in potestate et ditione habeat, sed quic-

iid **magnum**, illustre, excelsum habetur in *omni rerum aturae*, inprimis varias classes et ordines angelorum praorumque daemonum v. Eph. 1, 20. 21. Col. 1, 15—17. Petr. 3, 22. Hic ergo omnibus Dei ministris, quibus ille rel in terra vel in coelo utitur, dignitate ac potentia longe superior est. Nam cum omnia, quaecunque exsistunt in rerum natura, sive corpora sint et adspectabilia, sive ab adspectus iudicio remota (qualia sunt, quae de angelis et daemonibus tradunt sacri libri) varia ratione afficiant homines, quibus Christus imperat, iisque vel emolumenta afferant, vel detrimenta: intelligitur, quam ob caussam imperium in haec omnia Christo sacris in literis tribuatur. Quomodo enim ille, nisi haec quoque eius voluntati parerent, imperium in suos efficaciter exercere, quomodo eorum mederi incommodis ac saluti providere posset? Quin etiam de regni sui adversariis et rebellibus sumenda ipsi supplicia sunt, amicis autem fidisque cultoribus promissa praemia cumulate persolvenda. Dictum enim verissime est: parum tutam imperanti maiestatem sine viribus esse. Quatenus autem Christi imperium ad genus humanum pertinet, duplicis est generis; *alterum*, latissime patens, hominum universitatem amplectitur, (ille enim a Patre potestatem in universum genus humanum accepit Ioh. 17, 2. Matth. 11, 27. 28, 18. Eph. 1, 10.), *alterum*, angustius, societate eorum continetur, qui Christi praeceptis ac legibus parent Col. 1, 13. Eph. 5, 5. Cuius imperii, dum Iesus in terris versabatur, obscurum ac tenue initium fuit: sed ex quo ille in coelum rediit, amplificatur in dies, et nova incrementa capit Matth. 13, 31—33. Inde ab hoc tempore ille sic imperat hominibus (tanquam σωτὴρ et μεσίτης) eorum ut commodis omni modo inserviat, omnisque generis salutem ipsis afferat (Eph. 5, 23. 29.) quod quidem fit, tum per doctrinam Apostolis traditam (Matth. 28, 18-20.), propagatamque a caeteris doctoribus, Dei et Christi auctoritate constitutis (Eph. 4, 11. 15. 16.), tum patrocinio et auxilio praesentissimo, quo ille suis semper adest. Ita I. C. profligatis subactisque adversariis, ecclesiam suam conservat, auget, amplificat Matth. 28, 20. Marc. 16, 19 sq. 1 Cor. 15, 25 sq. 1 Ioh. 4, 4. 5, 4.

**5. Tandem imminente ingenti illa rerum humanarum in terris conversione, iterum se conspiciendum praebebit, et mortuis in vitam revocatis, auctoritate et iussu Patris, iudicioque solenni habito, universi generis humani rex ac dominus agnoscetur Ioh. 5, 21 sq. Matth. 25. Act. 17, 31. Rom. 14, 10. etc." — Vocabulum μεγαλωσύνη quod in versione Alexandrina respondet Hebraico גֹּדֶל Deut. 32, 4. al. et גְּדוּלָּה Ps. 145, 3. 6. indicat *magnitudinem*, *maiestatem* Dei. Neque tamen hoc nomine semper omnia naturae Dei ornamenta insigniuntur, sed saepenumero tantum certum quoddam eorum genus, ut singulis locis reliquae orationis ratio docet, nominatim potentia Dei designatur. Hoc significatu legitur μεγαλωσύνη pro Hebr. גדולה Ps. l. l. Sir. 2, 18. qui quidem significatus etiam h. l. huic voci apprime conveniens est; et Iudaei Deum κατ' ἐξοχὴν dicere solebant גבורה δύναμιν vid. nos ad Matth. 26, 64. Sed μεγαλωσύνη np. τοῦ Θεοῦ, est abstractum pro concreto, atque adeo verba reddenda sunt: *ad dextram Dei potentissimi.* ἐν ὑψηλοῖς h. e. ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quo loquendi circuitu etiam Hebraei usi sunt Ps. 93, 4. בַּמָּרוֹם, et interpretes Alexandrini Ps. l. l. Ies. 33, 5. al. Sed τὰ ὑψηλὰ ex dicendi et statuendi ratione Iudaica, ut scienter monuit *Wahlius* in Clav. s. v. ὑψηλὸς est id. qd. ὕψιστα v. not. ad 4, 14. 6, 19. 7, 26. Eph. 4, 10.

4. Generatim hactenus epistolae conditor de summa Iesu Messiae, legati divini, religionis christianae auctoris, dignitate verba fecerat, et iam in eo est, ut demonstret, eum omnibus legatis divinis et voluntatis Dei interpretibus, etiam angelis longe maiorem esse, id quod Iudaei ipsi de Messia praedicabant v. Comment. nostr. in Ioh. Prolegg. p. 105. et cum ad Christi dignitatem depingendam modo dixerit, eum, expiatione peccatorum peracta, ad dextram Dei in coelis consedisse, et angelorum domicilium in coelo putaretur; Iudaei vero etiam de lege angelorum ministerio ipsis lata gloriarentur Hebr. 2, 2. cui propterea etiam praecipuam quandam vim et auctoritatem tribuebant, angelorum autem nullas partes in religione christiana fuisse, eam elevaturi dictitarent: ex naturali cogitationum coniunctione scriptor primo

verba facit de angelis, et locis e V. T. petitis pluribus probat, Iesum Messiam angelos dignitate longissime superare, quin et hos ei subiectos esse, et cum ex Hebraeorum sententia angeli omnes reliquas naturas intelligentes longo intervallo vincerent: facile ostendi quoque poterat, et pronum ad fidem erat, Iesum Messiam etiam Mose c. 3. reliquisque V. T. prophetis longe maiorem esse. Eum autem geniis illis coelestibus superiorem esse et augustiorem, patere docet scriptor „tum ex nomine Filii (verbis *Winzeri* utor, ex eiusd. Commentat. 1. de sacerdotis officio quod Christo tribuitur in ep. ad Hebr. Lips. 1825. 4. p. 10. depromtis), nulli unquam angelorum concesso v. 4. 5. tum ex honore summo ab ipsis angelis ei tribuendo v. 6. tum ex officii et dignitatis ratione, cum angelos ministros habeat Deus, Christum vero regem ac dominum constituerit v. 7-9. tum ex creatione mundi per Christum v. 10. huiusque immutabilitate v. 11. 12. tum ex conditionis diversitate, quandoquidem Christus in consortium maiestatis et imperii divini receptus est, angeli contra, tanquam naturae ministrae, ad operam (Deo et Christo) praestandam emittuntur in usum eorum, qui sunt ad sempiternam vitam et felicitatem perducendi v. 13. 14." — Sed neque in hoc cap. neque cap. 2. de angelis sermonem esse, probare studuit *Haberfeldius* in Diss. inscripta: angeli e primo et secundo cap. ep. ad Hebr. exulantes. Isenaci 1808. 8. quem praeivit *Frenzelius*, qui primis tanquam lineis hanc interpretationem novam designavit in *Augustii Theolog. Blättern St. 25. p.* 393 sq. *Jahrg.* 1796. Uterque per τοὺς ἀγγέλους *legatos divinos V. T.* intelligit. Et *Haberfeldius* monuit, voluisse scriptorem (Paulum) praestantiam religionis christ. contra Iudaeos defendere, adeoque eum in comparationem vocasse oeconomiam Mosaicam, et ostendisse, quantum et doctoribus, et ratione Dei colendi, et emolumentis inde in Christi cultores redundantibus, iisque per omne aevum duraturis, christiana religio prae illa emineat. Mirum ergo videri Apostolum, ut Christi dignitatem demonstraret, statim in limine epistolae, eam ex comparatione eius cum angelis derivare; fuisse potius ei a minori ad maius progrediendum, et in fine demum, hoc potissimum argumento,

praemissis omne pondus addere. Haec vero speciosius quam verius disputata video. Etenim scriptores N. T. non exigendi sunt ad normam Graeciae Latiique scriptorum, non illorum scripta ex Aristotelis, Ciceronis, aliorumque regulis diiudicanda. Praeterea vel ex iis quae supra disputavimus, facile perspici posse arbitramur, qui factum sit, ut scriptor huius ep. a maiori ad minus descenderit. Cum enim inde a v. 2-4. dignitatem Iesu Messiae (quem v. 1. prophetis V. T. opposuerat) descripserit, eum nominarit *κληρονόμον πάντων, ποιητὴν τῶν αἰώνων, ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ,* et dixerit, eum ad Dei dextram consedisse, his praemissis, parum convenienter Christum comparasset cum legatis divinis, veteris oeconomiae interpretibus, inprimis Mose et Aarone, cum hominibus, refutaturus Iudaeos, qui religionem christianam contemnerent et repudiarent, quod non a Deo, non ministrantibus angelis, ut lex Mosaica, promulgata esset. Cupide magis quam vere iudicasse *Haberfeldium*, interpretatio locorum, in quibus Christus cum angelis comparatur, ab eo proposita, planissime docet. Vocabulum *ἄγγελος* Hebr. מַלְאָךְ de legatis, *πνεῦμα* de doctoribus usurpari, non negamus; *ἄγγελος* ita positum legitur Matth. 11, 10. Luc. 9, 52. *πνεῦμα* 1 Cor. 12, 10. 1 Ioh. 4, 1. sed hoc rariori significatu, quem illis in locis orationis series flagitat, etiam in hac epistola haec vocabula legi, id vero pernegamus. Cap. 2, 3. *Haberfeldius* per *τοὺς ἀγγέλους* ut Act. 7, 53. Gal. 3, 19. *nuntios divinos*, Mosen et Aaronem intelligit, per quos lex lata sit coll. Ex. 19, 24. ubi Moses cum Aarone in montem sanctum se contulisse perhibetur. Sed Aaron nullam habebat in legum latione partem. conf. etiam ad h. l. infra notata. V. 7. verba Psalmi 8. ad Mosen et Aaronem quoque refert, addita notatione hac: hi summis condecorati honoribus diem obierunt supremum, Christo autem mors subeunda ignominiosissima, eamque ob caussam inferior iis videbatur. Attamen id ad breve tempus accidit, et ita, ut his fatis fortiter exantlatis, palmam iis praeriperet. Versum 16. ita explanat: Messias non e tribu Levitica (*ἀγγέλων* quasi genere) unde prioris oeconomiae proceres, Moses et Aaron, ortum habebant,

sed in universum ab Abrahamo, ut omnes Israelitae, cuiuscunque tandem tribus sint, genus derivabat. Sed ut taceam perquam contortam esse hanc verborum explicationem, obstat ei etiam hoc, quod verbo ἐπιλαμβάνεσθαι significatio tribuitur, quae per usum loquendi eiusque auctoritatem ei conciliari nequit. Ex iis quae hactenus disputavimus clarum et manifestum esse arbitramur hanc novam ab *Haberfeldio* prolatam interpretationem repudiandam, et retinendam esse vulgarem vocabuli ἄγγελος significationem. Sed ad nostrum locum revertamur. τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων κ. τ. λ.] *tanto augustior angelis factus est, quanto excellentius ei prae illis nomen contigit:* γενόμενος *factus*, pendet ab ἐκάθισεν. Aliis γενόμενος est id. qd. ὤν. Minus recte v. Phil. 2, 9. Eph. 1, 20 ss. Κρείττων, quod Clemens Rom. 1 ep. ad Cor. c. 36. explicuit μείζων, dicitur de omni re et persona, cui vis maior et divinior inest v. Ael. H. V. 4, 17. Herodi. 5, 1. 14. 3, 2. 6. 6, 6. 9. et Graeci hanc vocem de diis usurpare solent. Hesychius: κρείττονας· τοὺς ἥρωας-καὶ οἱ θεοί. Magnam exemplorum copiam legere cupientibus praebebunt *Brodaeus* Miscell. S. e. 30. et *Carpzovius* Exercitt. ad h. l. διαφορώτερον *excellentius*, *praestantius* v. *Wetstenius* et *Carpzovius* ad h. l. Symm. Gen. 1, 27. ἐν εἰκόνι διαφόρῳ. Hesychius: διαφορώτερον· κρεῖττον, ὑψηλότερον. — παρ' αὐτοὺς *prae* vel *quam illis*. Praepositio παρὰ in comparationibus, aliis vocabulis iuncta et post comparativum posita respondet Latinorum *prae* et *quam*, vernaculo *als*, Hebr. מ Ps. 8, 6. ubi οἱ ό. habent παρ' αὐτούς· idem etiam valet quod ἤ Hebr. 2, 7. βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Sir. 15, 5. ὑψώσει αὐτὸν παρὰ τοὺς πλησίον αὐτοῦ. Gen. 37, 3. LXX. Ἰακὼβ ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Xen. Ages. 5, 3. ἐπόνει παρὰ τοὺς ἄλλους. Hebr. 3, 3. πλείονος δόξης παρὰ Μωσῆν ἠξίωται. add. 9, 23. 11, 4. 12, 24. Luc. 3, 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον. 13, 2. ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας ubi v. not. Thucyd. 1, 23. ἡλίου ἐκλείψεις πυκνότεραι παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν. Philo de sacrif. Ab. et Cain. p. 140. D. λόγου δὲ εὐκινητότερον οὐδὲν παρὰ τῷ θνητῷ γένει

nihil est mobilius apud homines quam sermo. v. *Vigerus* p. 649. *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Vol. 3. P. 2. p. 270. *Matthiae Gramm.* §. 583. p. 864. Paulum nusquam praepositionem *παρὰ* comparativis adiungere observavit *Valckenarius* in Scholis ad h. l. et ad 1 Cor. 3, 11. In constituenda vocabuli *ὄνομα* notione interpretes variant. Haud pauci vertunt *dignitas*, sicuti legitur Phil. 2, 9. Hebr. שֵׁם Deut. 26, 19. 1 Paral. 17, 8. 22, 5. ut adeo sit id. qd. *δόξα, τιμή* infra 2, 9. 5, 4. Alii reddendum existimant *nomen, titulus*. Recte. Etenim filii dignitas iam indicatur verbis *κρείττων γενόμενος*, et frigida procedit sententia, si locus ita explicatur: tanto angelis est praestantior, quanto praestantiorem dignitatem obtinuit, *er ist in dem Maass an Würde erhaben über die Engel, als erhaben ist die Würde die er erhalten hat.* Vocabulo *ὄνομα* si haec tribuitur significatio: *nomen, titulus*, intelligi debet titulus *υἱοῦ τοῦ Θεοῦ*, et haec ipsa appellatio statim v. 5. affertur, et duobus V. T. locis confirmatur. Theodoretus: *ὅτι δὲ τῆς υἱότητος ὄνομα λέγει, τὰ ἐπαγόμενα διδάσκει.* Hunc titulum etiam infra 3, 5. 6. epistolae auctor memorat, ut Christi dignitatem declaret. Christus, *ὁ υἱὸς, Messias*, opponitur ibi Mosi, qui *θεράπων* dicitur. Sic et h. l. huius tituli respectu habito Christus opponitur angelis, et ab hoc honoris vocabulo scriptor transit ad ipsam Christi dignitatem qua illis praestat. Hac interpretatione admissa sensus percommodus existit hic: nomen eius multo praestantius titulo *ἀγγέλου* (ministri) declarat, eum angelos dignitate longe superare, *sein Name bezeichnet seine über die Engel erhabene Würde*, nuncupatur Dei filius, Messias (*κύριος* Phil. 2, 11.) v. 1. coll. 2. 3. 5. cui angeli ministrant. Neque huic interpretationi obstat, quod etiam angeli in V. T. libris *filii Dei* בני אלהים dicuntur, ad naturam eorum humana praestantiorem declarandam v. Iob. 1, 6. 2, 1. 38, 7. Nam ut taceam in versione Alexandrina, quam scriptor noster sequitur, his in locis legi *ἄγγελοι Θεοῦ*, neque nimis argutandum esse in argumentationibus ab auctore ep. propositis; Christus eminentiori sensu et *κατ᾽ ἐξοχὴν* nominatur *Dei filius*, et nusquam singuli angeli (v. 5. *τίνι*

γάϱ-ἀγγέλων) in V. T. libris ita dicti aut a Deo compellati leguntur.

5. Iesu Messiae dignitatis praestantia pluribus locis e V. T. depromtis confirmatur, quorum tamen multi, ac tantum non omnes neutiquam de Messia agunt. Sed Iudaeorum doctores Christi aetate allegoricam literas sacras interpretandi rationem secuti, quicquid praeclari et magni in V. T. libris de hominibus piis et Israelitarum regibus dictum esset, ad Messiam referebant, de eoque interpretabantur. Hanc interpretandi rationem scriptores N. T. ut religionis christianae placitis ad Iudaeorum animos viam quasi munirent, et dictorum suorum veritatem adstruerent, prudenter tenuerunt. Quare et huius epistolae scriptor, quae de Iesu Messia modo affirmaverat, Iudaeorum caussa, quibus scribebat, V. T. locis confirmavit, qui ad Messiam referri poterant, et a Iudaeis illo tempore ad eum referebantur. Ac primum quidem argumentum e V. T. petitum per interrogationem proponit, ita, ut appareat, etiam illis ipsis ad quos scribebat, praesertim ita monitis, rem fore aut esse manifestam. τίνι γὰϱ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων;] *quemnam tandem angelorum* Deus *ita allocutus est:* γὰϱ v. 3, 16. ποτὲ ut Lat. *tandem* Cic. Catil. 1, 1. *Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?* Sallust. B. C. c. 20. *quae quousque tandem patiemini, fortissimi viri?* in interrogationibus vim augendi habet v. 1 Cor. 9, 7. Xenoph. Hier. 7, 12. Mem. 1, 1. 2. Herodi. 5, 4. 16. υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμεϱον γεγέννηκά σε] *tu es filius meus*, *ego te hodie genui.* Psalmum secundum, e quo haec verba desumta sunt, Iudaei de Messia explicabant v. *Rosenmülleri* Scholia in Psalmos p. 28. ed. 2. ad quem etiam a nostro transfertur. Sed carmen illud de Davide agere ostendimus ad Act. 4, 25. Laudantur h. l. verba v. 7. ut in versione Alexandrina leguntur. Israelitarum reges dicebantur *Dei filii* Ps. 89, 27. 2 Sam. 7, 14. quod a Iova summo Israelitarum rege, ex imperii forma theocratica, reges constituti eiusque vicarii erant. Etiam ab Homero reges dicuntur διοτϱεφεῖς, non propterea, ut Eustathius p. 199. ed. Rom. observavit: ὅτι ἐκ Διὸς τὸ γένος ἕλκουσιν, ἀλλ' ὅτι ἐξ ἐκείνου αὐτοῖς

ἡ τιμή. vid. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. l. l. hinc etiam Messias, sensu tamen eminentiori dicebatur *υἱὸς τοῦ Θεοῦ* Luc. 1, 31. *υἱὸς ὑψίστου* i. e. rex summus et potentissimus, rex omnium gentium a Deo constitutus Apoc. 17, 14. *κύριος κυρίων καὶ βασιλεὺς βασιλέων*· et Iesus Messias h. l. nuncupatur Dei filius, tanquam rex et sospitator hominum a Deo constitutus et cum Deo coniunctissimus v. 1-3. Verba *ἐγὼ γεγέννηκά σε* explicanda sunt: ego te genitum declaravi h. e. in hac orationis serie, ego te regem, Messiam constitui, declaravi ut Ps. 110, 4. Ier. 1, 10. v. *Glassii* Philol. S. p. 216. ed. *Dath.* Superest ut ostendamus quo sensu adverbium *σήμερον* capiendum sit. Qui de Davide Psalmum interpretantur, ad ipsius unctionem hanc vocem referunt vel ad primam 1 Sam. 16, 13. enarratam, vel ad alteram de qua 2 Sam. 5, 12. sermo est; alii illud tempus spectari putant, quo Davides arcem Sionis expugnarat v. 2 Sam. 5, 12. Sed h. l. *σήμερον* ad Iesum Messiam refertur. Nihil nos morabitur sententia eorum interpretum, qui voci הַיּוֹם, *σήμερον*, *aeternitatis* significationem vindicant, et verba Psalmi de aeterna Christi a Deo patre generatione interpretantur; cum haec sententia iam dudum refutata sit a peritissimis harum rerum arbitris, qui praeter alia monuerunt, voc. יוֹם nunquam aeternitatem indicare, neque de ea dici posse, quod tempus praesens includat, quo praeteritum et futurum excludatur. Plerique cum recte viderent per *σήμερον nunc*, *in praesentia*, *iam*, *hoc tempore*, certum aliquod tempus indicari (ut 4, 7.), et quidem illud tempus, quo Iesus Messias a Deo constitutus sit: verba huius versus *ad Iesu in vitam revocationem* retulerunt, et ad hanc suam sententiam stabiliendam ad Act. 13, 32. provocarunt, ubi Paulus quoque affirmet, Iesum per suum in vitam reditum Messiam declaratum esse. Sed Act. l. l. verbo *ἀναστῆναι* aliam significationem, nempe hanc: *praesentem sistere*, *in vitam prodire iubere*, subiiciendam esse, pluribus ad illum locum demonstravi. Equidem adstipulor interpretibus iis, qui haec verba intelligenda censent de tempore, quo *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο* Ioh. 1, 14. quo *ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ* 1 Cor. 15, 47. in has terras ve-

nit. Hanc interpretationem commendat locus Hebr. 10, 5. add. Luc. 1, 32. *καὶ πάλιν· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα κ. τ. λ.*] *et alio loco: ego ei pater et ipse mihi filius erit.* Affertur alius V. T. locus, id quod vel particula *πάλιν item, porro, alio loco*, docet, quae sic in locis ex auctoribus allatis adhibetur, ut alium locum designet v. Matth. 4, 7. Rom. 15, 10. 1 Cor. 3, 20. Hebr. 2, 13. al. Plutarch. de audiend. poëtis c. 5. p. 36. ed. *Krebs. πάλιν δὲ ὁ μὲν Εὐριπίδης εἰπὼν κ. τ. λ.* v. et *Ammonius* p. 7. et 14. Verba h. l. allata extant in vers. Alex. 2 Sam. 7, 14. Loquens ibi inducitur Nathan, qui Davidi Dei voluntatem aperit de templo ab ipsius filio (Salomone) exstruendo, cui regnum perpetuum Deus concessurus sit coll. v. 12. Hunc locum ob vocabulum לעולם quod v. 13. legitur, Iudaei seriores de Messia interpretabantur. Quare et huius epistolae auctor, qui in eo est ut ostendat, Christo longe excellentius nomen contigisse quam angelis, hunc locum ad Iesum Messiam generis humani regem ac dominum transfert, ita, ut sensus verborum sit: sic ei pater ero, ut ei regnum perpetuum concedam. *εἰς πατέρα* et *εἰς υἱὸν* ex Hebraica ratione dictum est pro: *πατὴρ-υἱός*. Hebraei enim cum Nominativum exprimere volunt, verbum היה sequi iubent particulam ל vid. Gen. 24, 67. Deut. 21, 13. infra 8, 10. *ἔσομαι εἰς Θεὸν-ἔσονταί μοι εἰς λαὸν* pro *ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, ἔσονταί μοι λαός*. add. Matth. 21, 42. 1 Cor. 15, 45. 1 Petr. 2, 7. not. ad Act. 8, 23. et *Vorstius* de Hebraism. p. 680 sq.

6. Iesum Messiam longe superiorem esse angelis, ut probaret scriptor, ex ipso praeclaro *filii Dei* nomine argumentum duxerat v. 4. 5. iam transit ad aliud argumentum desumtum ab honore, quo Iesus Messias ab angelis afficiendus sit. Quare non possum accedere interpretibus iis, qui particulam *πάλιν* explicandam esse censent *contra*, de quo huius particulae usu vid. *Albertius* ad Matth. 4, 5. et *Schleusneri* Lex. h. v. quae enim h. l. leguntur, non sunt opposita iis quae praecesserunt. Neque eos interpretes probare possum, qui *πάλιν* cum verbo *εἰσαγάγῃ* connectunt, et repetitionem actus indicare putant, hoc sensu:

cum iterum *primogenitum introducit* εἰς τὴν οἰκουμένην. Nam in antecedentibus nulla facta est mentio introductionis quae hanc praecessit. Itaque in eorum partes discedo, qui πάλιν vertunt *porro*, *alio loco*, ut v. 5. Rom. 15, 10-12. et praeeunte Syro interprete [vertit: *rursus autem cum inducit primogenitum in mundum* (עלמא) *dixit: eum adorent* (omisit καὶ) *omnes angeli Dei*] ὅταν δὲ πάλιν per metathesin positum esse statuunt pro: πάλιν δὲ ὅταν, cuius generis verborum traiectiones scriptoribus sacris pariter atque profanis satis frequentes sunt. Sic Rom. 1, 20. naturalis verborum ordo esset: τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. 5, 6. ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν pro: Χριστὸς γὰρ ἔτι ὄντων ἡ. ἀ. ubi v. *Kypkius*. 1 Cor. 1, 2. verba: αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν pertinent ad remotiora τοῦ κυρίου ἡμῶν. vid. *Glassius* Phil. S. p. 661 ss. *Casaubonus* ad Theophr. Char. c. 1. p. 24. c. 7. p. 101. ed. *Fischer*. *Locella* ad Xen. Ephes. p. 135. 216. *Dorvillius* ad Charit. p. 92. 319. ss. *Abreschii* Lectionn. Aristaen. p. 218. Eiusdem Auctar. Thucyd. p. 419. Formulam quae sequitur εἰσάγειν εἰς τὴν οἰκουμένην in mire varias partes interpretati sunt huius epistolae explanatores. Ex plurium sententia ἡ οἰκουμένη denotat *orbem terrarum*, ut idem sit quod κόσμος, γῆ, et εἰσάγειν εἰς τ. οἰκ. praeeuntibus Chrysostomo, Theodoreto, Theophylacto, aliisque antiquis ecclesiae christianae doctoribus explicant: per nativitatem in mundum inducere. Comparant Hebraicam vocem בָּא בָּעוֹלָם *venit in mundum*, quae idem significet quod *natus est*, unde in Coniug. Hiphil הֵבִיא בָּעוֹלָם *facere ut aliquis nascatur*. Exempla huius usus loquendi quaerentibus dabunt *Lightfootus* et *Schöttgenius* ad Ioh. 1, 9. Monent scriptorem, etsi usum loquendi Hebraeorum secutus esse videatur, tamen ad Graecae quoque rationis normam orationem direxisse v. *Raphelius* Annotatt. ex Polyb. et Arrian. p. 633. et *Krebsius* ad h. l. Laudant praeterea locos Iohanneos 16, 28. ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον. 18, 37. ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· ubi tamen γεγέννημαι et ἐλήλυθα distinguuntur. Alii, veluti

Cameron, (v. Critt. Anglicc.) *Cornelius a Lapide* Commentar. in epp. Pauli p. 947. *Calmetus* Comment. in ep. ad Hebr. p. 563. verba huius v. explicant de secundo Christi adventu, quo veniet iudicaturus vivos et mortuos. *Böhmius* ad h. l. per *τὴν οἰκουμένην* eandem significari putat, quae vocetur c. 2, 5. *ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα*, nempe illum terrarum orbem, illum mundum, olim, quando regnum suum instauraturus sit Iesus Messias, extiturum, in quo exerciturus sit a Deo patre concessum ipsi imperium. Observat aoristum *εἰσαγάγῃ* de incerti temporis re futura intelligi debere, ut sensus sit: quod autem tempus attinet, quo iterum introducet, inaugurabit, regem constituet Deus primogenitum in orbem futurum novum (Iesu M. regnante) ait etc. Sed, ut iam supra notavimus, in antegressis non commemorata est introductio quae hanc praecessit. Quo ergo referendum adverbium *πάλιν*, *iterum*? Locutus est hactenus ep. auctor de rebus praeteriti temporis in facto positis. Non additum h. l. legitur *μέλλουσαν* ut 2, 5. ubi tamen de alia re sermo est v. ibi notata, et conf. quae de loco 1 Cor. 15, 24 ss. ad v. 13. disputata sunt. Equidem h. l. retinendam puto vulgarem ac propriam vocis *οἰκουμένη* significationem qua *orbem terrarum* indicat, ut Rom. 10, 18. Ps. 97, (quem scriptor noster respexit) 4. ubi in vers. Alexandrina respondet Hebr. תבל add. Ps. 2, 4. Verbum *εἰσαγάγῃ* explicandum est cum *introductionem* i. e. adventum summi regis *annuntiat* s. *praedicit*, promittit. Constat enim scriptores cum sacros tum profanos saepius ea fieri dicere, quae praedicantur, narrantur v. Ier. 1, 10. Mich. 2, 12. *Glassius* Phil. S. p. 18. *Hemsterhusius* ad Thom. M. v. *γεννᾷ* p. 187. *Valckenarius* in Scholis ad h. l. Verbum autem *ἔρχεσθαι* et formula *ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον* ut ad Ioh. 1, 9. docuimus, frequenter in literis sacris adhibentur de iis, qui nomine Dei prodeunt, qui munus doctoris, legati divini auspicantur, partes legati divini agunt, unde et *ὁ ἐρχόμενος* i. *ἐλευσόμενος* est frequens Messiae denominatio. Tuetur hanc explicationem locus Ioh. 1, 14. ubi postquam notavit Iohannes *λόγον esse hominem factum*, addit: *spectavimus*

eius maiestatem talem, qualis est unici Dei filii, Messiae ubi v. not. Favet denique etiam huic interpretationi orationis cohaerentia. Sensus ergo est: cum alio loco (Ps. 97, 7.) Messiam venturum, mittendum annuntiat, ita loquitur: venerentur eum omnes angeli Dei. Mitto aliorum explicationes argutas et coactas idoneisque argumentis destitutas, qui sermonem h. l. esse existimant de reditu Christi in coelum (quo significatu voc. *οἰκουμένη* nusquam in libris N. T. legitur); de spirituali quam vocant introductione Christi, de vocatione gentilium. Quid enim opus est in singulis eorum angustis et contortis ratiunculis dissolvendis frustra orationem consumere? Nominatur Messias in orbem terrarum mittendus h. l. *ὁ πρωτότοκος*. Nomen *πρωτότοκος* proprie notat *primogenitum*, ut Hebr. בְּכוֹר Gen. 10, 15. Matth. 1, 25. al. Thomas Mag. p. 765. ed. *Bernard. πρωτότοκος· ὁ πρῶτος τεχθείς*. Hanc significationem excipit alia, qua denotat *primum*, nam primogeniti sunt inter fratres primi 1 Par. 5, 19. *Ἰωὴλ ὁ πρωτότοκος, καὶ Σαφὰν ὁ δεύτερος·* et Gen. 25, 25. Hebr. רִאשׁוֹן *primus*, exprimitur Graeco vocabulo *πρωτότοκος*. Tum est *dilectus*, quoniam primogenitos singulari amore parentes prosequi solent, ut Ier. 31, 9. Hebr. 12, 23. sic *πρωτόγονος* Sir. 36, 11. *Compl. ἐλέησον καὶ Ἰσραὴλ ὃν πρωτογόνῳ ὡμοίωσας. quem habuisti* s. *tractasti tanquam primogenitum* i. e. quem inprimis amasti. Denique *πρωτότοκος* est etiam *princeps, rex, dominus;* primogeniti enim apud Hebraeos praeerant fratribus, et in familia patris personam referebant v. not. ad 12, 16. Luculentus locus est Ps. 89, 28. ubi Deus loquens inducitur hunc in modum: אַף־אָנִי בְּכוֹר אֶתְּנֵהוּ *ego eum constituam primogenitum*, ubi *οἱ ο'* בכור per *πρωτότοκος* reddiderunt; sequitur ibi עֶלְיוֹן לְמַלְכֵי־אָרֶץ *omnium regum principem*, quae verba *οἱ ο'* converterunt: *ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς*. Hoc sensu R. Ioseph Bechai, a *Wolfio* in Curis ad h. l. laudatus, in explicatione Paraschae Ex. 30, 11 ss. Deum ipsum nominat *primogenitum mundi*. Hoc sensu etiam Iudaei Messiam dicebant *primogenitum* Schemoth rabba sect. 19. fol. 118. 4. *Rabbi Nathan tradidit: Dixit Deus S. B. ad*

Mosen: quemadmodum Iacobum feci primogenitum, sic quoque Messiam faciam primogenitum, sicut dictum est, (Ps. 89, 28.) *ego primogenitum faciam illum.* Et Iesus Messias h. l. appellatur πρωτότοκος hoc sensu, *rex summus, hominum atque angelorum dominus* v. *Schöttgenius* Horr. Hebrr. T. 2. de Messia p. 377. 384. add. Col. 1, 15. Articulus τὸν, ut probe docuit *Valckenarius* ad h. l. vim quandam voci conciliat, designaturque adeo *primogenitus ille eximius et excellens.* Caeterum huius epistolae conditor Messiam simpliciter nominat πρωτότοκον, secus quam Paulus v. Rom. 8, 29. Col. 1, 16. Ad vocem λέγει, nonnulli, in his *Böhmius,* cogitando adiiciendum esse praecipiunt ἡ γραφὴ, non ut v. 5. ὁ Θεὸς np. ἐν τῇ γραφῇ, et quidem propterea, quod non satis aptum fuerit, Deo loquenti tribuere verba, in quibus ipse se sic appellaret, cum v. extr. sequatur ἄγγελοι Θεοῦ. Non possum eo adduci ut assentiar; Hebraei enim in locum pronominum substituere solent nomina v. Ps. 50, 14. Ex. 20, 7. ubi etiam ut h. l. Deus loquens inducitur. Alia exempla plura peti possunt ex *Glassii* Phil. S. p. 150 ss. et *Storrii* Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 106 ss. 495. Sed v. 7. et 8. subaudiendum puto vocabulum γραφὴ, quoniam ibi non loquens inducitur Deus, et hanc ellipsin omnis contextus commendat, sequitur enim ὁ ποιῶν etc. καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ] disceptatum est ab interpretibus unde haec verba petita sint. Fuerunt qui crederent, respexisse auctorem epistolae locum Deut. 32, 43. ubi in versione Alexandrina, quam noster sequitur, eadem verba leguntur, quae h. l. extant. Sed cum locus ille nulla prorsus ratione ad Messiam referri possit, cum verba illa in textu Hebraico non reperiantur, et a versionibus antiquis absint, excepta veteri Italica, cum etiam in cod. Oxoniensi vers. Alex. desint, et cod. Alex. pro πάντες ἄγγελοι Θεοῦ exhibeat πάντες υἱοὶ Θεοῦ· verba illa quae Deut. l. l. in vers. τῶν ο' leguntur, e Ps. 97, 7 sq. in illum locum illata esse arbitror, et interpretibus iis accedo, qui ep. nostrae conditorem hunc Psalmi locum respexisse statuunt. Alexandrini interpretes ibi formulam Hebr. הִשְׁתַּחֲווּ־לוֹ כָּל־אֱלֹהִים

reddiderunt: προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, quae verba, salvo sensu, ab auctore nostro, qui memoriter locum laudavit, leviter mutata sunt. Hunc autem locum eum in mente habuisse, pluribus argumentis comprobari potest. Videlicet argumentum Psalmi ita comparatum est, ut commode in Messiam transferri potuerit. Celebrat enim hymni auctor maiestatem Dei ab omnibus gentibus agnoscendam, quae abiecto idolorum cultu eum colere debeant; et Iudaei omnes Psalmos qui Iovam tanquam regem describunt, de regno Messiae, in quo Dei maiestas apparitura esset, explicare solebant; atque Iudaeorum magistri, ut *Kimchi* refert, omnes Psalmos inde a Ps. 93. usque ad Ps. 101. ad Messiam trahebant. Ipsum quoque vocabulum οἰκουμένη, quod auctor noster posuit, in versione Alexandrina adhibitum legitur Ps. 97, 4. omnes praeterea locos in hoc capite allatos, ut modo dicta confirmarentur, praeter unum e libro Samuelis v. 5. adiectum, e Psalmorum volumine excitavit. Particula καὶ ante verbum προσκυνησάτωσαν exprimi debet *etiam*, ut Matth. 15, 16. al. Verbum autem προσκυνεῖν *adorare* (Iustin. 6, 2. 13.), *venerari* (Corn. Nep. V. Conon. 3. ubi v. intpp.), ut Hebraeorum הִשְׁתַּחֲוֹת significat: toto corpore in terram se prosternere honoris exhibendi caussa v. *Hutchinsoni* Diss. 2. Xen. Cyropaediae praemissa p. 75. *Krügerus* ad Xen. Anab. 1, 6. 10. Hunc honorem in Orientis regionibus exhibere solebant inferiores superioribus, idem honor exhibebatur diis v. Xen. Anab. 3, 2. 9. regibus Xen. Cyr. 8, 3. 7. Herodi. 3, 11. 18. Sic quoque in libris N. T. hoc verbum usurpatum legitur saepius, et cum ratione Dei dicitur, omnino etiam notat, *sacra facere*, *cultu divino prosequi*, *religiose colere* Ioh. 4, 20. Act. 8, 23. etc. Quonam sensu h. l. accipiendum sit, et contextus docet, et locus 1 Petr. 3, 21. ubi legitur: ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων angeli sunt eius imperio subiecti. Itaque sensus ratione habita verba nostra interpretanda sunt: ipsi angeli eum dominum agnoscant et venerentur! Sic etiam formula γόνυ κάμπτειν adhibita extat Phil. 2, 11. Caeterum verbum προσκυνεῖν a N. T. scriptoribus construitur cum dativo ut

a Graecis scriptoribus serioris aevi h. l. Matth. 2, 2. 8. Ioh. 4, 21. 9, 28. 1 Cor. 14, 15. Ioseph. B. I. 4, 5. 2. 6, 7. 5. Polyb. 5, 86. Themist. Or. 27. p. 332. B. προσκυνοῦσί τε αὐτῷ καὶ σέβονται vid. *Kypkius* ad Matth. 2, 8. et cum accusativo ut Luc. 4, 8. Ioh. 4, 22. 23. Apoc. 9, 20. 4, 9. 11. Ioseph. Ant. 2, 2. 2. quem ei ubique iungunt Graeci scriptores veteres v. Plato Rep. 3. p. 284. Herodot. 1, 134. 2, 121. Aristoph. Plut. v. 771. v. *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Vol. 3. P. 1. p. 444. *Matthiae Gramm.* p. 552. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 463. Hebraei verbum השתחוה intercedente praefixo ל cum nominibus construunt, et verbum illud etiam sequi iubent particulam לִפְנֵי ut Gen. 23, 12. 1 Sam. 1, 19. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 637. hinc scriptores N. T. cum verbo προσκυνεῖν etiam coniungere solent particulas ἐνώπιον et ἔμπροσθεν v. Luc. 4, 7. Apoc. 3, 9. 15, 4. 22, 8. Vocabulo ἄγγελοι in textu Hebraico respondet nomen אלהים quo nonnunquam indicantur angeli v. Gen. 35, 7. Ps. 8, 5. 82, 1. *Simonis* Lexicon ed. *Wineri* s. אֱלוֹהַּ sed Ps. 97. insigniuntur dii.

7. Genios coelestes inferiores esse Christo, ita probare pergit auctor, ut adducat locos e Psalmorum libro, in quibus genii illi nominantur ministri, Christus autem rex summus et perpetuus. Locus quem hic v. exhibet est Ps. 104, 4. Citata sunt verba versionis Alexandrinae, sed memoriter, nam in ea non legitur πυρὸς φλόγα, sed πῦρ φλέγον. Aquila ibi habet πῦρ λάβρον *ignem voracem*. *Symmach.* πυρίνην φλόγα *flammam igneam*. Dissentiunt autem viri docti in eo, utrum subiectum h. l. et Psalmi l. l. sint voces רוחות, πνεύματα, et אֵשׁ לֹהֵט πυρὸς φλόγα, an vocabula מַלְאָכָיו, τοὺς ἀγγέλους, et מְשָׁרְתָיו, τοὺς λειτουργούς. Prius si ponitur, verba reddenda sunt: ventos et ignes flammantes facit angelos et ministros suos h. e. ventis s. procellis et igne Deus tanquam legatis et ministris utitur, ad voluntatem suam exsequendam. Et haec est simplicissima ac verissima *verborum Psalmi* interpretatio, ut facile concedet, qui nulla opinione adhuc praeoccupatus ad illum locum legendum accesserit. Quodsi vero posterior ratio admittitur, verba sonant: angelos et ministros suos facit ventos

et ignes flammantes. Sed verba ὁ ποιῶν ἀγγ. αὐτοῦ πνεύματα, רוּחוֹת nonnulli explicant: facit, (creat sibi) angelos suos ut sint *spiritus*, et ministros suos (eosdem angelos) ut sint ignes flammantes, instar fulguris ad celerrime exsequenda iussa paratissimi. Alii in comparatione angelorum cum *ventis* et *igne flammante*, illorum velocitatem, vim et efficaciam in agendo indicari putant, ut Chaldaeus, qui verba Psalmi expressit: *qui facit nuntios suos veloces sicut ventum; ministros suos fortes, sicut ignem flammantem.* Verum enimvero *Psalmi* l. l. de angelis, tanquam personis sermo esse non potest. Davides enim ibi dicit, omnia in mundo conspicuo divinae voluntati parere. Versu carminis tertio legitur: nubibus utitur pro curru, ventorum alis incedit. Iam sequitur v. 4. venti inserviunt ei ut legati, ministri eius sunt ignes flammantes h. e. venti et ignis, procellae et fulmina ei parent, utitur Deus ventis et fulminibus, nuntiis potentiae suae, ministris voluntatis suae. Contextus ergo sat evidenter docet Psalmi l. l. sermonem esse de rebus adspectabilibus et terrenis, quibus Deus efficiat, quae velit. Facit etiam ad hanc interpretationem confirmandam alius locus Ps. 148, 8. ubi procellae et fulmina dicuntur Dei ministri, quibus ad exsequendam voluntatem suam utatur. Neque adeo locus relictus est sententiae iam supra prolatae eorum, qui vocem רוּחוֹת Ps. 104. πνεύματα interpretandam censent *spiritus*, cui non modo obstat hoc, quod Ps. l. l. versu praecedente 3. *venti* (רוּח) mentio facta est, sed etiam sequentia verba אֵשׁ לֹהֵט, πυρὸς φλὸξ adversantur, ut *Peircius* et *Carpzovius* ad h. l. intelligenter observarunt, cum comparatio non possit esse (verbis *Carpzovii* utor) inter ens quod intelligentiam habet, et quod ea destituitur, sed esse debeat inter duo, quod aiunt, logice inanimata. Non cadit, ut *Peircius* notat, in divinum poetam tanta legum rhetoricarum negligentia, ut quos iam *spiritus* dixerat, supremoque adscripserat naturarum ordini, eos nunc igni comparet: quosque labis corporeae expertes fecerat, eos sequenti similitudine sub corporum genus reducat. Iam quibus Ps. l. l. et h. l. *venti* et *flammae* subiectum sunt, angeli et ministri praedicatum,

auctorem epistolae ita argumentatum esse opinantur: nihil ergo magni est in nomine angelorum, cum Deus in literis sacris etiam rebus inanimatis, ut ventis et flammis hoc nomen tribuerit; longe magnificentius est nomen Messiae. Quae tamen ratio magna duritie laborat, cui nec h. l. contextus favet coll. v. 4. 5. Itaque potius statuendum est, scriptorem nostrum Psalmi verba in alium sensum traxisse, iisque pro consilio suo usum esse. Sermo est h. l. de geniis coelestibus (Psalmi loco non item), ut vel verba quae praecesserunt: πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, planissime docent. *Angeli* et *ministri* h. l. sunt subiectum, *venti* et *flamma* praedicatum, ut adeo sententia procedat haec: *angelis suis tanquam ventis utitur, et ministris suis* (iisdem angelis) *tanquam fulguribus* h. e. angeli non minus quam venti et fulgura imperio eius parent; sicut ventis et fulminibus tanquam instrumentis imperii sui utitur, ita etiam angelis. Hac interpretatione admissa, sententia naturali facilitate fluens, seriei disputandi et consilio scriptoris cummaxime accommodata procedit. Praepositio πρὸς notat *de*, *in Betreff* et vim habet praepositionis περί v. *Wahlii* Clavis h. v. Hebraei quoque praepositioni אֶל *ad* partes dederunt particulae עַל *de* ut Gen. 20, 2. אֶל־שָׂרָה *de uxore sua Sara* add. 2 Regg. 19, 32. Ps. 69, 27. cf. *Glassii* Philol. S. p. 457. *Dath.* Graecam loquendi consuetudinem assentiri monuerunt *Albertius* Obss. ad Rom. 8, 31. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 14, 101. *Perizonius* ad Ael. H. V. 12, 64. λέγει scl. ἡ γραφὴ vid. ad v. 6. not. Vocabulum πνεῦμα quam saepissime notat *ventum* Gen. 8, 1. Ez. 37, 9. Thucyd. 2, 77. Xen. Anab. 6, 1. 8. 4, 5. 3. Herodi. 5, 4. 22. Sed h. l. ante vocc. πνεύματα et πυρὸς φλόγα subaudienda est particula ὡς ut ap. Theophrast. Char. Prooem. 3. οἷς (ὑπομνήμασι) παραδείγμασι χρώμενοι ubi v. *Fischerus* et Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Vol. 3. P. 2. p. 89 sq. Xen. Cyr. 5, 3. 17. οἷς ἀνάγκη ἐστὶν αὐτῷ ὀργάνοις χρῆσθαι. — λειτουργὸς proprie dicitur is, qui munere publico fungitur, v. *Loesnerus* ad Rom. 13, 6. deinde significat *ministrum quemlibet*, maxime publicum; de ministris regis legitur in vers. Alex. 1 Regg. 10, 5. Sir. 10, 2. Hesychius: λειτουρ-

γὸς, ὑπηρέτης. Philoni quoque angeli dicuntur λειτουργοὶ lib. de Human. p. 100. D. inprimis autem hoc nomine insigniuntur sacrorum administri, sacerdotes ut 8, 2. Sic etiam λειτουργία de munere sacerdotali occurrit Luc. 1, 23. Ioseph. Ant. 4, 4. 4. λειτουργεῖν sacris operari Hebr. 10, 11. add. Sir. 50, 16. 45, 25. ubi λειτουργεῖν et ἱερατεύειν iunguntur tanquam synonyma. φλὸξ *flamma*, de fulminibus legitur Ies. 30, 30. ut πῦρ φλογὸς 2 Thess. 1, 8. φλογὴ πυρὸς Ps. 29, 2.

8. πρὸς δὲ τὸν υἱὸν, ὁ θρόνος κ. τ. λ.] *de filio contra* (Ps. 45, 6. 7.): *Solium tuum, o Deus, aeternum, imperii tui sceptrum rectissimum est.* Verbis πρὸς δὲ τὸν υἱὸν mente adiungi debet: λέγει ἡ γραφή. De argumento Psalmi 45. e quo verba quae h. l. extant derivata sunt v. *Rosenmülleri* Scholia in Psalmos Vol. 2. p. 1009. ed. 2. Iudaeos eum ad Messiam retulisse, vel documento esse possunt loci e scriptis Rabbinorum a *Schöttgenio* in Horr. Hebrr. et *Wetstenio* ad h. l. allati. Particula δὲ idem valet quod ἀλλὰ *contra* v. *Devarius* de Gr. Ling. Particc. p. 99. ed. *Reusm.* et *Vigerus* p. 536. *Herm.* Verba quae sequuntur: ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς sunt qui convertant: *solium tuum est Deus* (ut ὁ Θεὸς sit nominativus) h. e. interpretibus illis, *Grotio, Peircio*, aliis: solium tuum, regnum tuum Deus confirmabit, te in regno sustentabit; ex sententia *Noesselti* Opuscc. T. 2. p. 359. *Moldenhaueri*, aliorumque, Deus tibi imperium concessit. Provocant ad similes locos, ubi Deus dicatur *rupes, arx, clypeus* hominis; ad Philipp. 4, 1. ubi Philippenses nominentur *gaudium et corona* Pauli i. e. qui eum recrearent, eique honorem conciliarent. Hae vero verborum nostrorum interpretationes sunt nimis longe petitae, et tropus iste, Deus est solium s. thronus alicuius, durior et literis sacris plane ignotus est. Equidem eos interpretes probo, qui ὁ Θεὸς compellandi casu accipiunt, ut more Hebraeorum et Graecorum ὁ Θεὸς positum sit pro ὦ Θεέ. Haec interpretatio adiuvatur et confirmatur etiam auctoritate Aquilae, qui Ps. l. l. ubi *οἱ ό* habent ὁ Θεὸς, Hebraicum אלהים expressit θεέ. Sic nominativus pro vocativo positus legitur Hom. Il. γ',

275. Ζεῦ πάτερ- Ἠέλιός ϑ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς ubi Scholiast. ἥλιος, ἀντὶ τοῦ· καὶ σὺ, ὦ ἥλιε-παράπτωσις ὀρϑὴ ἀντὶ κλητικῆς, κατ' Ἀττικισμόν. Id. Odyss. ρ', 415. Δὸς φίλος· ubi Eustathius φίλος dictum esse notat pro φίλε. Matth. 11, 26. ναὶ ὁ πατήρ. 20, 30. κύριε, υἱὸς Δαβίδ. Marc. 5, 41. τὸ κοράσιον pro ὦ κοράσιον. ' Locos si quis requirat plures, ei satisfacient *Glassius* Phil. S. p. 70. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 319 sq. Iam vero quaeritur, quonam sensu huius epistolae conditor, qui locum Psalmi in rem suam transtulerit, Iesum M. hoc nomine insigniverit? Scilicet nomen Θεὸς h. l. eodem fere sensu adhibitum est, quo vocabulum אלהים regibus, magistratibus, iudicibus impositum est, quod his in terris Dei vicem implere credebantur v. Ps. 82, 6. Ex. 4, 16. 7, 1. (ubi Moses appellatur אלהים) 22, 7. 27. (ubi vocc. אלהים et נשיא *princeps* inter se permutantur); et a plerisque antiquis, Asiae inprimis, populis, reges divino honore affecti sunt, quoniam eos deorum vicarios esse credebant. Diod. Sic. 1, 90. de Aegyptiorum regibus διὰ δὲ τὰς αὐτὰς αἰτίας (nempe animi grati caussa, quod bene de ipsis merentur) δοκοῦσι Αἰγύπτιοι τοὺς ἑαυτῶν βασιλέας προσκυνεῖν καὶ τιμᾶν, ὡς πρὸς ἀλήϑειαν ὄντας ϑεούς. Ἅμα μὲν οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτοὺς τετευχέναι τῆς τῶν ὅλων ἐξουσίας, ἅμα δὲ τοὺς βουλομένους τε καὶ δυναμένους τὰ μέγιστα εὐεργετεῖν, ἡγούμενοι ϑείας μετέχειν φύσεως *hisque de caussis Aegyptii* reges, non secus ac si veri essent dii, adorare et religiose colere videntur. *Nam et non sine divina quadam providentia ipsos summam potestatem esse adeptos, et cum velint ac possint maxima hominibus beneficia conferre, divinae naturae participes esse putantur*. v. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. 45, 7. qui contendit etiam veteres Hebraeos divinam originem et naturam Messiae tribuisse. Per metonymiam signi pro signato ϑρόνος *solium*, et ῥάβδος *sceptrum* regnum eiusque administrationem indicant, et ῥάβδος εὐϑύτητος positum est pro ῥάβδος (id. qd. σκῆπτρον Hebr. שבט) εὐϑεῖα, rectus imperandi modus, imperium iustum.

9. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν κ.

γὸς, ὑπηρ ... ...atem; quare te,
lib. de Ill ... ...erfudit, quam ti
signiunt ... v. Fischerus A
etiam λ ... ...igerus de Idiotism
23. Ios ... ...s: ὅτι δὲ τὸ, ὁ Θε
10, 11. ... ...τιστος ὁ ἐχθρὸς Σ
τεύειν ... ...ισέ σε Θεὲ, ὁ Θεός σ
minibu ... ...uod vero Deus sit p
φλογὶ ... ...stis Symmachus, qui
... te, o Deus, Deus t
(Ps. ... l. not. ad v. 8. ὁ Θεός σ
tui ... 7. Verbum χρίειν cum
men ... alicuius, aliasque corpor
mi ... ...e, atque delibuere, sive
sen ... ...endo et infricando, sive ill
da ... ...keri Proluss. de vitiis Lexx.
su ... reges ungi solebant, significat
... ...ere Sir. 46, 13. Σαμουὴλ προ-
... ...ασιλείαν, καὶ ἔχρισεν ἄρχον-
... Samuel, propheta Dei, condidit
... ...es. Act. 4, 27. Ἰησοῦν, ὃν ἔχρι-
... ...ent iis quae Act. 2, 36. leguntur:
... ...uem Deus Messiam, regem con-
Sed unctio erat omnino etiam si-
...antur unctione convivae v. Luc.
...ειν cum ei iungitur aliud nomen,
..., instruere ut Act. 10, 38. vid. et
...i h. l. adiecta sunt verba ἔλαιον
...deo de unctione proprie sic dicta
...ειν subiicienda est notio ornandi,
...aica ratione ἔχρισέ σε ἔλαιον ἀγαλ-
...Ps. l. l. id. qd. "בְּשֶׁמֶן dictum est pro ἐν
...21. ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ ἔχρισα αὐτόν.
...ως simpliciter ut Num. 35, 25. ὃν
...αίῳ τῷ ἁγίῳ ut bene Graeci locuti
..., 19. τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν,
Neque tamen Graecis inusitatum est
...a accusativum adiungere Aristoph. Acharn.

v. 114. ἵνα μή σε βάψω βάμμα σαρδινιακὸν pro βάμματι *ne forte te tingam tinctura Sardiniaca* cf. 1 Cor. 3, 2. LXX Ies. 29, 10. Sir. 15, 3. LXX Ies. 58, 14. Sed ἔλαιον ἀγαλλιάσεως idem valet quod ἀγαλλιάσει, additum enim est ἔλαιον, quoniam unctio, unde h. l. imago desumta est, fieri solebat oleo. Sic Ies. 61, 3. ἄλειμμα εὐφροσύνης (שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן) positum est pro simplici εὐφροσύνῃ. Itaque *ornare aliquem oleo laetitiae* est, ornare, afficere aliquem laetitia, atque sensus est: te omnium regum felicissimum, maximum reddidit, felicitate, maiestate, regni amplitudine omnes reges terrarum superas. Fuerunt qui statuerent verbis ἔλαιον ἀγαλλιάσεως significari dona Spiritus Sancti, Christo homini tributa. Sed huic sententiae et orationis series et usus loquendi refragratur. Etenim sermo est h. l. de rege eiusque imperio, et שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן quod Ps. l. l. extat, nusquam dona divina indicat. Neque assentiri possum interpretibus iis, e quorum numero est etiam *Böhmius*, qui per μετόχους intelligendos esse censent prophetas, in his ipsum Mosen, angelos pontifices. Nam de rege sermo est, atque adeo μέτοχοι Hebr. חֲבֵרִים sunt dignitatis regiae socii, reliqui reges. παρὰ vid. not. ad v. 4.

10. 11. Quod v. 2. extr. paucis notarat epistolae auctor, iam verbis Psalmi 102, 26-28. confirmat, ut ostendat Iesum Messiam esse angelis longe excellentiorem. Est enim, inquit, mundi conditor, novam orbi faciem olim inducet, ipse autem idem semper erit, nec unquam esse desinet. Verba Psalmi repetita sunt e versione LXX interpretum. Legitur ibi κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, sed noster pronomen σὺ significanter primo loco posuit, in reliquis cum Alexandrinis concinit. Sic 2, 13. ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς LXX Ies. 8, 17. καὶ πεπ. ἔσομαι. Psalmus autem citatus proprie non agit de Christo, sed de Iova, et sub finem exilii Babylonici scriptus est. Conqueritur carminis auctor de huius exilii malis et Iovae auxilium implorat. Cum vero Deus per Messiam mundum creasse putaretur; cum Iudaei Christi Apostolorumque aetate crederent, Messiam ipsos a iugo Romanorum et malis quibus premerentur, liberaturum v. Luc. 1, 67 sq. 2,

38. 24, 21. omnesque exules in patriam reducturum esse v. *Bertholdti* Christologia Iudd. Christi Apostolorumque aetate p. 161.: ea quae hoc in Psalmo de Deo creatore et liberatore populi sui praedicantur, ad Messiam referebant. Hanc interpretationem etiam huius ep. auctor secutus est, et carminis illius locum ad Messiam applicavit. *καὶ· σὺ κατ' ἀρχὰς, κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας*] *et alio loco: tu domine ab initio rerum fundasti terram: καὶ* scl. *πρὸς τὸν υἱὸν λέγει* quod e v. 8. mente adiiciendum est. Pro *κατ' ἀρχὰς* in textu Hebraico extat לְפָנִים h. e. *antea*, *olim* Gr. *πάλαι*. Sed Alexandrini sensum secuti, respexerunt ad בְּרֵאשִׁית Gen. 1, 1. et *κατ' ἀρχὰς* idem valet quod *ἐν ἀρχῇ initio*. Etiam Chaldaeus interpres expressit verba: *initio, cum crearentur omnes creaturae*. Formula *κατ' ἀρχὰς* bene Graeca est v. *Raphelius* Obss. Herodot. et *Wetstenius* ad h. l. Diod. Sic. p. 452. B. Diog. Laërt. 6, 1. Nomen *κύριε* in carmine Hebraico deest, sed *οἱ ο'* quorum vestigia auctor ep. pressit, repetierunt illud e v. 1. et 23. *Κύριε* „Cum Iesum *κύριον* appellant Apostoli *in epistolis*, semper ad imperium id, quod iam in coelis tenere, quoque eodem, etsi invisibili quadam ratione, suorum christianorum etiam in his terris rebus, divina auctoritate et potestate providere, sibi persuadebant, est haud dubie referendum.“ Sunt verba *Koppii* ad Gal. 6, 18. *ἐθεμελίωσας τὴν γῆν fundasti*, condidisti, *terram*, idem quod *ἐποίησας*, metaphora ab aedificio deducta ut Ps. l. l. 89, 12. ubi in textu Hebraico legitur יסד. *καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί*] *opus infinitae tuae potentiae sunt coeli*. Tralatitium est voc. *χεὶρ* ut Hebr. יד de Deo positum, potentiam eius infinitam et voluntatem efficacissimam significare.

11. Sunt qui voces *αὐτοὶ, πάντες* et v. 12. *αὐτοὺς* referendas existiment ad nomen *οὐρανοὶ* quod v. 10. praecessit. Notant, de coelo etiam pluralem adhiberi, non tantum propterea, quod ab Hebraeis nomine eiusdem numeri (שָׁמַיִם) insigniatur, et quod haec nominis forma domicilii Dei eiusque ministrorum dignitati summae sit maxime accommodata v. *Fischeri* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 161. sed etiam ea de caussa, quod Iudaei Christi Apostolo-

rumque aetate plures coelos distinxerint v. Eph. 4, 10. et infra not. ad 4, 14. Ego vero his ita statuentibus assentiri non possum. Etenim *terrae* quoque v. 10. mentio facta erat, et verba ἡ γῆ καὶ οἱ οὐρανοὶ sunt periphrasis *mundi*, quo eodem sensu Hebraei ארץ et שמים copulare solent Gen. 1, 1. 14, 19. al. Luc. 21, 33. nec coelum tantum sed et terram, sed mundum aliquando, np. tempore reditus Christi interiturum esse plures N. T. loci docent vid. 2 Petr. 3, 13. Apoc. 20, 11. 21, 1. Itaque vocc. αὐτοὶ et πάντες ut Ps. l. l. הֵמָּה et כֻּלָּם referenda sunt ad verba γῆ et τὰ ἔργα τ. χ. σου οἱ οὐρανοί. Neque huic interpretationi obstat discrepantia generis, refertur enim masculinum ad propius et praestantius genus, nec tamen alterum excludit v. *Storrius* Obss. ad Anal. et Synt. Hebr. p. 359. sq. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 315. Ineptam *Wetstenii* interpretationem, qui per οὐρανοὺς genios coelestes intelligit, docte refutavit *Flattus* in Opuscc. p. 174 sq. Verbum διαμένειν significat *permanere*, *in eodem statu perseverare*, respondet Hebr. עמד Ps. 19, 10. Eccl. 1, 4. Ps. 119, 89. cf. etiam *Gatackerus* ad Marc. Antonin. 4, 21. et διαμένεις h. l. v. 12. explicatur: σὺ αὐτὸς εἶ *idem semper es*. Pro διαμένεις in codd. quibusdam et vers. Vulg. (*permanebis* sed Ps. 102. habet *permanes*) legitur διαμενεῖς quam lectionem *Knappius* in ordinem recepit, sed eam glossema putari debere certissimum videtur. καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται] *et omnes vestimenti more veterascent:* idem de terra dicitur Ies. 51, 6. ubi οἱ ο' habent: ἡ δὲ γῆ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται cf. etiam quod vim verbi παλαιοῦσθαι attinet Hebr. 8, 13.

12. καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται] *eosque veluti pallium convolves et mutabuntur.* Περιβόλαιον dicitur omne quod circumiicitur, hinc de *pallio*, *vestimento* ut h. l. Palaeph. 52, 4. περιβόλαιον βασιλικὸν *pallium regium* ibid. περιβόλαιον ἐκ πορφύρας *pallium purpureum*. Hesych. περιβόλαιον, περιβολή, ἔνδυμα. v. *Ferrarius* de Re Vest. 2, 4. 3. Ἑλίσσειν denotat *complicare*, *convolvere*, et positum legitur de dracone qui se convolvit Hom. Il. 22, 95. de volumine libri quod convol-

vitur Apoc. 6, 14. de cursu lunae menstruo *μήνης ἑλίσσων κύκλον* Lycophr. Cassand. v. 306. Sed pro *ἑλίξεις* in nonnullis libris legitur *ἀλλάξεις*. Sed vulgaris lectio retinenda; est enim difficilior et exquisitior. Legitur quidem in textu Hebraico Ps. 102. verbum חלף *mutavit*, et in cod. vers. Alexandrinae Vatic. extat *ἀλλάξεις*, sed vera lectio est *ἑλίξεις*. Nam Alexandrini intpp. non semper ad *ἀκρίβειαν* etymologicam et grammaticam verba Hebraica reddiderunt, et verbum *ἀλλάξεις* haud dubie e versione Symmachi in codd. versionis Alex. et inde in exempla nonnulla ep. ad Hebraeos venit. Sententia autem verbis inest haec: ut vestimenta vetustate detrita complicantur et oculis subtrahuntur, atque cum aliis permutantur, ita et coelum ac terra a te mutabuntur, mundus non semper talis erit, qualis nunc est, novum coelum et nova terra prodibit. Apoc. 20, 11. *εἶδον θρόνον - καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτοῦ, οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.* 21, 1. *καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε.* add. 2 Petr. 3, 13. Ies. 51, 6. 65, 17. Iob. 14, 2. *καὶ τὰ ἔτη κ. τ. λ.*] *anni tui nunquam cessabunt*, nec unquam esse desines. *τὰ ἔτη anni* pro vita, ut Ies. 38, 10. ubi in textu Hebraico extat שנות quod vocabulum Prov. 5, 9. Alexandrini interpretes reddiderunt *βίος*.

13. Ut doceat scriptor Christum angelis esse superiorem, quae supra v. 3. de Christo ad dextram Dei sedente dixerat, loco Ps. 110, 1. confirmat, et conditionem Christi cum angelorum conditione confert. Psalmum 110. cuius verba h. l. ex versione Alexandrina repetita sunt, Iudaei quoque de Messia explicare solebant v. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. l. l. Interrogatio h. l. proposita vim negationis habet ut v. 5. Ad verbum *εἴρηκε* subaudiendum est nomen *Θεὸς* ut 1, 5. 4, 3. 8, 8. Orationis lacunam hoc modo resarciendam esse, negavit quidem *Böhmius*, et quidem propterea, quod nomen Dei nimis remotum sit, itaque verbum *εἴρηκε* absolute positum esse arbitratur. Sed Deus ipse h. l. loquens inducitur, ut supra v. 5. ubi quoque subintelligi debet *Θεός*. De formula *κάθου ἐκ δεξιῶν μου*

sede ad dextram meam (quam Paulus 1 Cor. 15, 26. interpretatus est per βασιλεύειν) meeum regna v. supra notata ad v. 4. ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου] *donec hostes tuos pedibus tuis subiecero.* Vocabulum ὑποπόδιον quo Alexandrini interpretes usi sunt Ps. l. l. Ies. 66, 1. Thren. 2, 1. Athen. 5. p. 192. E. aliique recentiores v. *Sturzius* de dialecto Macedon. et Alex. p. 199. notat *subsellium.* Imago desumta est a victoribus, qui in captivorum hostium colla pedem ponere solebant, quo significabant se victores esse v. Ios. 10, 24. Iudd. 3, 26. Aurel. Vict. 32, 5. Ovid. Fastt. 4, 858. *Barthius* ad Stat. Theb. 2, 713. *Broukhusius* ad Propert. 1, 1. 4. *Elsnerus* ad Act. 2, 35. Formula autem ipsa *facere* (τίθημι id. qd. ποιέω, prouti etiam verba Hebr. שׂים et עשׂה centies permutantur) *hostes scabellum pedum*, idem valet quod verbum simplex ὑποτάσσειν *subiicere.* Hostium vero nomine h. l. et 1 Cor. 15, 25. comprehenduntur omnia, quae doctrinae christianae progressum impediunt, consilio Christi felicitatis hominibus tribuendae adversantur, quo pertinent ignorantia, superstitio, mens incredula, peccata quotidiana hominum, magistratus, principes doctrinam Christi impugnantes, genii mali, mors (1 Cor. 15, 24-26.) et universa miseria humana. Particula ἕως quae respondet Hebr. עד, significat *donec*, ut adeo scriptor videri possit sententiam proposuisse hanc: hostibus prorsus devictis regnum Christi cessabit; et Paulus qui 1 Cor. 15, 24 sqq. eundem Psalmi locum respexit, et pro ἕως usus est formula ἄχρις οὗ v. 24. Christum Deo regnum traditurum esse diserte affirmat. At vero regnum Christi, cuius, dum his in terris versaretur, tenue initium erat, perpetuum fore, alia N. T. loca docent v. Luc. 1, 63. 2 Petr. 1, 11. Apoc. 7, 17. 21, 22. 22, 3. idemque auctorem huius epistolae credidisse 1, 8. 10, 12. 13. abunde declarant. Hac difficultate ut sese exsolverent interpretes, varias vias ingressi sunt v. *Wolfius* in Curis, *Heumanus*, *Heydenreichius* ad 1 Cor. l. l. *Tittmanus* Meletem. in Ev. Ioh. p. 540 sq. *Storrius* Opuscc. T. 1. p. 280 sq. *Nösseltus* Opuscc. T. 2. p. 376 sq. *Knappius* Opuscc. p. 61 sq. Missis alio-

rum sententiis, quae ipse sentiam, exponam. Scilicet particula ἕως ut Hebraeorum עַד saepius ita ponitur, ut non limites temporis definiat, tempus futurum excludat, sed continuationem rei indicet. Sic Gen. 28, 15. in versione Alexandrina legitur: οὐ μή σε ἐγκαταλείπω, ἕως τοῦ ποιῆσαί με πάντα, ὅσα ἐλάλησά σοι *non te deseram donec perfecero omnia, quae tibi dixi* h. e. nunquam te deseram, imo aeternum promissis stabo. add. 1 Tim. 4, 13. Matth. 28, 20. Exempla plura dabunt *Glassius* in Phil. S. p. 382 sq. *Dath. Noldius* Concordd. Particc. p. 534. b. *Tymp.* Etiam Ps. 110, 1. עַד est id. qd. עֲדֵי־עַד v. Ies. 57, 15. Ps. 83, 18. 92, 8. 112, 8. atque adeo verbis Psalmi h. l. laudatis inest sententia haec: mecum regna, subiiciam tibi hostes tuos, nec unquam rursus in te insurgent. Et ita ep. auctor verba Psalmi intellexit. Iam vero, quod locum ep. ad Corinth. attinet, qui mirifice exercuit interpretum industriam, de eo paulo uberius disputare liceat. Paulus ibi, sententiam suam de loco Ps. 110, 4. dicturus, scribit v. 24. *tum demum erit finis* (rerum humanarum in his terris) *cum Deo patri regnum reddet.* Pergit v. 28. *Quando autem ipsi* (filio) *omnia subiecta fuerint* (quando vero ei etiam hostes, adeoque omnia subiecta fuerint), *ipse quoque filius se subiiciet ei, qui ipsi omnia subiecit, ut Deus sit omnia in omnibus.* Hic ante omnia definiendum est, de quonam regno Christi sermo sit? Paulus videlicet loquitur de regno quod Christus, tanquam rex et dominus generis humani, Deo auctore et auspice, his in terris agit, ex quo in coelum rediit, ita, ut salutem generis humani, inprimis eorum a quibus colitur curet, per doctrinam Apostolis traditam, a caeteris doctoribus Dei et Christi auctoritate constitutis propagatam animos hominum illustret, et sanctimoniae amore repleat; ut quaecunque salutaribus Dei consiliis officiant et obstent, arceat atque removeat; auxilio suo praesentissimo suis semper adsit, eosque per pericula, quibus his in terris obnoxii sunt, ad felicitatem perennem perducat. Hoc regnum Christus, ut Paulus ait coll v. 24. subactis hostibus omnibus et potestate privatis, Deo a quo accepit reddet, et sese ei subii-

ciet. Hae vero formulae, *regnum Deo reddet* et *se Deo subiiciet*, sunt formulae idem valentes, neque in iis, ut scienter animadvertit *Noesseltus* l. l. plus quaerendum, quam per consilium et contextum orationis possit. Filius subiiciet se Deo, more humano dictum est, hoc sensu: in fine mundi, ut rerum humanarum omnium, ita etiam *οἰκονομίας* Messiae finis erit, ille modus, quo Christus hactenus homines et ecclesiam suam rexit, doctrinam et instituta sua propagavit, confirmavit, defendit, tunc cessabit. Tum vero, ut Paulus addit, *Deus omnia in omnibus erit*, summam imperii tenebit v. *Schleusneri* Lex. sub v. *πᾶς* n. 18. Valet autem h. l. praeceptio, quam dedit *Glassius* in Philol. S. p. 216. „Verba, quae *fieri*, *esse*, vel *agere quid* significant, quandoque non tam *essentiam* vel *actum*, quam eiusdem *notificationem*, qualiscunque illa sit, et *praedictionem* notant" atque adeo sensus verborum Apostoli hic est: tunc apparebit, tunc ab omnibus agnoscetur, omnia quae Christus fecit, facta esse iussu Patris, totum eius opus plane divinum esse, a Deo supremo rerum omnium domino omnia pendere. Neque tamen Paulus negavit Christi regnum coeleste fore perpetuum. Regnum aget, sed non eo modo quo his in terris egit; divinae maiestatis splendor in eo clarissime exsplendescet, venerabuntur eum coelicolae Ioh. 5, 23. Phil. 2, 10 sq. per doctrinam suam reget homines in coelis v. 1 Petr. 1, 23. et auctor erit felicitatis eorum summae ac perpetuae. Quae cum ita sint, neutiquam Paulus epistolae nostrae conditori repugnare putandus est.

14. Haec nusquam de angelis dicta sunt, nec vero etiam dici potuerunt; hi potius coram Deo stare dicuntur 1 Regg. 22, 19. Zach. 3, 4. add. 1 Regg. 10, 8. Esth. 4, 5. apparitorum more, sunt enim Dei ministri, adeoque etiam Christi, qui cum Deo regnat, imperio subiecti Eph. 1, 20 ss. 1 Petr. 3, 22. Sunt *λειτουργικὰ πνεύματα spiritus ministrantes*, *λειτουργοὶ* (מְשָׁרְתָיו Ps. 103, 21. LXX *λειτουργοὶ αὐτοῦ*) vid. v. 7. id. qd. *διάκονοι* v. Rom. 13, 4. 6. ubi haec vocabula tanquam idem valentia commutantur. Nomen *λειτουργικὸς* praeter hunc locum in N. T. non le-

gitur, sed in versione Alexandrina saepius recurrit, ut Num. 4, 28. al. Est autem huius appellationis caussa ex cogitandi et loquendi ratione Hebraeorum repetenda. Cogitabant nimirum sibi Deum tanquam regem supremum, solio insidentem, magna ministrorum caterva cinctum, quos angelos vocabant, eosque Deo perpetuo apparere putabant, qui eos ad exsequenda sua mandata ablegaret, etiam his in terris 2 Reg. 19, 35. Ps. 34, 8. 91, 11. Tob. 12, 15. al. Philo de Gigant. p. 286. *ἀγγέλοις, ὑπηρέταις καὶ διακόνοις ὁ δημιουργὸς εἴωθε χρῆσθαι πρὸς τὴν τῶν θνητῶν ἐπίστασιν.* vid. not. ad Matth. 1, 20. 18, 10. dividebant etiam angelos in certos quosdam ordines et classes v. Ies. 6, 2. Tob. l. l. Rom. 8, 38. Eph. 1, 21. 2 Thess. 4, 16. Apoc. 1, 4. eo respiciens noster addidit *πάντες*, angeli omnes, nullo excepto. Verbum *μέλλω*, ut satis constat, a quibusvis scriptoribus Graecis iungitur aliorum verborum infinitivis, ut faciat periphrasin istius verbi, cum quo construitur; itaque h. l. *μέλλοντες κληρονομεῖν σωτηρίαν* positum est pro *διὰ τοὺς κληρονομήσοντας σωτηρίαν*. Vocabulum autem *σωτηρία* interpretes oppido multi, quorum in numero sunt *Moldenhauerus*, *Abreschius* (Paraphr. et Annotatt. in ep. ad Hebr. Specc. 3. Lugd. Bat. 1786-90.), *Heinrichsius*, de felicitate aeterna interpretantur. Mea vero sententia *σωτηρία* Hebr. יְשׁוּעָה h. l. ut alias de auxilio, salute quacunque, de liberatione a malis et periculis accipiendum est, ut adeo per *τοὺς μέλλ. κληρ. σωτηρίαν* intelligendi sint, qui in literis sacris dicuntur Deo cari, digni quos a calamitatibus liberet, in periculis tueatur, et contra perniciem salvos et tutos praestet v. Ps. 34, 8. 91, 11. quos locos auctorem respexisse puto. Oecumenius: *ὅπως ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι σωθῶμεν· πολλαχοῦ γὰρ ἄγγελοι διάκονοι γεγόνασιν εἰς ἀνθρώπους.* *Böhmius* vocem *σωτηρία* de quolibet beneficio divino sic exhibito, liberatione potissimum e malis periculisve propterea explicandam esse monet, quod articulus desit. Inde vero nullum huic interpretationi subsidium peti potest, cum etiam 9, 28. vocab. *σωτηρία* sine articulo positum sit, sed ibi felicitatem perennem significet.

CAPUT II.

1. Lex Mosaica per angelos, Dei et Christi ministros tradita est, doctrina salutaris, quam nos profitemur, Christum dominum (τὸν κύριον vid. 1, 10.) auctorem habet; eo magis ergo debemus huic doctrinae adhaerescere v. 1-5. διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως κ. τ. λ.] *quae cum ita sint*, cum Christus geniis coelestibus cunctis tantopere dignitate antecellat, *eo magis attentos animos tenere debemus ad ea quae audivimus*. Formula προσέχειν τινὶ (plena formula προσέχειν τὸν νοῦν legitur Xen. Mem. 4, 7. 2. de re equest. 3, 3. Aristoph. Plut. 151. Equitt. 1011.) notat: *attendere*, *animum advertere ad aliquid* ut Cebet. tab. c. 3. ubi opponitur παρακούειν *oscitanter et negligenter audire*. Exempla plura peti possunt ex *Münthii* et *Kypkii* Obss. ad. Act. 8, 6. et hoc quidem loco, ut contextus docet, significat: advertere animum ad doctrinam, ita, ut quae credenda proponat firmiter credas, quae observanda praecipiat diligenter observes. ἡμᾶς *nos*, se ipsum per κοίνωσιν, ut vocant, scriptor in numerum eorum retulit, quibus hoc praecepto, hac admonitione opus esset; quod humanitatis et benivolentiae captandae caussa fecit. Περισσοτέρως interpp. haud pauci referunt ad verbum προσέχειν hoc sensu: quam ob rem nos oportet studiosius quam hactenus ad audita attendere. Sed rectius *Seb. Schmidius*, *Dindorfius*, *Böhmius*, alii, περισσοτέρως cum verbo δεῖ coniungunt: *eo magis nos debemus*, *eo magis tenemur* etc. Nolo quidem urgere, quod *Seb. Schmidius* monuit, auctorem epistolae, si scripsisset: *oportet nos diligentius attendere* scl. quam hactenus factum est, hac ratione se ipsum castigaturum fuisse; cum qui hanc explicationem defendunt provocent ad Rom. 13, 12. Eph. 2, 3. 4, 14. 1 Petr. 4, 3. qui tamen loci nostro non plane similes sunt. Sed verissime monuit *Böhmius*, pronomen ἡμᾶς sine necessitate verbis περισσοτέρως et προσέχειν interpositum esse, hoc autem a scriptore tam accurato haud temere, sed consulto factum esse. Praeterea noster, quamquam Hebraei, quibus scribebat, ad defectum a religione proni erant, ne eos statim in limine epistolae irritaret, orationem mitigavit, et usus est verbo leniori προσέχειν, quo

eos omnino ad incitatum religionis studium cohortari voluit; hoc vero cum fuerit scriptoris consilium, ad illud accommodatius scribebat: eo magis nos oportet animum advertere, quam, nos oportet studiosius advertere etc. *ἀκουσθεῖσι auditis*, intelligitur doctrina christiana v. 4, 2. Iac. 1, 22. Rom. 10, 14. *μήποτε παραῤῥυῶμεν*] *ne forte praeterlabamur*. In explicando verbo *παραῤῥυῶμεν* mira est interpretum dissensio; neque tamen lubet singulorum recensere sententias, praecipuas attulisse sufficiat. Scilicet *παραῤῥύειν*, *παραῤῥυεῖν*, *παραῤῥέειν*, proprie significat *praeterfluere*, *praeterlabi* et is s. locus quem aliquid praeterfluit dicitur *παραῤῥυεῖσθαι*. Xen. Cyr. 4, 5. 2. *πιεῖν ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ*. Herodi. 1, 11, 7. *ἐπὶ ποταμῷ παραῤῥέοντι*. Artemidor. Onirocr. 2, 27. flumina, inquit, in somnis animi significant perturbationes *διὰ τὸ μὴ μένειν τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ παραῤῥεῖν quia aqua non manet*, *sed praeterlabitur*. In hac autem orationis serie hoc verbum figurate accipiendum esse, in promtu est. Iam vero plures interpretes monent *παραῤῥυεῖσθαι* generatim per metáphoram dici rem, quae praetermittattur, ex incuria omittatur, ut ap. Lucian. p. 488. T. 2. ed. *Graev.* singulatim autem auditores et discipulos *παραῤῥυεῖσθαι* dici, quando dicta et dogmata magistrorum, instar fluvii, aures eorum praeterlabantur, sive ex incuria et negligentia, monita aures praeterfluere sinant. *Wetstenius* laudavit locum Gregor. Nazianz. *ἵνα τὰ καλὰ μὴ παραῤῥύῃ λήθης βυθοῖς ἀμαυρούμενα*. Quinctil. Instit. Orat. 2, 5. *Sic auditoribus securitas aberit*, *nec quae dicentur praeterfluent aures*. 11, 2. *omnis disciplina memoria constat*, *frustraque docemur*, *si*, *quicquid audimus*, *praeterfluat*. Cic. de Orat. 2, 25. extr. *tum et in sensum et in mentem iudicis intrare non potest*, *ante enim praeterlabitur*, *quam percepta est*. Quaestt. Tusc. 5, 33. nec *praeteritam* (voluptatem) *praeterfluere sinere* i. e. memoria retinere, quasi praesentem. Plin. H. N. Praefat. T. 1. p. 27. (ed. *Franz.*) *eorum ego orationes sino praeterfluere*. Itaque h. l. sensum verborum ita constituunt: ne forte eam (doctrinam) nos (mentem nostram) praeterfluere sinamus i. e. ne ea de memoria excidat. Ad

hanc explicationem stabiliendam et confirmandam, provocant ad Prov. 3, 21. et hunc locum epistolae auctorem respexisse contendunt. Legitur ibi v. 1. in vers. Alex. υἱὲ ἐμῶν νομίμων μὴ ἐπιλανθάνου, τὰ δὲ ῥήματά μου τηρείτω σὴ καρδία. Sequitur v. 21. υἱὲ μὴ παραῤῥυῇς, τήρησον δὲ ἐμὴν βουλὴν καὶ ἔννοιαν vertunt: *ne praeterfluas* s. *praeterfluere sinas praecepta mea, noli eorum oblivisci.* Alexandrini interpretes a textu Hebraico recesserunt. Legitur ibi בְּנִי אַל־יָלֻזוּ מֵעֵינֶיךָ quae verba Vulgatus expressit: *ne effluant haec ab oculis tuis.* Arabs: *ne cadant haecce e conspectu oculorum tuorum.* Symmach. μὴ παραῤῥυησάτωσαν ἐξ ὀφθαλμῶν σου np. mentis. Quare *Cappellus* in Crit. S. p. 629. *L. Bosius* Exercitt. ad h. l. et *Schleusnerus* (v. Lex. *Biel.* ed. *Schleusn.* s. παραῤῥύομαι) legendum esse statuerunt Prov. l. c. μὴ παραῤῥυῇ et supplendum ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν (np. mentis) σου. Hac coniectura, quam textus Hebr. et verss. antiquae commendant, admissa, cum auctor ep. nostrae scripserit μὴ παραῤῥυῶμεν, adeoque verbum de persona acceperit, eum Prov. locum respexisse, et interpp. Alexandrinos in hoc usu verbi secutum esse (qui sine dubio aliunde quoque, ut probe notavit ad h. l. *Böhmius*, quam ex versione τῶν LXX, Graeca sua didicerat) contendi nequit. Praeterea verbum לוּז quod Prov. l. l. adhibitum legitur, denotat: *declinare*, *recedere*, *weichen*, *abweichen.* — Alii, in his *Kypkius*, *Schmidius* (in Obss. super ep. ad Hebr.), *Heinrichsius*, μὴ παραῤῥυῶμεν explicant: *ne ab iis recedamus*, ne a doctrina, a recto eius tramite deflectamus et aberremus. Metaphoram deductam putant a flumine quo praeter urbem etc. vehimur, ita tamen celeri et rapido, ut facile a via seducat nautam non attentum, ut adeo omni cura et sedulitate nauta in locum, quem petiturus est, attendere debeat (προσέχειν, ἀτενίζειν), ne a recta eum via abripiat aquae violentia. Observant praeterea etiam particulae παρὰ eam inesse vim, ut non solum *praeter*, sed distinctius, *praeter rectum et verum*, innuat. — Peircius, *Beza*, alii, μήποτε παραῤῥυῶμεν interpretantur: *ne perfluamus*, (Vulg. *ne forte perfluamus*) ne illorum obliviscamur; metaphoram desumtam putant a vasis rimarum

eos omnino ad incitatum religionis studium coh
luit; hoc vero cum fuerit scriptoris consilium, ac
commodatius scribebat: eo magis nos oportet an
vertere, quam, nos oportet studiosius advertere
σθεῖσι *auditis*, intelligitur doctrina christiana v.
1, 22. Rom. 10, 14. μήποτε παραῤῥυῶμεν] *ne fort
labamur*. In explicando verbo παραῤῥυῶμεν mira
pretum dissensio; neque tamen lubet singulorum
re sententias, praecipuas attulisse sufficiat. S
ραῤῥύειν, παραῤῥυεῖν, παραῤῥέειν, proprie signi
terfluere, *praeterlabi* et is s. locus quem aliqui
fluit dicitur παραῤῥυεῖσθαι. Xen. Cyr. 4, 5. 2.
τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ. Herodi. 1, 11, 7. ἐπ
παραῤῥέοντι. Artemidor. Onirocr. 2, 27. flumin
in somnis animi significant perturbationes διὰ τὸ
τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ παραῤῥεῖν *quia aqua non manet*,
terlabitur. In hac autem orationis serie hoc ve
rate accipiendum esse, in promtu est. Iam vero
terpretes monent παραῤῥυεῖσθαι generatim pe
ram dici rem, quae praetermittatur, ex incuria
ut ap. Lucian. p. 488. T. 2. ed. *Graev.* singu
auditores et discipulos παραῤῥυεῖσθαι dici, q
et dogmata magistrorum, instar fluvii, aures
terlabantur, sive ex incuria et negligentia,
praeterfluere sinant. *Wetstenius* laudavit lo
Nazianz. ἵνα τὰ καλὰ μὴ παραῤῥύῃ λήθης
ρούμενα. Quinctil. Instit. Orat. 2, 5. *Sic audi
tas aberit, nec quae dicentur praeterfluent
omnis disciplina memoria constat, frustraqu
quicquid audimus, praeterfluat.* Cic. de O
*tum et in sensum et in mentem iudicis intr
ante enim praeterlabitur, quam percepta*
Tusc. 5, 33. nec *praeteritam* (voluptatem
sinere i. e. memoria retinere, quasi prae
N. Praefat. T. 1. p. 27. (ed. *Franz.*) *eorum
no praeterfluere.* Itaque h. l. sensum v
stituunt: ne forte eam (doctrinam) nos (
praeterfluere sinamus i. e. ne ea de mem

plenis, quae infusum liquorem retinere non possunt. Lucian. dial. mort. T. 1. p. 285. ὥστε εἴ ποτε καὶ ἐμβάλλοι τις ἐς αὐτοὺς σοφίαν, ἢ παῤῥησίαν, ἢ ἀλήθειαν, ἐξέπιπτεν εὐθὺς, καὶ διεῤῥεῖ, τοῦ πυθμένος στέγειν οὐ δυναμένου *quo fiebat, ut si quando quis in illos* (homines vanos) *infunderet vel sapientiam, vel dicendi libertatem, excideret illico et efflueret, cum id continere fundum non posset.* Sed nostro loco non legitur: μήποτε διαῤῥυῶμεν. Terent. Eun. 1, 2. 25. *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.* Sed Parmeno ibi non de memoria sua labante loquitur, sed de loquacitate. — *Elsnerus*, cum παραῤῥύειν etiam notet: *decidere, excidere*, (Sophocl. Philoct. 653. παρεῤῥύηκε. Schol. παραπέπτωκε tela de manibus. Plutarch. Amatorio p. 754. de annulo excidente ὡς μὴ παῤῥυεῖ *ne excidat*) verba μήποτε παραῤῥυῶμεν explanat: *ne deficiamus* a relig. christ. *et pereamus.* In hunc sensum verba exposuit Chrysostomus: μήποτε φησὶ παραῤῥυῶμεν, τουτέστι, μὴ ἀπολώμεθα, μὴ ἐκπέσωμεν· καὶ δείκνυσι ἐνταῦθα τὸ χαλεπὸν τῆς ἐκπτώσεως, ὅτι δύσκολον τὸ παραῤῥυὲν πάλιν ἐπανελθεῖν, καθότι ἐκ ῥαθυμίας τοῦτο συνέβη *ne forte effluamus h. e. ne pereamus, ne excidamus. Et hinc ostendit, quam gravis sit casus, quod difficile est, ut quod defluxit, revertatur, quandoquidem hoc accidit ex socordia.* In eandem sententiam discessit Theophylactus, cuius verba sunt: μήποτε παραῤῥυῶμεν, τουτέστι μὴ ἐκπέσωμεν, μὴ ἀπολώμεθα. Ἔλαβε δὲ τὴν λέξιν ἀπὸ τῶν παροιμιῶν· υἱὲ γάρ, φησι, μὴ παραῤῥυῇς· ἵνα δείξῃ καὶ τὸ εὔκολον τοῦ ὀλίσθου, καὶ τὸ χαλεπὸν τῆς ἀπωλείας. Τὸ γὰρ παραῤῥυὲν δύσκολον ἐπανελθεῖν h. e. *ne excidamus, ne pereamus. Accepit autem dictionem hanc ex Proverbiis* (3, 21.): *fili, enim inquit, ne perfluas: ut ostendat lapsus facilitatem, et interitus gravitatem. Nam quod praeterfluit, haud facile redit.* Theodoretus habet: ἵνα μή τινα ὄλισθον ὑπομείνωμεν *ne aliquem lapsum sustineamus.* Syrus et Arabs interpres verterunt: *ne cadamus. Böhmius* hunc verbis sensum substituit: ne forte excidamus christianismo, eiusque sperata salute. Metaphoram ductam esse putat ab aqua, fluvio praesertim, locum remve, quo tendat, vel videatur

mentatur epistolae auctor ex minori ad maius progrediendo. Si legi Mosaicae per angelos promulgatae qui tamen tanto inferiores sunt Christo (coll. v. 1.) sua auctoritas constitit, ita, ut nullum delictum contra eam commissum poena vacaret, quomodo tandem poenam divinam effugiemus, doctrinam salutiferam a Christo, Dei filio, angelis longe superiore traditam contemnentes. De sensu formulae ὁ δι' ἀγγέλων λαληϑεὶς λόγος non una eademque est virorum doctorum sententia. *Schöttgenius*, *Carpzovius*, *Glassius* Phil. S. p. 468. alii, haec verba explicanda esse statuunt de mandatis divinis, praeceptis et minis per angelos ad homines delatis. Quae tamen interpretatio tantum abest, ut omnes veritatis numeros habeat atque partes, ut potius ab ea rectissime aliena ponatur. Etenim loci paralleli Gal. 3, 19. ubi legitur: ὁ νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, et Act. 7, 53. verba: ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων planissime docent, vocabulo λόγος *legem Mosaicam* h. l. insigniri. Praeterea etiam ipse auctor huius ep. infra 10, 28 sq. ubi (ut 12, 25.) idem argumentum, quod h. l. legitur repetiit, aperte posuit τὸν νόμον Μωσέως. *Heinsius* et *Olearius* in Analysi ep. ad Hebr. p. 11. voc. ἀγγέλων significari putant prophetas, divinae voluntatis interpretes. *Bonnetus* in Diss. de lege Iudaica per nuntium tradita, inserta Biblioth. Haganae Class. VI. p. 145. *Mosen*, ut adeo scriptor pluralem ἀγγέλων substituerit in locum alterius numeri; cui *Haberfeldius* in Diss. supra ad 1, 4. laudata, hactenus accedit, ut statuat praeter Mosen, etiam Aaronem h. l. respici. His vero interpretationibus contextus reclamat, ut magis acriusque non possit. Nam cap. 1. diserte comparaverat auctor Christum cum angelis, quae comparatio in sequentibus quoque continuatur vid. et not. ad 1, 4. *Schmidius* in Obss. *Michaelis* in Obss. quas adiecit paraphrasi et notis *Peircii* in hanc ep. p. 120. per ἀγγέλους indicari statuunt tubarum clangorem, igneas flammas, fulgura, quae angeli in monte Sinaitico excitarint, et tonitrua ab iis in verba formata. *In Anmerkk. zum Brief a. d. Hebr.* Prolegg. p. 87. *Michaelis* intelligit ipsa tonitrua et fulgura illo tempore emissa, cum densa nube et clangore tubae hor-

risonae, ex Hebraeorum consuetudine, qui מלאכים de rebus quoque inanimis dixerint. Verum et huic posteriori explicationi orationis complexus et series adversatur. In Schmidii et Michaelis (ad Peirc. p. 120.) sententiam discesserunt *Krebsius* atque *Loesnerus* ad Act. 7, 53. et εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, quae verba ibi leguntur, atque h. l. δι᾽ ἀγγέλων, explicuerunt *praesentibus angelis* (διὰ *coram* 2 Tim. 2, 2. Philo Leg. ad Cai. p. 1019. A. διὰ μαρτύρων ἀλαίειν), ita, ut simul eorum ministerium indicetur, quod a *Krebsio* ita describitur: ut tonitrua, flammas, procellas excitarint, tabulas legis Mosi tradiderint, testes denique huius solennitatis fuerint. Equidem in eorum sententiam discedendum puto, qui verba νόμος λαληθεὶς δι᾽ ἀγγέλων interpretantur: *lex Mosaica a geniis coelestibus promulgata*. Statuebant nimirum Iudaei antiquiores, Deum in caussis insignioribus, cum peculiari modo praesens esset, uti geniorum coelestium comitatu, adeoque etiam in monte Sinaitico cum Deo genios illos adfuisse. Hinc etiam interpretes Alexandrini Deut. 33, 2. verbis κύριος ἐκ Σινὰ ἥκει, addiderunt: ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἄγγελοι μετ᾽ αὐτοῦ. vid. et Ps. 68, 17. Illa opinio sequenti tempore uberius est exornata, et seriores Iudaei contendebant, in lege ferenda adhibitos esse angelos, legem per eos tanquam *auctores secundarios* latam esse. Ioseph. Ant. 15, 5. 3. ἡμῶν τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι᾽ ἀγγέλων παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθέντων *et nos Iudaei honestissima, sanctissimaque legis praecepta per angelos a Deo accepimus*. vid. *Wetstenius*, *Schöttgenius*, *Koppius*, *Borgerus*, *Winerus* ad Gal. 3, 19. et quae nos disputavimus ad Act. 7, 53. Hanc traditionem secutus est huius epistolae conditor. Nam cum v. 3. (coll. 3, 1.) scripserit doctrinam salutarem traditam esse *per dominum*, διὰ τοῦ κυρίου, ex hoc orationis tenore quis non intelligat, v. 2. significari, legem, doctrinae illi oppositam, δι᾽ ἀγγέλων λαληθέντα, non tantum praesentibus angelis, sed etiam *per eos* traditam esse? Sed propter hanc ipsam legis per genios illos promulgationem Iudaei eam doctrinae Iesu anteferendam esse clamitabant. Quare noster h. l. docet, si praestantia doctrinae

modo tradendi metienda sit, christianam Iudaicae longissime anteponendam esse. Lex Mosaica dicitur *βέβαιος*, *firma*, *rata*, quatenus Deus per poenas legem violantibus inflictas eam ratam fecit, eius auctoritatem stabilivit. Hunc esse huius vocabuli sensum, verba quae sequuntur docent. Particula enim *καὶ* est explicantis. Verba *παράβασις* et *παρακοὴ*, *Bengelius*, *Michaelis*, *Böhmius*, ita inter se differre opinantur, ut prius indicet peccata, quae theologi dicunt commissionis, posterius, peccata omissionis. Sed pro synonymis habenda sunt v. Rom. 5, 19. 2, 23. *ἔλαβον ἔνδικον μισθαποδοσίαν iustam mercedem retulerunt* vid. Deut. 27, 26. Gal. 3, 10. ibique interpp. infra 10, 28. *ἔνδικον* Rom. 3, 8. *ἔνδικον κρίμα.* Hesychius: *ἔνδικον· ἀληθὲς, δίκαιον.* Vocabulum *μισθαποδοσία* praeter hunc locum et 10, 35. 11, 26. ubi de *praemio* occurrit, nullibi in libris N. T. nec apud scriptores Graecos legitur, et e sermone illius aetatis communi et quotidiano petitum videtur vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 694. idem valet quod *μισθοδοσία* ap. Thucyd. 8, 83.

3. *Quomodo nos effugiemus, si doctrinam adeo salutarem parvi fecerimus, quae a domino* (ipso, angelorum domino qui in has terras venit) *tradi coepta, ab auditoribus ipsius ad nos certissima fide pervenit? πῶς ἡμεῖς κ. τ. λ.* proposita quaestio vehementius negat, nullo pacto effugiemus. Ad verbum *ἐκφευξόμεθα* supplent: *ἔνδικον μισθαποδοσίαν.* Sed ponitur verbum *ἐκφεύγειν* etiam simpliciter ita, ut sit, *impune evadere* ut ap. Sirac. 16, 13. *οὐκ ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγμασιν ἁμαρτωλός* vid. et *Wineri Gramm. Th.* 2. p. 183. Nomen *σωτηρία* per metonymiam significat *doctrinam salutarem* ut Iud. v. 3. quo eodem sensu adhibitum extat *σωτήριον* Act. 28, 28. Sic quoque *πίστις* ita ponitur, ut *τὸν λόγον τῆς πίστεως* indicet Tit. 1, 4. 2 Petr. 1, 1. et nostro quidem loco, ut hanc significationem vocabulo *σωτηρία* substituamus, ipsa orationis series non tam postulare, quam potius flagitare videtur. Nam v. 1. praecessit: *δεῖ προσέχειν ἡμᾶς τοῖς ἀκουσθεῖσι*, et v. 2. commemoratur lex quae vocatur *λόγος* et quidem *λαληθεὶς δι᾽ ἀγγέλων*, huic opponitur v. 3. *σωτηρία, ἥτις ἀρχὴν λα-*

βοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ κυρίου. Male igitur *Schulzius* in *Erklärung d. Briefs an d. Ebr.* p. 156. h. l. et reliquis huius ep. locis vocem σωτηρία de *felicitate christiana* explicandam esse statuit. Longe alia illis in locis est verborum collocatio et orationis series. Theodoretus ad h. l.: ἐνταῦθα δὲ αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης πρῶτος τὴν σωτήριον διδασκαλίαν προσήνεγκε, διεδέξαντο δὲ ταύτην οἱ τῆς ἀποστολικῆς ἀπολαύσαντες χάριτος. — Ἀμελεῖν cum opponatur verbis quae v. 1. extr. leguntur προσέχειν κ. τ. λ. notat: doctrinam susque deque habere, ei non obtemperare, imo ab ea deficere v. 10, 26. Formula ἀρχὴν λαμβάνειν respondet Latin. *initium capere*, *capessere* Zosim. 1, 3. 1. οὗτος δὲ ὁ βωμὸς καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας κατάστασις ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε *haec autem ara et immolationis ritus, tali quadam ex caussa initium habuit.* Ael. H. V. 2, 28. πόθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὅδε ὁ νόμος, ἐρῶ add. 12, 53. Herodi. 2, 11. 1. Exempla e Polybio suppeditabit *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. Est autem ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι dictum pro, ἐν ἀρχῇ λαληθεῖσα. Ne obiicerent scriptori lectores, se Christum ipsum docentem non audivisse, neque adeo de doctrinae ipsis traditae veritate satis constare; addit: ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη] Qui h. l. dicuntur ἀκούσαντες, a Luca 1, 2. vocantur αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου, intelligendi autem sunt Apostoli. Praepositio ὑπὸ significat *a*, *per* Eurip. Alc. 737. ἀπειπεῖν κηρύκων ὕπο *interdicere per praecones.* Aeschin. Dial. 2, 9. ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου *convictus ab adolescentulo.* add. Matth. 1, 22. 2, 17. Verba autem εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη vario modo explicuerunt interpretes. *Carpzovius*, qui assensorem nactus est *Rosenmüllerum* in Scholiis ad h. l. verba reddit: *ad nos pervenit.* Sed ut bene monuit *Dindorfius* ἐβεβαιώθη plus est quam nudum ἦλθεν εἰς ἡμᾶς. Plurimi explicant: *inter nos* (Act. 2, 22.) vel *nobis* (εἰς ἡμᾶς pro ἡμῖν (1 Petr. 1, 25.), vel *in animis nostris* (1 Cor. 1, 6.) *confirmata est.* Sed de confirmatione doctrinae salutaris versu sequenti exponitur, neque de confirmatione doctrinae in animis Hebraeorum sermo est, hoc enim ipsum est, ad quod scriptor lectores suos cohor-

coniuncta ad indicandam miraculorum copiam et varietatem ut Ioh. 4, 48. Act. 2, 22. 2 Cor. 12, 12. πνεῦμα ἅγιον in pluribus N. T. locis dicitur spiritus divinus, qui multiplici auxilio Apostolos et christianos reliquos adiuvabat, eique omnia, quae ad promovendam amplificandamque religionem christianam faciunt, adscribuntur. H. l. πνεῦμα ἅγιον per metonymiam caussae pro effectu, indicat Spiritus Sancti dona, χαρίσματα τοῦ ἁγίου πνεύματος (1 Cor. 12, 4.), vis divinae effectiones, omnes vires, facultates, virtutes, quae hominibus per religionem christianam divinitus continge-bant. A theologis dicuntur dona Sp. S. extraordinaria et ordinaria. Contulisse iuvabit quae hanc in rem disputavit *Koppius* Exc. 5. in ep. ad Gal. p. 120 sq. vid. et infra 6, 4. 10, 29. notata. Caeterum respexisse videtur ep. auctor h. l. etiam ad ea quae Act. 2. leguntur. Iudaei Messiae temporibus vim divinam in hominibus se inprimis efficacem praebituram esse sperabant v. not. ad Matth. 3, 11. p. 68. ed. 3. quare noster etiam πνεύματος ἁγίου μερισμοὺς commemoravit. Pronomen αὐτοῦ, pro quo in nonnullis libris e glossemate legitur τοῦ Θεοῦ, pertinet ad τοῦ Θεοῦ quod praecessit, non ut *Carpzovius* vult, ad verba πνεύματος ἁγίου, etsi 1 Cor. 12, 11. Sp. S. quoque dona distribuere dicatur; durum enim h. l. foret αὐτοῦ ad πν. ἁγ. referre, cum per omnem orationis seriem de Deo, Patre, auctor epistolae loquatur. κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν 1 Cor. 12, 11. καθὼς βούλεται, ad suum arbitrium, voluntatem, sponte, libere. θέλησις, quod, ut *Lobeckius* ad Phrynich. p. 7. observavit, a scriptoribus Atticis non usurpatur, extat Ezech. 18, 23. (LXX) Sap. 16, 25. Tob. 12, 18.

5. Respicit ep. conditor quae v. 3. scripserat: ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου. Cohaerentia haec est: quomodo nos effugiemus poenam, neglecta doctrina, quam angelis longe superior, quam *Dominus* tradidit; non enim angelis, sed huic eidem domino subiecit Deus τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν *mundum futurum.* — *Heinrichsio* hoc in versu auctor rationem reddere videtur, cur illis potissimum signis, quae v. 4. memoraverat, novam religionem commendaverit Deus, non angelorum ap-

paritione, sensu ferme hoc: apparet ergo, splendidissimis a Deo auspiciis confirmatam esse et nostram religionem, quamquam non angelorum apparitione. Neque enim necessarium illud erat, aut fieri bene potuit; namque etc. Ex aliorum sententia hic v. cohaeret cum 1, 14. Interrupisse opinantur scriptorem cap. 2. comparationem Christi cum angelis c. 1. institutam, et 2, 1-5. cohortationem ad constantiam in profitenda religione christiana interposuisse tanquam in parenthesi, versu autem huius cap. quinto illam comparationem repetiisse. Sed filum orationis non est e longinquo petendum, quod cum proximis versibus apte necti potest, et ut alia argumenta in praesentia praeteream, vid. not. ad 1, 14. et quae deinceps ad vocem *οἰκουμένη μέλλουσα* notabuntur, ipsum quoque praesens *λαλοῦμεν*, remittit lectorem ad ea quae proxime praecesserunt. In explicanda formula *οἰκουμένη μέλλουσα* mira est interpretum dissensio. Sunt qui credant significari his verbis statum ecclesiae hoc tempore inchoatum, et aliquando in coelo consummandum. Alii, in his *Cameron* et *Grotius*, statuunt coelum, sedes beatorum in coelo indicari. Sed in antegressis non est sermo de felicitate post mortem futura, nec vocabulum *σωτηρία* 1, 14. ut ibi vidimus, hoc sensu capiendum est. Ex aliorum sententia, rerum universitas intelligenda est. Verum huic interpretationi refragatur contextus, ut iam bene admonuit *Rosenmüllerus*. Equidem in eorum interpretum partes discedo, qui hac formula designari censent: *seculum*, *mundum futurum*, regnum, imperium Messiae, in hac terra inchoatum, quod tanquam rex et dominus generis humani his in terris agit, ex quo in coelum rediit, olim in coelo consummandum, *οἰκονομίαν τῆς καινῆς διαθήκης* Christo unice subiectam vid. not. ad 1, 3. extr. Neque huic interpretationi hoc obstat, quod sic voc. *μέλλων* dicitur de tempore certa quadam ratione praeterlapso (id quod offendit nonnullos), Apostoli enim, ut supra vidimus ad 1, 2. simili ratione non tantum Christi tempus, sed et suam aetatem, dicebant *ultima tempora*, et ut intelligenter observavit *Witsius* Opp. T. 1. p. 305. Rom. 5, 14. Christus etiam praesens, et per passio-

nem consummatus, et introductus in gloriam, respectu prioris Adami *futurus* dicitur. Adiuvatur autem haec interpretatio usu loquendi Iudaeorum, scriptorum N. T. et ipsa orationis serie. Scilicet formula ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα respondet formulae αἰὼν ὁ μέλλων, quacum eam commutavit ep. auctor 6, 5. Vocabulum οἰκουμένη indicat *orbem terrarum, mundum*, adhibetur etiam a scriptoribus Graecis ad designandum *imperium quodlibet* v. *Elsnerum* et nos ad Luc. 2, 1. *Palairetum* ad Luc. 4, 5. et nomen αἰὼν ut עולם non tantum *aevum, seculum,* sed etiam *mundum* declarat vid. not. ad 1, 2. et Iudaei seriores voce עולם ita usi sunt, ut tempus ante Messiae adventum dicerent עוֹלָם הַזֶּה *seculum praesens,* tempus autem sub regno Messiae עוֹלָם הַבָּא *seculum futurum* v. *Witsius* l. l. *Schöttgenii* Horr. Hebrr. T. 2. p. 499. 627. *Koppii* Excurs. 1. ep. ad Ephes. subiunctus. *Bertholdtii* Christologia p. 38. ita, ut his formulis simul *mundi* notio adhaereret v. *Schotti* Commentar. in eos I. C. sermones qui de reditu eius ad iudicium extremum etc. agunt p. 18. Sed interpretationem supra propositam etiam orationis contextus confirmat atque tuetur. Etenim cap. 1. sermo erat de regno, quod Christus post suum ad Patrem reditum his in terris agit, et hoc etiam respicitur 2, 9. Porro in antegressis initium praedicationis doctrinae Christi eiusque propagatio opponitur legi, angelorum ministerio promulgatae, v. 2. 3. commemorantur varii generis miracula et Sp. S. dona, quibus Deus religionem Christi confirmavit v. 4. Loquitur ergo scriptor de mundo futuro iam Christo subiecto, de regno Christi quod tanquam rex et dominus angelorum 1, 6. 7. 14. et generis humani et cultorum suorum agit. Ad hanc explicationem stabiliendam faciunt praeterea etiam loci 1 Cor. 15, 24 sq. Eph. 1, 6. 7. 20 sq. Phil. 2, 9 sqq. Seculum autem prius, mundus prior (oeconomia V. T.) dici quodam modo poterat angelis subiectus, quoniam Iudaei statuebant, singulis gentibus et mundi partibus angelos esse praefectos Deut. 32, 8. ubi interpretes Alexandrini addiderunt: ἔστησεν (ὁ ὕψιστος) ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Sir. 17, 17. ἑκάστῳ ἔθνει κατέστησεν ἡγούμενον, καὶ μερὶς Κυρίου Ἰσραήλ

ἐστιν ἐν divisione gentium terrae unicuivis populo constituit praefectum, sed portio Iovae Israel add. Dan. 8, 17. 10, 13. 20. 21. 12, 1. *περὶ ἧς λαλοῦμεν* additur, ut accuratius definiatur vis et potestas formulae *τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν*.

6. Affirmaverat scriptor *τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν* non esse subiectam angelis. Lacuna laborat oratio, ita resarcienda: sed Christo eam Deus subiecit. Haec enuntiatio suppressa in ipsa probatione continetur, et cohaerentia haec est: sed ut ipsis scripturae verbis utar: quid est homo etc. Ita autem orationis filum nexuit noster, et locum Ps. 8. laudavit, ut simul prorsus dilueret ex animis lectorum dubitationem omnem de Christo angelis maiore, inde natam, quod mortalis factus, et mortem subierit, a qua angelorum natura immunis sit. Accommodavit igitur hunc Psalmum Christo, quo probaret, eum, etsi angelis superiorem, mori debuisse, eo autem non imminui Christi auctoritatem, nam morte perpessa, eum constitutum esse generis humani et angelorum (1 Petr. 3, 22. Eph. 1, 20 sq.) dominum, insignique maiestate ornatum v. 9. 10. Laudavit autem scriptor hunc potissimum Psalmi locum, ita ut verba versionis Alexandrinae repeteret; quia angeli ibi commemorantur, et *ἀνθρώπου, υἱοῦ ἀνθρώπου* dignitas atque praestantia praedicatur, neque, ut probabile est, christianis, quibus haec epistola scripta erat, latebat, Iesum, dum his in terris versaretur, se nominasse *υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* Matth. 8, 20. ubi v. not. Apoc. 1, 13. *ὅμοιος υἱῷ ἀνθρώπου* ubi v. *Eichhornius*, 1 Tim. 2, 5. *εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός*, et eo aptius hunc Psalmi locum laudavit, quod Iudaeis ipsis illa aetate usitata erat allegorica huius carminis de Messia interpretatio; id quod ipsa locum allegandi ratio docet: satis notus vobis et fide dignus vates, loco apud omnes pervulgato, homini (Christo) summam vindicavit potestatem; etiam Paulus 1 Cor. 15, 27. Eph. 1, 22. hunc locum nulla auctoris mentione facta, laudavit. Argumentatio autem scriptoris haec est: verba illa Psalmi: homini subiecisti omnia, si premuntur, de homine quovis s. de genere humano accipi nul-

lo pacto possunt, sed ad Christum referenda sunt, cui, postquam homo factus, mortem perpessus est, Deus omnia subiecit, ergo etiam angelos et *οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν*. Caeterum Psalmum octavum non agere de Messia, facile quisque concedet, qui sine praeiudicata opinione ad eum legendum accesserit, eiusque sensum et consilium consideraverit, sed poeta, nocte quadam serena, contemplando coelo, in admirationem conditoris huius universi abreptus, Dei maiestatem celebrat, in huius universi fabrica admirabili conspicuam, inprimisque singularem benignitatis ipsius erga genus humanum magnitudinem. *διεμαρτύρατο δέ πού τις λέγων*] *vates quidam alicubi cecinit haec.* Hanc literas sacras aliosve scriptores laudandi formulam saepius apud Philonem occurrere, docuit ad h. l. *Carpzovius.* Sic Lib. 3 leg. Alleg. p. 85. A. *μαρτυρεῖ δέ που τῷ λόγῳ ὁ ἱερώτατος χρησμός.* p. 4. E. *εἶπε γάρ τις* nempe Plato in Timaeo. Neque ex hac formula colligi potest, Philonem ignorasse auctores, quorum verba laudarit, aut nostrum scriptorem, verba ab eo allata in libro Psalmorum legi, et Davidis verba esse. Ecquis crediderit, eum ignorasse, verba 4, 4. laudata, ubi simili citandi formula usus est, in primo Mosis libro legi? Sed ita fere etiam scriptores Iudaici librorum sacrorum locos indicare solebant v. *Schöttgenius* in Horr. Hebrr. ad h. l. Recte igitur Oecumenius ad h. l. notavit: *ὡς εἰδότας τὰς γραφὰς, διαλεγόμενος οὐ τίθησι τῶν λεγόντων τὰ ὀνόματα.* Theodoretus: *οὐ λέγει τὸ ὄνομα τοῦ εἰπόντος, ἅτε πρὸς ἐπιστήμονας τῶν γραφῶν διαλεγόμενος.* Neque ex hac formula coniecerim cum *Dindorfio* et *Schulzio*, scriptorem nostrum Psalmi locum memoriter laudasse. Verbotenus enim versio Alexandrina cum nostro consentit. Prorsus autem repudianda videtur *Schulzii* sententia, qui contendit, scriptores N. T. omnes locos V. T. memoriter laudasse. Verbum *διαμαρτύρεσθαι*, ut *Abreschius* ad h. l. probe monuit, vim obtinet verbi simplicis, et ut *μαρτυρεῖν* Ioh. 1, 7. 15, 26. al. notat *docere* v. Act. 8, 25. 10, 42. et in versione Alexandrina respondet verbo הוֹדִיעַ 1 Sam. 21, 2. h. l. cum poeta loquens inducatur, commode reddi potest, *canere.* *τί ἐστιν*

ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ κ. τ. λ.] *quantus est homo cuius memineris? quantus homine natus, cuius rationem habeas!* Plerique interpretes haec verba explicant: quam vilis, quam parum dignus est homo, cuius ita recorderis, quem tanto favore prosequaris. Provocant hanc in rem ad Ps. 144, 3. ubi eadem fere verba leguntur, neque negari potest, ea ibi de vili hominis conditione intelligenda esse, hoc enim orationis series planissime docet. Etiam Hebr. מה eodem sensu adhibitum legitur Ps. 39, 5. מי 2 Sam. 7, 18. 1 Sam. 24, 15. et Gr. τίς Sir. 16, 17. Pindar. Pyth. 8, 135. τί δέ τις; τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Sed vocabulum מה habet etiam vim exaltandi, ut Grammatici loquuntur v. Ps. 139, 17. Mal. 1, 13. ut τίς Gal. 4, 15. Luc. 1, 66. atque hanc vim ei etiam Ps. 8. et nostro loco tribuendam esse, acute nonnulli interpretes viderunt. Etenim non quam vilis res sit homo, sed quam excellens sit is, de quo vaticinium agat, conditor huius epistolae ostendere studet. Confirmat etiam hanc interpretationem Ps. 144, 3. Nam ut ibi Davides mentem suam accuratius explanat, et rationem affert, cur homines tantam Dei benignitatem non mereantur, ita etiam Ps. 8. verborum suorum sensum uberius exponit, et v. 6. addit, e quo inprimis magnitudo illa et praestantia hominis appareat. Itaque verba vertenda sunt: quantus, quam praestans est homo. Verbum Medium μιμνήσκομαι significat: *sibi in mentem revocare* i. e. memorem esse, recordari v. *Dresigius* de V. M. p. 348. Sed formula *recordari alicuius*, bono sensu, ab Hebraeis ita usurpatur, ut sit: *curam alicuius habere*, *benificia in aliquem conferre*, quo eodem sensu positum extat verbum ידע Gen. 8, 1. Ps. 144, 3. Amos. 3, 2. זכר Gen. 8, 1. 19, 29. 30, 22. Verba ἄνθρωπος et υἱὸς ἀνθρώπου, sunt idem valentia, indicant hominem, ut verba אנוש et בן אדם Ps. 8. vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 333 sq. *Fisch.* et quae notavimus ad Matth. 8, 20. Particula ἢ non semper disiungit, sed etiam in libris N. T. saepius ponitur, ubi similia nectuntur, et eadem res, ut clarior fiat duplici modo enuntiatur, ut adeo vim connectendi habeat, et partes agat particulae καί, ut recte monuerunt *Bretschneiderus* in Lex. in N. T. sub v. ἢ

et *Böhmius* ad Hebr. 12, 16. v. Matth. 5, 17. 1 Cor. 11, 27. *Palairetus* ad Act. 1, 7. Verbum denique ἐπισκέπτεσθαι *inspicere*, ut rem accuratius cognoscas, de cuius verbi notionibus variis disputavimus ad Matth. 25, 36. ut Hebr. פקד Ex. 3, 16. 1 Sam. 2, 21. in hoc orationis contextu valet, *curam alicuius habere, favore et beneficiis aliquem ornare*, κήδεσθαί τινος, ἐπιμελεῖσθαι ut Luc. 1, 68. Act. 15, 14. al. Phavorinus: ἐπισκέπτομαι, τὸ προμηθεύομαι καὶ κήδομαί τινος.

7. ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους] *paulo inferiorem eum fecisti angelis*. Verbum ἐλαττοῦν quod Hebr. חסר respondet, significat, *inferiorem facere, potentiam, dignitatem imminuere* Diod. Sic. p. 750. C. Ἀγαθοκλῆς οὐ μόνον λύσιν εὗρε τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἠλάττωσε *non solum malis se expedivit, verum hostes insuper inferiores s. succumbere fecit*. Philo de Leg. ad Cai. p. 1015. A. ἀργύριον ἢ σῖτον ἐν μέρει παντὸς τοῦ δήμου λαμβάνοντος, οὐδέποτε τοὺς Ἰουδαίους ἠλάττωσε τῆς χάριτος *quoties pecuniae frumentique distributiones acciperet populus, non deterioris conditionis Iudaeos ratione beneficii esse voluit*. Ἐλαττοῦσθαι usurpatur *de iis, qui inferiores redduntur, quorum auctoritas, dignitas minuitur* LXX 2 Sam. 3, 1. καὶ ὁ οἶκος Δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει· Symmachus: ἐλαττοῦτο. vid. *Gatackerus* ad Antonin. 5, 36. *Münthius*, *Loesnerus* ad h. l. et nos ad Ioh. 3, 30. De sensu vocis βραχὺ interpretes inter se discrepant. Ponitur nimirum βραχὺ ut Hebr. מְעַט quod Psalmo l. l. legitur, haud raro de tempore ut Ex. 17, 4. Ps. 37, 10. Hos. 8, 10. al. Luc. 22, 58. μετὰ βραχὺ *paulo post*. Act. 5, 34. βραχύ τι *ad breve tempus*. Sed βραχὺ ut מְעַט etiam adhibetur de gradu, de re quatenus non tam magna est atque alia 1 Regg. 14, 29. Prov. 10, 20. 15, 16. infra 13, 22. Iam vero plures interpretes, in his *Beza*, *Bengelius*, *Schulzius*, *Böhmius* h. l. verba explicant: *per breve tempus eum inferiorem reddidisti angelis*. Nec desunt qui eandem vim Ps. 8, 6. voci מעט tribuant. Quis vero, qui nulla opinione ante capta occupatus, ad Psalmi locum legendum accesserit, cum istis

explanatoribus sibi persuadeat, auctorem carminis exprimere voluisse sententiam hanc: per breve tempus homines (de iis enim ibi sermo est) inferiores reddidisti angelis, olim *ἰσάγγελοι* erunt? v. *Venema* et *Döderlinius* ad Ps. l. l. Equidem ad eorum interpretum partes accedo, qui Hebr. מעט et nostrum *βραχὺ* de dignitate explicant, cum haec explicatio carminis illius consilio convenientissima sit, nec ei nostro loco contextus refragetur, qui de Christi his in terris vita peracta sermonem esse, satis aperte docet. *παρ' ἀγγέλους*] In textu Hebraico legitur אלהים quod vocabulum Theodotio expressit *παρὰ Θεὸν*, quocum plures interpretes faciunt. Ex prisca linguae simplicitate loco pronominis מִמְּךָ nomen Dei repetitum esse, et carminis auctorem locum Gen. 1, 26. ubi de imagine Dei sermo est, respexisse statuunt. Alii praeeuntibus Alexandrinis interpretibus, Syr. Vulg. Chald. Aben-Esra, aliisve Iudaeorum magistris, nomine אלהים angelos significari censent, quorum sententiam praeferendam duco. Etenim aliis quoque in locis hoc nomine angeli insigniuntur vid. not. ad 1, 6. *de Wette Kommentar über die Psalmen* ad Ps. 82, 1. et *Gesenius* ad Ies. 9, 5. *δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν*] *gloria et honore eum ornasti*, omnia enim ei subiecta sunt v. 8. *δόξα καὶ τιμὴ* Hebr. הוד וְהָדָר saepius haec vocabula a scriptoribus cum sacris tum profanis copulantur Rom. 2, 7. 10. 1 Petr. 1, 7. 2 Petr. 1, 17. Thucyd. 4, 17. 4, 86. Philo de migr. Abrah. p. 414. E. de charitate p. 715. B. *στεφανοῦν* Hebr. עטר *coronare*, notat etiam *ornare*, *instruere* Ps. 65, 12. Xen. de Magistr. equit. offic. 8, 7. *ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου νίκῃ* (post partam victoriam), *καὶ εὐδαιμονίᾳ οἱ θεοὶ τὰς πόλεις στεφανοῦσιν*. Eurip. Hec. v. 125. *τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν αἵματι χλωρῷ*. Sic *στέφειν* legitur Soph. Ant. 431. v. *Brunckius* ad Soph. Oed. Tyr. v. 3. Verba v. ultima: *καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου* plurimi et optimae notae codd. omittunt, pro spuriis ea habent *Millius* Prolegg. n. 1326. 1421. *Wetstenius*; cancellis sepserunt *Knappius* et *Vaterus*; ex ordine eiecerunt *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Schottus*. Recte. E versione Alex. margg. codd. adscripta, a librariis in or-

dinem sunt translata. Omisisse videtur auctor haec verba propterea, quod praecipua verba, quae urgere volebat, ei erant πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, quae quidem verba accuratius et nervosius explicant vocem quae praecessit δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν.

8. πάντα ὑπέταξας κ. τ. λ. *omnia pedibus* (imperio) *ipsius subiecisti.* Formula desumta a more Orientis pedes victis imponendi vid. not. ad 1, 13. Sunt autem haec verba prioribus adnectenda. ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι - ἀνυπότακτον] *dum igitur ei omnia subiecit, nihil reliquit, quod ei non subiecerit.* Iam scriptor e loco Psalmi argumentatur; premit vocem πάντα, docet eam de nemine verius et plenius valere quam de Christo, atque inde argumentum pro summa Christi dignitate ducit. Argumentatio haec est: cum dicit *omnia*, nihil exclusit, quod homini, υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου subiectum non esset, atqui hactenus nondum vidimus homini subiecta fuisse omnia, ergo ille Psalmi locus ad Christum referendus est v. 9. de eo vere dici potest: subiecta ei sunt omnino omnia, adeoque etiam ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα v. 5. et ipsi angeli. Particula γάρ, ex γε et ἄρα composita, h. l. ut filum orationis docet, non est particula caussalis, sed idem valet quod ἄρα *igitur* ut ap. Xen. Cyrop. 6, 1. 4. ubi v. *Fischerus* cf. etiam *Devarius* de L. Gr. Particc. p. 90. ed. *Reusman.* ἀνυπότακτος dicitur is, qui non subiectus est imperio Arrian. Epictet. 2, 10. de voluntate hominis, ταύτῃ τὰ ἄλλα ὑποτεταγμένα, αὐτὴ δ' ἀδούλωτον καὶ ἀνυπότακτον. Philo q. rer. div. her. T. I. p. 473. Caeterum quaesiverunt interpretes, num in hoc enuntiato verba ὑποτάξαι et ἀφῆκεν referenda sint ad Deum an ad poetam? ut sensus sit: cum poeta omnia ei a Deo subiecta esse dicat, profitetur quoque nihil superesse, quod ei non subiectum sit. Ita verba explicuerunt *Heinrichsius* et *Dindorfius.* Neque negari potest, haud raro a scriptoribus Hebraeis, Graecis et Latinis, rem facere dici, qui eam talem esse declarent vel statuant, *facere* quid dici, qui *factum* vel *enarrent*, vel putent vid. quae hanc in rem observavimus ad Act. 10, 15. Sed simplicior et verior est eorum ratio, qui subiectum enuntiati Deum

esse statuunt, et ut probe monuit *Böhmius*, celebrare voluit auctor Iesum divinitus constitutum regem et dominum, ac Deum ipsum mox v. 9. appellavit. *νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα*] *iam vero nondum ei* (homini) *omnia subiecta videmus*. Hoc oraculum in nullo homine eventum habuit, ad Christum ergo referendum est, cui subiecta sunt omnia, haec enim notio inhaeret verbis v. 9. *δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον*. Sunt qui verba *νῦν δὲ οὔπω κ. τ. λ.* interpretentur: Christo quidem nondum omnia subiecta sunt, nondum omnes ipsius hostes subacti et potestate sua privati sunt 1 Cor. 15, 27. sed quae Ps. 8. de eo honore et gloria ornando praedicta sunt exitum habuerunt v. 9. evenient ergo etiam quae de ipsius imperio praedicta sunt. Quae tamen interpretandi ratio nobis valde contorta videtur, cf. etiam ad 1, 13. notata, ubi de loco Psalmi 110. (quem Paulus 1 Cor. 15, 27. alia ratione in suam rem transtulit) disputavimus. Neque in voce *οὔπω* argutandum est, non ea indicatur, tempus fore, quo hominis imperio subiiciantur omnia.

9. Iam scriptor dignitatem illam, quam carminis auctor homini contigisse declarat, Iesu Messiae vindicat, et cum Iudaeos maxime offenderet mors ab eo perpessa, quippe quod credebant Messiam non esse moriturum (v. Ioh. 12, 34.); inde ab hoc versu usque ad v. 18. demonstrare enititur, mortem, quam Christus homo factus subierit, ei aditum ad summam gloriam fuisse, et mortem ipsius non vulgarem, sed maxime salutarem esse habendam. In constituenda autem verborum huius versus structura et sententia desudarunt interpretes. 1) Ac *Beza* quidem notat, duplicem in contextu Graeco synchysin esse, eumque ita constituendum: *βλέπομεν δὲ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, ὅπως κ. τ. λ.* verba igitur *διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου per mortem* i. e. ut mori posset, refert ad *ἠλαττωμένον*. Haec vero verborum collocatio dura est atque contorta, et sententia, quae ea admissa procedit, non conveniens est iis quae v. seq. leguntur, omninoque a scriptoris ingenio aliena. Etenim vocabulum

πάθημα v. 10. iungitur verbo τελειῶσαι, sed τελειοῦσθαι et στεφανοῦσθαι δόξῃ καὶ τιμῇ idem declarant. Neque Iesus M. gloria et honore affectus est, ut ὅπως etc. mortem subiret, sed ex Apostolorum Phil. 2, 8 sq. et nostri scriptoris doctrina, praemii loco honore et gloria ornatus est, postquam hominum salutis caussa mortem subierat. Neque verba διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου referri possunt ad ea quae praecesserunt, nam ut bene animadvertit *Böhmius:* defensum ibat scriptor crucis supplicium, hinc supplicio tolerato statim adiicit, quantum praemii illud habuerit, ut pateret, quam honorificum illud esset ipsum. 2) *Peircius*, *Michaelis*, *Dindorfius*, alii, verba ita explicant: *Iesum qui paulo minor factus est angelis propter necem toleratam, ut ex Dei beneficio pro cunctis mortem subiret, videmus gloria et honore coronatum.* 3) *Valckenarius* in Scholis ad h. l. vertit: *Iesum vero videmus pauxillo tempore minorem factum angelis per passionem mortis honore et gloria cumulatum*, ut formula διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου in medio posita, pertineat ad utrumque membrum, aeque ad praecedens ἠλαττωμένον, quam ad sequens ἐστεφανωμένον. Cuius loquendi rationis exempla duo e Xen. attulit [Mem. 4, 2. 33.] διὰ σοφίαν φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἀπώλετο, ubi formula διὰ σοφίαν ad utrumque pertineat. [H. Gr. 7, 4. 3.] *imperatores non facile una oratione ante proelium habita*, τοὺς μὴ ὄντας ἀλκίμους ποιήσειαν *militibus qui natura fortes non sunt*, *fortitudinem indent*, ubi Adi. ἀλκίμους accipiendum, ac si bis esset scriptum. 4) Alii, quorum sententiam haud improbandam iudicavit *Carpzovius*, verba διὰ τὸ πάθημα-ἐστεφανωμένον, per parenthesin a reliquis separant, ita ut ea scriptor, occasione saltem verborum Psalmi adiecerit, cum de homine dicitur δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, applicando ea ad Iesum, quae ibi de genere humano dicta erant. In eandem sententiam discessit *Böhmius*, cuius verba sunt: cuncta haec: διὰ-ἐστεφανωμένον, prioribus ita arcte, ipso articulo τὸν, ut mera appositio esset, omisso, vides adiecta, ut si non parentheseos, certe appendiculae naturam referant, nimirum statim sequentibus minus cum his, quam

cum illis prioribus, vel potius cum coniunctis utrisque, secundum logicam construendis. 5) *Wakefieldius* in Silva Critica s. Curis crit. et exeget. in libros N. T. P. 2. Sect. 62. p. 36. ita interpungit: ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ-ἐστεφανωμένον· ὅπως etc. Verba interpretatur: *Iesus ipse fuit, qui minor angelis* (homo scilicet) *factus est ob passionem mortis, ut pro omnibus mortem subiret, nunc autem gloria coronatur.* Monet formulam διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου accuratius explicari verbis ὅπως κ. τ. λ. 6) Ex *Hänleinii* in Examinis curar. criticar. *Wakefieldii* P. 1. (Erlang. 1798. 4.) p. 11. *Mori*, aliorumque sententia, post Ἰησοῦν interpungendum, et incisi nota post vocem θανάτου delenda, et sensus ita constituendus est: Iesum vero, qui antea minor angelis factus erat (humilem atque humanam sortem in se suscepit) videmus *post* perpessionem mortis (ita et *Bauerus* in Philologia Thucyd. Paulina p. 134. al. sed non probarunt hanc vim particulae διὰ accusativis nominum iunctae) vel, ob ipsam mortis perpessionem, ad gloriae summum fastigium elatum, ut nimirum appareat, mortem illius ex benevolo consilio Dei ad salutem omnium hominum fuisse destinatam. Equidem *Hänleinii* interpretandi rationem, cum ea re ipsa et facilitate sua adiuvetur, reliquis interpretationibus hactenus allatis, praeferendam duco. Verte: At qui per breve tempus angelis inferior factus fuerat, videmus Iesum, (eundemque) propter necem toleratam honore et gloria ornatum, ita ut (Thom. Mag. ὅπως ἀντὶ τοῦ ἵνα) adeo per Dei gratiam pro omnibus mortuus sit s. ut adeo mors eius non vulgaris, sed salutaris omnibus fuerit. Ultimis verbis declaratur, qualis fuerit ipsius mors, nempe a Deo decreta et salutaris, et cur adeo Christus ad gloriam, angelorum dignitati superiorem evectus, atque constitutus sit rex et dominus generis humani. Sed quod haec ultima versus verba ὅπως etc. attinet, *Bengelius*, *Frid. Schmidius* in Obss. ad h. l. *Henkius* in libello inscripto: inest codicis *Uffenbachiani*, qui epistolae ad Hebraeos fragmenta continet, recensus et specimen aere exsculptum Helmst. 1800. 4. ea hunc in modum interpretantur: Dei, bene vo-

lentis Christo, consilio (praeferunt tamen *Bengelius* et *Schmidius* lectionem χωρὶς Θεοῦ de qua infra dicendi locus dabitur) factum est, ut morti obnoxius fieret, quo omnium rerum potestatem, imperium nullis limitibus circumscriptum (ὑπὲρ παντὸς) capesseret: notant, παντὸς esse neutrum, et ὑπὲρ significare h. l. rem consequendam ut 2 Cor. 12, 19. 2 Thess. 1, 5. Ioh. 11, 4. Haec vero interpretatio, ut iam *Ernestius*, *Abreschius*, *Cramerus* rectissime monuerunt, durissima est, loci ad hanc praepositionis ὑπὲρ significationem tuendam allati sunt ἀπροσδιόνυσοι, eique contextus refragatur. Ad vocem ὑπὲρ παντὸς subintell. ἀνθρώπου. id. qd. ὑπὲρ πάντων 2 Cor. 5, 14. Syrus: *pro omni homine.* Vulg. *pro omnibus.* Quodsi vero etiam παντὸς neutrum esset, vim masculini haberet, coll. v. 10. et praepositio ὑπὲρ notat: *commodo alicuius, ad salutem alicuius promovendam* ut 7, 25. 9, 24. Col. 1, 24. 1 Ioh. 3, 16. al. Athenae. L. 13. p. 602. D. iuvenis Atticus sponte se morti obtulit ὑπὲρ τῆς θρεψαμένης *pro patria quae ipsum aluerat.* Quod attinet formulam γεύεσθαι θανάτου non defuerunt etiam qui in ea explicanda argutarentur, et mortis brevitatem ea indicari monerent, ex antiquioribus Chrysostomus, Theophylactus (cuius verba sunt: καλῶς δὲ εἶπε, γεύσηται· ὥσπερ γὰρ ὄντως ἀπογευσάμενος, οὕτω μικρὸν καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ποιήσας διάστημα, εὐθέως ἀνέστη. ὥσπερ γὰρ ἰατρὸς παρεσκευασμένων σιτίων ὁρῶν τὸν ἄῤῥωστον δεδειότα ἀπογεύσασθαι, αὐτὸς πρότερον ἀπογεύεται, ἵνα πείσῃ θαῤῥῆσαι τὸν ἄῤῥωστον τὴν μετάληψιν, οὕτω καὶ ὁ Κύριος ὁρῶν ἡμᾶς δεδειότας τὸν θάνατον, ἀπεγεύσατο τούτου, καίτοι μὴ ἔχων ἀνάγκην *pulchre autem dixit* gustaret. *Nam veluti revera gustasset, sic modica in morte facta mora, protinus resurrexit. — Perinde enim ac medicus animadvertens aegrotum metuentem praeparatos sibi cibos degustare, ipse prior degustat, uti aegroto audacter sumere persuadeat, hunc ad modum Dominus videns nos metuere mortem, gustavit eam, licet nulla necessitate urgeretur*), ex recentioribus *Camerarius*, *Bengelius*, *Schmidius* in Obss. ad h. l. At vero in formula γεύεσθαι θανάτου (quae apud nullum scriptorem Graecum legitur)

Hebr. מָוֶת טְעַם v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 895. verbum γεύεσθαι non valet *leviter gustare*, sed *experiri*, *subire mortem*, *mori* ut Matth. 16, 28. ubi v. not. Ioh. 8, 52. et eadem significatione, ut sit *sentire*, *percipere*, *participem fieri* verbum γεύεσθαι aliis quoque nominibus a scriptoribus exteris iungitur ut Eurip. Alc. 1069. ὦ τλήμων ἐγὼ Ὡς ἄρτι πένθους τοῦδε γεύομαι πικροῦ. Soph. Trachin. 1103. ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην. Pro χάριτι Θεοῦ cod. 53. 67 *.* legunt χωρὶς Θεοῦ, hanc lectionem reperit Origenes (in Ioh. 1, 1. 9, 49. p. 38. p. 360.) in quibusdam codd. Grr., attulerunt eam Theodoretus, Ambrosius (de fide ad Gratian. 2, 4.), Vigilius Tapsensis (c. Eutychen Lib. 2. p. 17. 20.), Fulgentius (ad Thrasimund. 3, 20. de incarnat. c. 10.), Hieronymus in Comment. ad Gal. *absque Deo* in codd. quibusdam legi ait. Oecumenius et Theophylactus a Nestorianis hanc lectionem effictam esse contendunt; temere, cum ea iam longe ante Nestorianos extiterit in codd. Origenis, et ipsa formula χωρὶς Θεοῦ vario sensu accipi possit, ut deinceps videbimus. Versio Syriaca in editis habet: *ipse enim Deus per gratiam suam pro omni homine gustavit mortem*, in codd. autem nonnullis utramque lectionem exhibet: *ipse enim excepto Deo per gratiam suam pro omni homine gustavit mortem* v. *Bodii* Pseudocrit. *Millio-Bengel.* T. 2. p. 339. Ipsa autem formula χωρὶς Θεοῦ explicari potest 1) Christus mortuus est pro omnibus, excepto Deo; prout Origenes et Theodoretus eam intellexerunt. Frigida sane interpretatio. 2) mortuus est ad demerendum sibi imperium, cui praeter Deum cuncta subiecta essent. 3) separatus a divinitate sua, χωρὶς θείας φύσεως, ex sola humana natura, prorsus a divina seiuncta, quae Nestorianorum erat, personas in Christo dividentium, monente *Millio*, interpretatio. 4) hactenus tantum, quod homo fuit, Christus mortem perpessus est, nullo plane detrimento divinae suae naturae, hac potius integra et salva. Eiusmodi vero subtilitates ab aevo Apostolorum prorsus abhorrere, recte monuit *Heinrichsius* ad h. l. 5) neglectus a Deo, sibi ipsi ac fatali suae sorti relictus, χωρισθεὶς τοῦ Θεοῦ καὶ ἐγκαταλειφθεὶς παρ' αὐ-

τοῦ Matth. 27, 46. ut *Matthaeius* haec verba interpretatus est. Lectionem χωρὶς Θεοῦ probarunt *Bengelius* in Gnom. et Apparatu Crit. ad h. l. et *Schmidius* in Obss. ad h. l. (vertunt: *praeter Deum, excepto Deo*) facilius enim, inquit *Bengelius*, χωρὶς in χάριτι, quam χάριτι in χωρὶς librariorum sedulitas, planiora omnia quaerens, mutavit. *Semlerus* in *Hermeneutischer Vorbereitung Stück* 4. p. 253. totam sententiam ὅπως χάριτι Θ.-θανάτου, propterea quod Cyrillus Alexandrinus Opp. T. 5. P. 1. p. 763. eam omiserit, a scholiaste adiectam putat. Sed ex eo nihil effici animadvertit *Matthaeius*, cum in reliquis locis nominatim haec tribuat Paulo; et Cyrillo, uti caeteris Patribus, in usu sit, saepius verba maxime notabilia in media oratione omittere. *Henckius* l. l. p. 20. auctorem ep. scripsisse autumat, omisso χωρὶς Θεοῦ *excepto Deo*, ὅπως ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. Iam vero addidisse aliquem ad verba ὑπὲρ παντὸς, non inepte et memorem dicti Paulini 1 Cor. 15, 27. (δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτέτακται) χωρὶς Θεοῦ, quae verba alius quisquam vel per compendium scripta, vel sibi non intellecta, mutaverit in χάριτι Θεοῦ. Equidem, cum lectio χωρὶς Θεοῦ, quomodocunque eam interpreteris, nullam commodam, imo et orationi et consilio scriptoris contrariam sententiam pariat; cum vulgaris lectio χάριτι Θεοῦ tot librorum fide et praesidio munita, et Apostolorum doctrinae, Christi mortem hominibus salutarem benignitati divinae tribuentis Ioh. 3, 16. Rom. 5, 8. Gal. 2, 21. et contexto sermoni convenientissima sit; hanc ipsam lectionem χάριτι Θεοῦ, veram et genuinam habendam puto, et *Griesbachio* adstipulor, qui verba χωρὶς Θεοῦ a grammatico, qui loci 1 Cor. 15, 27. recordatus sit, adscripta fuisse coniicit ad v. 8., eaque librarium, qui putarit, hanc notam in margine positam esse verborum χάριτι Θεοῦ correctionem, alieno loco in ordinem transtulisse.

10. Asseverarat scriptionis auctor v. 9. Iesum propterea quod supplicium subierit, a Deo gloria et honore fuisse ornatum. Iam v. 10. ostendit, quam consentaneum hoc Dei virtutibus, sapientiae, iustitiae ipsius fuerit. Pergit:

decebat eum, cuius caussa, et per quem omnia sunt, cum filios multos ad felicitatem perducere voluerit, salutis eorum auctorem, ne iniquior erga eum videretur, quam erga homines, *ad summum dignitatis fastigium evehere.* Verbum πρέπει in N. T. poni solet de eo *quod necesse* est, quod honestas, vel officii ratio postulat, atque adeo idem valet quod ἀναγκαῖον 8, 3. ὀφείλει infra v. 17. δεῖ Matth. 3, 15. αὐτῷ] *ei*, nempe Deo; τῷ θεῷ οὗ τῇ χάριτι Χριστὸς ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου. Neque enim αὐτῷ δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα ad Iesum Messiam referri potest. Nam qui per pronomen αὐτῷ significatur, est ὁ τελειώσας, et distinguitur ab ἀρχηγῷ τῆς σωτηρίας, a Christo tanquam τετελειωμένῳ. Neque ad Christum referri possunt verba δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, ut sententia iis insit eadem quae Col. 1, 16. expressa legatur; aut cum *Grotio*, quem *Michaelis* secutus est, intelligantur *ea omnia, de quibus auctor epistolae iam egerit*, mors Christi hominibus salutaris, et dignitas summa quam consecutus est, seu *totum salutis nostrae negotium.* Sunt potius haec verba descriptio maiestatis Dei patris, quae etiam extat Rom. 11, 36. ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, et sensus verborum est: a quo omnino omnia pendent ut Rom. l. l. ubi v. *Koppius*, et *Heydenreichius* ad 1 Cor. 8, 6. Haec ratio verborum ordini et orationis seriei sola congruit. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα] Vulgo haec verba cum sequentibus coniunguntur et ad Christum referuntur, inprimis propterea, quod scriptum sit ἀγαγόντα non ἀγαγόντι, neque adeo hoc participium eodem casu positum legatur quo praecedens pronomen αὐτῷ. Haec vero interpretatio, cum sequatur τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν frigidam tautologiam parit. Inest potius his verbis anacoluthon, ut Grammatici dicunt (ἀγαγόντα pro ἀγαγόντι), quo nihil frequentius apud Paulum v. Rom. 2, 8. 8, 3. 2 Cor. 12, 17. Col. 3, 16. al. et Graecos scriptores probatissimos vid. *Wineri Gramm.* Th. 1. p. 189. nos ad Act. 15, 22. 23, 30. ἀγαγόντα verte: *qui adducere decreverat* Rom. 8, 30. Aoristus locum Plusquamperfecti obtinet. Exempla dant *Fischerus* ad *Weller.*

Vol. 3. P. 2. p. 54. *Iacobus* ad Lucian. Toxar. p. 98. *Winerus Gramm. B.* 2. p. 87. Verba autem saepius etiam ita poni ut voluntatem indicent, tralatitium est. υἱοὶ sunt homines coll. v. 11. 14. speciatim, qui Christo nomen dederunt, christiani, natura homines. Nomen δόξα commutatum h. l. cum voc. σωτηρία felicitatem vitae coelestis designat ut Rom. 5, 2. Ioh. 17, 5. 1 Cor. 2, 8. τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν] *salutis eorum auctorem:* Theophylactus: τὸν ἀρχηγὸν, τουτέστι τὸν αἴτιον. Infra 5, 9. αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. Vocabulo ἀρχηγὸς quod proprie *ducem* indicat, usus est noster, quoniam scripserat ἀγαγόντα. Eo autem significatu ut *auctorem* significet, nomen ἀρχηγὸς saepissime recurrit Act. 3, 15. ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς *auctor et caussa felicitatis christianorum* Athen. 6. p. 265. πολλῶν ἀγαθῶν ἀρχηγός. Herodi. 7, 1. 22. τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἀποστάσεως ἀρχηγός. Exempla plura alia notavimus ad Act. l. l. διὰ παθημάτων *propter obitam mortem violentam et atrocissimam* id. qd. διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου v. 9. Plurali usus est scriptor, quoniam cum ista morte plura coniuncta erant mala. Caeterum haud temere *Böhmius*, aliique annotarunt, scriptorem nostrum usum esse generaliori voce (παθημάτων), ut lectores, si iis calamitates sustinendae essent, in hoc τελειώσεως modo haberent exemplum nobilissimum. Verbum τελειοῦν in hac epistola frequens, ut Lat. *consummare*, *vollenden*, proprie notat: *ad finem perducere*, *absolvere* 2 Par. 8, 16. ἐτελείωσε τὸν οἶκον κυρίου. Sir. 50, 19. τὴν λειτουργίαν ἐτελείωσαν. Ioh. 17, 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα. Act. 20, 24. τελειῶσαι τὸν δρόμον *cursum absolvere et munere defungi*, ubi metaphora a stadio petita est, ut 2 Tim. 4, 7. Philo Lib. 2. Allegor. p. 74. ὦ ψυχὴ-ὅταν τελειωθῇς καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἀξιωθῇς. Deinde significat *perficere*, *perfectum reddere*, *facere aliquem talem qualis esse debet*, *zur Vollendung*, *Vollkommenheit führen;* cum ad animum refertur, *expiare*, *entsündigen*, *prorsus immunem aliquem a peccati poena et culpa reddere*, *plenam peccatorum veniam alicui conciliare* Hebr. 7, 19. 10, 1. 4. al. *tranquillare* 9, 9. Sed inest etiam huic verbo, cum de statu et conditione

alicuius usurpatur, notio *mercedis* et *felicitatis*, quae e veterum re agonistica originem duxit. Verba nimirum τελεῖν et τελειοῦν, sunt verba propria eorum, qui cursum in stadio prospere conficiunt, metam attingunt, atque adeo praemio ornantur, et τελειοῦν τινα dicitur is, qui aliquem in stadio victorem declarat, eique praemia decernit et confert v. *Knappii* Opuscc. p. 258. et τελειοῦσθαι dicuntur ii, qui praemiis ornantur. Iam constans Apostolorum doctrina est Phil. 2, 7. Hebr. 8, 1. 7, 21. al. Christo dignitatem illam summam et beatitatem, qua eum Deus post mortem toleratam ornavit, pro praemio fuisse; hinc verbum τελειοῦσθαι de Iesu Messia adhibitum, indicat gloriam et felicitatem summam, ad quam post exantlatos his in terris labores, evectus est ut 7, 28. 5, 9. Est porro haec Apostolorum consuetudo, ut verba tam humilitatem, quam gloriam Christi declarantia, ad christianos transferant (Rom. 8, 17. 2 Tim. 2, 11.), hinc etiam τελειοῦσθαι Christi sectatores dicuntur, quatenus cursu vitae feliciter peracto, a Deo praemiis ornantur, beatitatis aeternae participes fiunt. Sensus h. l. est: Deus Christum propter mortem quam subiit violentam praemii loco summa felicitate et dignitate ornavit. *Beza*, et qui cum eo faciunt, *Peircius*, *Semlerus*, *Tellerus*, *Zachariae*, *Cramerus*, alii, verbo τελειοῦν *consecrandi* notiónem tribuendam esse praecipiunt, ut idem valeat quod ἁγιάζειν, atque adeo verba sonent: per calamitates muneri administrando initiatus, pontifex summus consecratus est. Sed quamquam non negamus, in nonnullis versionis Alexandrinae locis verbum τελειοῦν et τελειοῦσθαι hoc significatu legi v. Levit. 21, 10. 8, 33. 28. haec tamen notio ab h. l. reliquisque epistolae ad Hebr. locis in quibus τελειοῦν recurrit, aliena est. Distinguuntur enim τελειοῦν et ἁγιάζειν, Deus dicitur ὁ τελειῶν et Christus ὁ ἁγιάζων, refragantur praeterea etiam huic explicationi v. 7. et 9.

11. Mens et sententia epistolae auctoris concise scribentis haec est: Nolite mirari, me qui Christum dixerim Dei filium c. 1. etiam homines dixisse Dei filios v. 10. quamquam enim Christus est eminentiori sensu Dei filius,

κατ' ἐξοχὴν talis, tamen etiam eatenus est Dei filius, quatenus homo factus est, hominum autem origines a Deo derivandae sunt Act. 17, 26. Fieri autem debuit Christus humanae naturae particeps, ut hominum salutis caussa mortem subire posset v. 14. Itaque particula *γὰρ* caussam et rationem indicat cur homines dicti sint *υἱοὶ τοῦ Θεοῦ*. Theodoretus: *ὅ τε γὰρ ἁγιάζων κ. τ. λ. καὶ τοῦτο κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τέθεικε· κτιστὴ γὰρ ἡ ληφθεῖσα φύσις· εἷς δέ γε καὶ ἡμῶν καὶ αὐτῆς ποιητής· ἀλλὰ δι' ἐκείνης ἁγιαζόμεθα. hoc etiam posuit iuxta humanitatem. Creata est enim natura quae sumta est. Unus autem est et noster et eius creator. Sed per illam sanctificamur. ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες*] *etenim qui expiat, et qui expiantur, eundem patrem habent.* Prima ac propria verbi *ἁγιάζειν*, cui Hebr. קדש respondet, significatio est: *separare ab usu communi et sacro destinare*, id. qd. *ἀφορίζειν*, et usurpatur non modo de rebus ad sacra pertinentibus, de rebus Deo dicatis, consecratis v. Matth. 23, 17. 19. sed etiam de hominibus ad munus sacrum obeundum delectis, de hominibus quos Deus sibi consecravit h. e. quorum ministerio qualibet in re prae caeteris utitur, velut de sacerdotibus et prophetis v. Ex. 19, 6. 29, 1. Levit. 8, 30. Ier. 1, 5. Sir. 45, 4. 5. Ioh. 17, 17. ubi v. not. et ad Ioh. 10, 36. et Israelitae dicebantur קדשים, *ἅγιοι*, quoniam veram religionem et cultum divinum habebant, eoque a reliquis gentibus secreti, Deo consecrati, populus Dei peculiaris erant; atque eodem sensu christiani in libris N. T. dicuntur *ἅγιοι*, *ἡγιασμένοι* np. ob religionis christianae professionem, qua separati erant a Iudaeis et gentilibus Act. 20, 32. 1 Cor. 1, 1. al. Deinde verbum *ἁγιάζειν* notat *purum reddere* et adhibetur ad designandam puritatem externam Hebr. 9, 13. ut Hebr. קדש Iob. 1, 5. quod Alexandrini interpretes ibi verterunt *καθαρίζειν*. Denique per metaphoram significat *purum reddere a peccatis*, *sanctum reddere*, *emendare* 1 Cor. 6, 11. 1 Thess. 5, 23. et *purum aliquem reddere a culpa peccati*, *eiusque poena immunem*, *expiare* ut *καθαρίζειν* Sir. 23, 9. quocum *ἁγιάζειν* commutatur Hebr. 9, 13. 14. Iam quonam sensu

verbum ἁγιάζειν h. l. capiendum sit, videamus. Sermo est v. 9. 10. de morte quam subiit Christus ut omnibus hominibus pateret aditus ad Dei favorem et salutem perennem; ad eam refertur ἁγιάζειν, et hoc ipsum verbum permutatur v. 17. cum formula ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας *peccata expiare.* Ex quo efficitur, contextum postulare ut verbo ἁγιάζειν h. l. notionem *expiandi* tribuamus, non exclusa tamen animi a quovis scelere immunitate v. *Koppius* ad Eph. 5, 25. nam Christus est auctor salutis eorum tantum qui praeceptis eius convenienter vivunt Hebr. 5, 9. add. 12, 14. 9, 14. Ioh. 3, 18. ut adeo ad exprimendam vim verbi ἁγιάζειν h. l. etiam uti possis formula latius patente, *purgare, liberare a peccatis;* verbum *consecrare,* quo nonnulli utuntur, minus aptum videtur. Quam autem proposuimus interpretationem tuetur atque confirmat etiam scriptoris nostri usus loquendi conf. praeter 1, 3. (ubi de Christo praedicaverat eum peccata hominum expiasse) 10, 10. 14. 29. 9, 13. 14. 13, 12. Praesens ἁγιαζόμενοι vim aoristi habet vid. v. 16. 6, 12. ἐξ ἑνὸς πάντες] *omnes ex uno sunt.* In explicanda formula ἐξ ἑνὸς scl. εἰσὶ, interpretes variant. *Carpzovius, Abreschius,* al. subintelligunt σπέρματος vel αἵματος coll. Act. 17, 26. *ab uno homine, Adamo, orti sunt omnes,* Christus et homines. Alii supplent γένους, plerique πατρός. Sed per *patrem* intelligunt nonnulli *Adamum,* in his *Cramerus,* alii *Abrahamum,* ut *Peircius, Michaelis, Frid. Schmidius* etc. atque scriptorem respexisse autumant locum Gen. 12, 3. cuius verba explicant: tu, pater Messiae, eris gentibus fons salutis. Provocant etiam quo suam sententiam confirment ad v. 16. huius cap. ubi Christus opitulari dicitur Abrahami posteris. Sed adversatur his interpretationibus orationis series. Non Adami, non Abrahami, sed Dei in antegressis mentio facta est, et v. 10. ad verba πολλοὺς υἱοὺς cogitando adiungi debet τοῦ Θεοῦ. Itaque ἐξ ἑνὸς πάντες significat: Iesus Messias, et homines ab uno patre, a Deo ortum habent v. Act. 17, 28 sq. Adamus Luc. 3, 38. υἱὸς τοῦ Θεοῦ dicitur, quoniam praeter Deum nullum alium habuerat vitae auctorem; et Iesus Luc. 1, 35. υἱὸς τοῦ Θεοῦ utpote immediato Dei in-

terventu procreatus. Formula ἐκ τινὸς εἶναι de ortu ex parente legitur etiam Rom. 9, 6. ἐξ Ἰσραήλ. Palaeph. 2, 5. οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτοῦ ὁ παῖς-ἐκ τοῦ Ταύρου. Caeterum πάντες noster (*Böhmii* verbis utor), cum ἀμφότεροι posset, maluit dicere, quo distinctius graviusque magna christianorum una cum Christo designaretur universitas. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν] *quare non erubescit eos fratres appellare*, non sibi dedecori ducit, non dedignatur τοὺς ἁγιαζομένους, quatenus sunt eiusdem naturae, quam ipse assumsit, appellare fratres, quamvis hominibus et geniis coelestibus longissime antecellat. Formulam οὐκ ἐπαισχύνεσθαι, Chrysostomus annotavit de eo adhiberi, qui maior cum sit, minoribus tamen se sociare haud dedignetur, ut infra 11, 16. cf. etiam *Glassius* Phil. S. p. 231 sq. ἀδελφοί dicuntur christiani (v. Matth. 12, 50. Rom. 8, 29.) quatenus homines sunt.

12. Messiam homines cultores suos vocare fratres, confirmatur loco Psalmi 22, 23. ἀπαγγελῶ κ. τ. λ.] *praedicabo benignitatem tuam meis fratribus, in medio coetu eorum tuas laudes canam.* De Iesu Messia Psalmum illum agere, interpretes haud pauci opinati sunt. Alii vero de Davide eum explicandum esse contenderunt, et ad tempora Absalomi retulerunt, cum plura in carmine illo occurrant, quae Iesu non conveniant v. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. l. l. *Eckermani* theol. *Beyträge* St. 2. p. 76 sqq. Scriptor igitur noster Psalmi locum in suam caussam convertit. In versione Alexandrina pro ἀπαγγελῶ legitur διηγήσομαι, quae diversitas inde explicanda, quod noster verba memoriter excitavit. Verbum ἀπαγγέλλειν in vers. Alex. haud raro adhibitum legitur de laudum divinarum praedicatione atque respondet Hebr ספר ut Ps. 77, 4. ἀπαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις τοῦ κυρίου. v. 6. καὶ ἀπαγγελοῦσαι αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, et verbo הִגִּיד Ps. 70, 18. 144, 4. Eodem significatu usurpatur verbum διηγεῖσθαι ita, ut eo exprimatur Hebr. ספר Ps. 22, 23. 9, 1. 18, 1. 25, 7. τὸ ὄνομά σου vim habet simplicis pronominis σε ut Ioh. 17, 6. al. ita ut indicetur Deus ipse, quatenus beneficia tribuit, Dei benignitas, de qua etiam Ps. l. l. sermo est. In voce τοῖς ἀδελφοῖς

Lat. me-
בתוך
, 7.
iem-
ὄχλον
.. h. v.
Nomen
quam ve-
um prorsus
ὑμνεῖ, ἄλλο-
ἄνθρωποι ὑ-
ιο, quod Grae-
onorem deorum
ιον. T. 2. p. 2 sq.
s ad Anacr. 9, 12.
. p. 187. et *Gesneri*
rum Gotting. 1742. 4.
m, et deinde: ecce me
fuerunt qui putarent epi-
translatione Alexandrina
verba eum desumsisse ex
θεός μου φύλαξ ἔσται μου,
osteriora verba ex Ies. 8, 18.
rbis *ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς* re-
nec ea e versione Alexandrina
: *καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτὸν*, sed eum
reddidisse v. *Wolfius* in Curis ad
ircium. Huius dissensionis ansam
ιν in medio versu posita, quae alias
x esse solet. Verum enimvero haec
am ita usurpatur, ut idem valeat quod
φεξῆς deinde, postea, additis statim his.
a 10, 30. Philo initio libri, quis rer. div.
Gen. c. 15. adduxit continuatos versus 2.
lavit verba *καὶ πάλιν*. Exempla alia dat
h. l. Rabbinos quoque ita posuisse verba
docuit *Wolfius* ad h. l. Itaque non diversos
r v. 13. attulit, sed Ies. locum 8, 17. 18. et in-

teriecit *καὶ πάλιν*, ut attentionem lectorum excitaret, cum ostendere vellet, Iesum Messiam similem fuisse hominibus, et ultima verba priora explanarent. Iam quod locum Iesaiae attinet, profitetur ibi vates, se et filios suos spem fiduciamque suam in Deo reponere. Sed noster prophetae verba in rem suam transtulit, ita, ut Messiam loquentem induxerit, atque adeo per *τὰ παιδία* scl. *τοῦ Θεοῦ* homines, cultores Christi v. 10. *υἱοὺς* dictos, intelligi voluerit. Subest verbis sententia haec: ut ego in adversis tibi confido, sic et liberi (tui) quos meae disciplinae tradidisti. Proponitur h. l. Messias tanquam homo, qui ut alii homines, ipsius cultores, pariter atque fratres ipsius, fiduciam suam in Deo collocat. Excitavit autem noster locum Iesaiae, monente *Heinrichsio* ad h. l. potissimum etiam propterea, ut obiter quasi innueret, lectores suos in rebus adversis fiduciam suam in Deo reponere debere coll. v. 18. *καὶ πάλιν* suppl. *λέγει*, et *ἔσομαι πεποιθὼς* positum est pro *πείσομαι confidam*. Solent enim Hebraei et Graeci scriptores pro temporibus finitis participiis uti iisque iungere tempora finita verbi substantivi v. *Glassius* Phil. S. p. 345. *Spanhemius* ad Aristoph. Ran. 36. *Reizius* ad Lucian. T. 2. p. 599. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 2, 5. p. 117. *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Gr. Vol. 3. P. 2. p. 4 sq. *Matthiae Griech. Gramm. Th.* 2. §. 559. p. 1104. Eadem constructio reperitur 2 Cor. 1, 9.

14. *ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κ. τ. λ.*] *quoniam igitur liberi mortali corpore praediti sunt.* Epistolae auctor, qui in eo laborat, ut ostendat Christum hominem esse debuisse, dixerat eum et cultores ipsius ex eodem esse ortos, esse ipsius fratres. Quae quidem descriptio cum non satis clara videri posset atque perspicua; planius exponit humanae naturae mortalis consortium spectari, ante dicta magis amplificat, et declarat quem ad finem homo factus sit v. 14 extr. 15. Interpretes nonnulli vocabulo *παιδία pueros* s. *infantes* designari statuentes alucinati sunt, cum praecesserit *παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς* (v. Ioh. 17, 6.), et adulti non minus quam infantes humanae naturae participes sint. Theophylactus: *ὥσπερ τὰ παιδία, τουτέστιν, οἱ λοιποὶ ἄν-*

θρωποι. Itaque παιδία, cum respiciatur locus Ies. v. 13. laudatus, sunt iidem qui v. 10. dicti sunt υἱοὶ scl. τοῦ Θεοῦ Christi cultores, quatenus homines sunt. Verbo *κοινωνεῖν participem esse*, iuncti h. l. sunt Genitivi σαρκὸς καὶ αἵματος. Paulus in epistolis suis hoc verbum cum Dativo copulat; hanc epistolam si scripsisset Paulus, suo more hic probabiliter posuisset σαρκὶ καὶ αἵματι, quae est docta observatio *Valckenarii* in Scholis ad h. l. Sed ita ut h. l. Genitivo iunctum legitur ap. Lycurgum c. Leocrat. p. 187. *Tayl.* ἐξίσου τῶν κινδύνων μετασχόντες οὐχ ὁμοίως τῆς τύχης ἐκοινώνησαν. Xen. Rep. Laced. 1, 9. ἀδελφοὺς— οἱ τοῦ γένους καὶ τῆς δυνάμεως κοινωνοῦσιν. Oecon. 6, 3. χρημάτων κοινωνήσαντες. In explicandis verbis σαρκὸς καὶ αἵματος recurrendum est ad usum loquendi Hebraeorum. Videlicet Hebraei nomen בשׂר, σάρξ, ita usurpare solent, ut *hominem* ipsum indicet, accedente plerumque fragilitatis et mortalitatis notione, ut Ps. 56, 5. coll. 12. Ies. 31, 3. al. et LXX interpp. Gen. 6, 12. בשׂר reddiderunt ἄνθρωπος. Eodem significatu adhibetur etiam voc. דם, αἷμα Ps. 94, 21. Formula autem בָּשָׂר וָדָם in V. T. non occurrit, sed in scriptis Rabbinorum, ut in libris N. T. formula σὰρξ καὶ αἷμα saepius ita ponitur, ut designet *hominem*, adiuncta fragilitatis notione Matth. 16, 17. Gal. 1, 16. Sir. 14, 18. et *corpus humanum*, quatenus carne et sanguine constat, et *mortale* est ut h. l. v. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmudd. ad Matth. l. l. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 125 sq. Neque Graecis scriptoribus plane inusitatam fuisse hanc loquendi rationem docet locus Polyaeni 3, 11. 1. ubi ait pugnandum esse cum ἀνθρώποις αἷμα καὶ σάρκα ἔχουσι καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν κεκοινωνηκόσι. καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν] *ipse quoque eiusdem corporis particeps factus est:* αὐτὸς nempe ὁ ἁγιάζων v. 11. παραπλησίως notat *similiter* [ita Vulg. vertit], *propemodum, eodem fere modo* Xen. Apol. 26. Παλαμήδης ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας. Plato Apol. 27. Herodi. 4, 2. 14. Ioseph. B. I. 3, 5. 2. al. ponitur vero etiam ita, ut significet *eodem modo*, ut absolutam aequalitatem indicet, sic ap. Xen. Magist. Equit. 8, 17. παραπλήσιοι

sunt *numero pares* v. ibi *Zeunius*, Arrian. Exped. 7, 1. 9. *σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν, παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις.* Herodot. 3, 104. *μεσοῦσα δὲ ἡμέρη σχεδὸν παραπλησίως καίει τούς τε ἄλλους ἀνθρώπους καὶ τοὺς Ἰνδούς.* cf. etiam *Raphelius* Obss. Polyb. *Wolfius* et *Carpzovius* ad h. l. *οὐ κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν* Theophylact. et hac significatione etiam h. l. vocem *παραπλησίως* accipiendam esse recte censuerunt *Carpzovius*, *Abreschius*, alii. Sententia igitur h. l. verbis inest haec: habuit corpus humanum, mortale (*er hat einen sterblichen Körper erhalten ganz so wie sie*) ut mori posset cf. v. 10. extr. infra 10, 5. et not. ad Ioh. 1, 14. Temperare mihi non possum, quin huc transferam verba *Mori* qui Dissertatt. theologg. Vol. 2. p. 91. scribit: „arbitror equidem, in hac descriptione hominum, *pariter omnes carnem et sanguinem habent*, id nunc spectari, eos pariter morti obnoxios esse: nam inde, quod Iesus quoque carnem et sanguinem habuit, concluditur, eum mori potuisse, et ita concluditur, ut in hoc ipso vis similitudinis Iesu cum caeteris hominibus ponatur." Verbum *μετέχειν* idem declarat quod *κοινωνεῖν* Xen. Cyr. 1, 2. 15. *ἀρχῶν καὶ τιμῶν μετέχειν.* Mem. 4, 3. 14. *ἡ ψυχὴ τοῦ θείου μετέχει.* Lex. Cyrill. MS. Brem. *μετέσχεν, ἐκοινώνησεν, μετέλαβεν.* Pronomen *τῶν αὐτῶν* ad verba *σαρκὸς καὶ αἵματος* quae praecesserunt, referendum est. *ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ - τὸν διάβολον*] *ut morte subeunda vi privaret eum, qui mortis imperium teneret h. e. geniorum malorum principem: διὰ τοῦ θανάτου* cum multum momenti in hoc vocabulo posuerit auctor, eo initio enuntiati usus est. Verbum *καταργεῖν* quod raro apud scriptores exteros occurrit h. l. notat: *vim* genii mali *infringere* ut 2 Tim. 1, 10. vocabulo *κράτος* signatur *imperium, potestas* Hesych. *κράτος, βασιλεία, ἰσχὺς, δύναμις, ἐξουσία.* Gloss. Graec. N. T. *κράτος, ἐξουσία, βασιλεία·* et formula *κράτος ἔχειν τινὸς* significat *imperium alicuius rei habere.* Philo in lib. resipuit Noë p. 282. *λαβὼν τὸ κράτος τῆς ἀρχῆς cum imperio poliretur.* Arrian. Hist. Ind. c. 36. *οὔπω βέβαιον τὸ κράτος εἶχε nondum firmum imperium habebat.* Aristoph. Thesmoph. v. 877. *δωμάτων ἔχει κράτος* v. *Carpzovius* et *Ra-*

phelius Obss. Herodot. ad h. l. Verba autem *τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου τ. τ. δ.* daemonologia Iudaeorum illustrat. Scilicet Iudaei, qui Satanam, geniorum malorum principem, hostem generis humani perniciosissimum habebant, eum etiam morti imperare, nec tantum mortem repentinam multis hominibus inferre v. Tob. 3, 8. *Heydenreichius* et *Pottus* ad 1 Cor. 10, 10. sed omnino si quis mortem naturalem obiisset, eum ab hoc genio malo permissu divino interemtum esse putabant. De hac Iudaeorum sententia operae pretium est legere quae annotavit ad h. l. *Michaelis* in versione huius epistolae vernacula. Variis autem nominibus genium malum hominibus vitam adimentem nuncupabant, ut מַלְאַךְ המות v. *Lightfootus* ad 1 Cor. 10, 10. אַשְׁמְדַי (*Ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον* Tob. 3, 8. v. et *Eisenmengeri entdecktes Iudenthum* P. 1. p. 823.) סַמָּאֵל (v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1495. *Eisenmenger* l. l. p. 827 sqq.) ראשׁ כל השׂטנים *caput omnium diabolorum* Debarim Rabba fol. 302. 2. ubi etiam interpositis paucis legitur: *nunquam inter omnes diabolos ullum tam impium offendes, quam eum qui Sammael vocatur.* Targum Ionathan Gen. 3, 6. *et vidit mulier Sammaelem angelum mortis.* Bava Bathra f. 16. 1. *dixit R. Lakisch: ille est Satan-ille est angelus mortis.* Illas igitur Iudaeorum istius aetatis opiniones epistolae auctor h. l. respexit. Potuit scribere *ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν θάνατον*, sicuti Paulus 2 Tim. 1, 10. usus est verbis *Ἰησοῦ Χριστοῦ καταργήσαντος τὸν θάνατον.* Sed hanc circumlocutionem *τὸν τὸ κράτος κ. τ. λ.* noster non una de caussa adhibuit. Probe nimirum memor eorum, quae v. 5. scripserat, angelis non esse subiectam *τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν,* ut hoc clarius patesceret, mentionem h. l. facit geniorum malorum principis, qui etiam *κοσμοκράτωρ* (קוֹזְמוֹקְרָטוֹר), *ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου* (שׂר שֶׁל עוֹלָם) dicebatur et habebatur v. Ioh. 12, 31. *Buxtorfii* Lex. Talmm. p. 1206. eiusque vim et potestatem per mortem Christi fractam ac debilitatam esse affirmat. Erat porro etiam Iudaeorum opinio a genio malo peccati originem esse repetendam, eum homines primos ad peccatum seduxisse, et

adhuc eorum posteros seducere v. not. ad Ioh. 8, 44. adeoque etiam poenae peccati h. e. mortis esse auctorem v. Sap. 2, 22. Rom. 5, 12. *Schotti* Opuscc. T. 1. p. 326 sqq. Nominarat scriptor v. 11. Iesum Messiam *τὸν ἁγιάζοντα*, qui a culpa et poena peccati homines liberaret, eos expiaret coll. v. 17. et hanc ipsam quoque ob caussam Satanae mentionem fecit. Versu qui sequitur 15. qui cum hoc versu arcte cohaeret, dilucide atque perspicue mentem suam explanat, additis verbis his: *καὶ ἀπαλλάξει* etc. *ut a metu mortis liberaret* etc. et hac ipsa a mortis anxio metu liberatione Christus vim ac potestatem Satanae fregisse dicitur. Sententia igitur verbis v. 14. ultimis subest haec: Christus ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας v. 10. morte sua piaculari et in vitam reditu veluti pignore confirmavit, eos qui morerentur non esse mortuos mansuros et cultores suos post mortem felicissimos fore. Caeterum vel ex iis quae hactenus disputavimus, sat evidenter etiam, ut arbitramur, apparebit vanitas opinionis *Wassenberghii*, qui verba *τουτέστι τὸν διάβολον* pro scholio habenda esse autumat v. Selecta e Scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. 1. p. 79.

15. Verbum *ἀπαλλάττειν dimittere* (quam notionem ei h. l. subiecit *Seb. Schmidius*) in re iudiciaria adhibetur de accusatore, qui reum dimittit, ita, ut accusationem non persequatur ut ap. Xen. Mem. 2, 9. 6. Luc. 12, 58. ubi v. not. de creditore qui cum debitore transigit, eumque liberum dimittit v. *Kypkius* ad Luc. l. l. etiam de domino servum dimittente Isocrat. in Plataic. p. 300. *ἀπαλλάττειν τῆς δουλείας* v. *Carpzovius* ad h. l. Deinde omnino notat *liberare* Soph. El. 775. *ἀπήλλαγμαι φόβου*. Aristoph. Plut. 115. *ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας*. Soph. Antig. 400. *ἀπηλλάχθαι κακῶν*. Isocrat. Euag. c. 10. *ἀπαλλάττειν τῶν συμφορῶν*. Ioseph. Ant. 3, 5. 3. *ἀπαλλάσσει τοῦ δέους αὐτούς*. Phavorinus: *ἀπαλλάττειν λέγεται καὶ ἀντὶ τοῦ ῥύεσθαι καὶ λυτροῦν, συντασσόμενον γενικῇ*. cf. *Raphelius* Obss. e Polyb. et Arrian. p. 635. *Dresigius* de V. M. p. 180. *Irmischius* ad Herodi. 2, 1. 17. Interpretes, quod sciam omnes, praeter *Böhmium* cui praeivit *Abreschius*, *ἀπαλλάξει* simpliciter positum statuunt, ita, ut e verbo-

rum vicinia mente adiungendum sit φόβου θανάτου. Sic Luc. 10, 7. ad τὰ παρ' αὐτῶν cogitando adiiciendum est τὰ παρατιθέμενα coll. v. 8. Rom. 1, 16. ad verba ἐξ ἑνὸς e seq. voc. παραπτώματος. Conf. de hoc defectu dictionis *Dorvillius* ad Charit. p. 355 sq. *Bosius* de Ellips. p. 373. ed. *Schaefer. de Groot* ep. ad Hebr. cum epp. Paul. comparata p. 46 sq. Sed *Abreschius* et *Böhmius* verba ita construenda praecipiunt: καὶ ἀπαλλάξει τούτους δουλείας, ὅσοι φόβῳ θ. δ. τ. ζ. ἔνοχοι ἦσαν, cum ἔνοχος quod sequitur, plerumque Dativo adhaereat. Durior est haec verba construendi ratio, et ἔνοχος etiam copulatur cum Genitivo, ut Marc. 3, 29. αἰωνίου κρίσεως ἔνοχος ubi v. *Heupelius* et *Marklandus* ad Lys. p. 568. Lond. p. 520. T. 5. *Reisk.* τούτους nonnulli referunt ad τοὺς υἱοὺς v. 10. id vero remotius est, rectius refertur ad τὰ παιδία v. 14. per enallagen satis frequentem v. quae notavimus in Comment. in Matth. ad 28, 18. p. 810. ed. 3. καὶ ἀπαλλάξει τούτους κ. τ. λ. *et liberaret hos qui mortis metu per omnem vitam servituti essent obnoxii, qui servili mortis metu per omnem vitam constricti tenerentur.* Pertinet haec descriptio maxime ad christianos natione Iudaeos coll. v. 14. extr. v. 16. neque tamen excluduntur qui antea gentiles fuerant. Proponitur autem mors sive mortis metus, tanquam herus superbus et imperiosus, cuius mancipia fuerant; Livius 24, 33. *opem auxiliumque afferre iis, qui metu oppressi foediorem non exilio solum, sed etiam morte, servitutem patiantur.* ἔνοχος dicitur is qui quacunque ratione quasi vinctus et constrictus tenetur Hesych. ὑποκείμενος, et formula ἔνοχον εἶναι δουλείας respondet formulae ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθαι Gal. 5, 1. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν est paulo insolentior loquendi forma, neque tamen Graecis plane inusitata Aeschin. dial. 3, 4. ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος *quasi in aliam vitam morte migraturus.* Ignatius ep. ad Trallian. c. 9. τὸ ἀληθινὸν ζῆν. ad Eph. 3. τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν. Itaque διὰ παντὸς τοῦ ζῆν positum est pro διὰ πάσης τῆς ζωῆς, pro quo Graeci dicere solent διὰ παντὸς τοῦ βίου vel τὸν ἅπαντα χρόνον τοῦ ζῆν.

16. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται κ. τ. λ.]

profecto enim non angelis, sed Abrahami posteris opitulatur. Diversas vias ac rationes ingressi sunt interpretes, ut planum huius effati sensum redderent. *Beza*, *Hammondus*, *Calovius*, *Wolfius*, alii, praeeuntibus Theodoreto, Theophylacto, Oecumenio, verba huius v. interpretati sunt: *profecto enim non angelorum, sed naturam humanam* (σπέρμα Ἀβραὰμ) *assumsit s. induit.* Sermonem ergo esse putant de incarnatione, quam vocant, filii Dei s. assumtione naturae humanae. Haec vero interpretatio facile potest vanitatis convinci. Primum enim verbum ἐπιλαμβάνειν nusquam significat *assumere*, neque adeo h. l. naturae participem fieri; quodsi vero etiam hanc verbi significationem admittere vellemus, ad vocem tamen ἀγγέλων aliud quoddam vocabulum adiiciendum fuisset, quod naturam angelorum indicaret, cum ἄγγελος per se naturam angeli significare non possit. Deinde vocabulum σπέρμα nusquam naturam hominis designat, sed iis in locis, quos *Georgius* in Vindiciis N. T. ab Hebraismis p. 245. ad hanc vocis significationem stabiliendam attulit, posteros indicat. Denique contextus reclamat ut magis acriusque non possit. Hoc enim filum orationis foret: sicuti τὰ παιδία humana natura praedita sunt, sic ipse quoque ea indutus est v. 14. Non enim angelus, sed homo factus est v. 16. Quare eum per omnia similem fratribus esse oportebat v. 17. Qualis haec ratio! Sic unum idemque ter repetiisset scriptor. Christus particeps factus est naturae humanae, nam non angelorum, sed hominum naturae particeps factus est, quare eum oportebat naturae humanae participem fieri. Haec si reputaveris, ne tantillum quidem dubitabis, quin ista interpretatio sit prorsus improbanda. Nec minus explodenda est sententia *Schulzii*, qui haec verba ad θάνατον referenda esse opinatur, hoc sensu: mors s. ὁ διάβολος profecto non angelos prehendit, aufert, sunt enim immortales, sed Abrahami posteros [*denn freilich nicht Engel ergreift er* (der *Tod*, oder der *Herr des Todes* nimmt sie hin, holt sie), *aber die Nachkommenschaft Abrahams ergreift er*]. Subiiciendus est verbis sensus, quem supra expressimus. Cohaeret enim hic v. cum v. 14. et ulterius

confirmatur argumentum quo probatum erat Christum debuisse corpus humanum induere. Non angelis, qui morte, variisque miseriis quibus homines obnoxii sunt, non premuntur, sed hominibus opitulatus est, hos e pernicie eripere et ad felicitatem perennem adducere voluit. δήπου est asseverandi particula *certe*, *utique* ut ap. Xen. Anab. 3, 2. 15. 5, 7. 6. Ael. H. V. 13, 40. Philo in lib. resip. Noë p. 276. C. καὶ αὐτὸ δήπου πρεσβύτερόν ἐστιν vid. *Carpzovius* ad h. l. et *Devarius* de Particc. p. 110 sq. *Reusm.* ἐπιλαμβάνεσθαι notat *manu apprehendere* v. *Hemsterhusius* ad Lucian. Dial. Marin. T. 1. p. 313. deinde per metaphoram, *opem ferre*, *opitulari* ut h. l. Sir. 4, 11. Praesens vim aoristi habet ut v. 11. σπέρμα sunt *posteri* ut Matth. 22, 24. Luc. 1, 55. Ioh. 8, 33. secutus est scriptor usum loquendi Hebraeorum, qui vocabulum זרע ita usurpant, ut *filios*, *posteros* indicet v. Gen. 38, 8. 48, 11. coll. 9. sed et ad Graecae rationis normam orationem direxit v. Sophocl. Trachin. 304. Eurip. Iphig. Aul. 524. Plato de LL. 9. p. 853. C. ἄνθρωποί τε καὶ ἀνθρώπων σπέρμασι νομοθετοῦμεν. Sed per σπέρμα Ἀβραάμ *Valkenarius* intelligit simpliciter Iudaeos, ad quos haec epistola scripta sit, non homines in universum coll. 2 Cor. 11, 25. ubi Paulus se ex posteris Abrahami, natalibus esse Iudaeum declarat. *Dindorfius*, posteri, inquit, Abrahami non spectantur ut natio, sed ut aliqua familia humana, homines nati ex Abrahamo, ut esset hoc exemplum fratrum Christi, nam non angeli et Iudaei, sed angeli et homines sibi opponuntur. Equidem adstipulor *Böhmio*, qui christianos intelligit, non tantum eos qui antea fuerant Iudaei, sed etiam qui fuerant gentiles. Etiamsi statuatur lectorum ecclesiam constitisse tantum ex Iudaeis, lectores tamen ignorare haud poterant, gentiles etiam ad Christi signa se contulisse. Usurpavit ergo noster formulam σπέρμα Ἀβραάμ eodem modo quo eam adhibuit Paulus Rom. 4, 16. ubi σπέρμα Ἀβραάμ dicuntur christiani e Iudaeis et gentilibus coll. v. 11. 12. qui Abrahami posteri vocantur ob fidei similitudinem. Gal. 3, 7. οἱ ἐκ πίστεως id. qd. οἱ πιστεύοντες sunt Abrahami filii coll. v. 29. et Paulus Rom. 9, 7. 8. Iudaeos Christo fidem non habentes excludit nu-

mero eorum, qui filiorum Abrahami nomine digni sint. Usus autem est epistolae conditor hac Christi cultorum compellatione, quia ad Iudaeos scribebat, ex quibus Messias oriundus, et quibus proxime datus erat Rom. 9, 5. et quia viam sibi munire volebat ad comparationem Christi cum Iudaeorum pontifice instituendam, nec compellavit eos Ἰουδαίους, sed σπέρμα Ἀβραάμ, iis gratificaturus, quoniam hoc ipso nomine filiorum Abrahami tantopere gloriabantur v. *Koppius* ad Gal. 3, 7.

17. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι] *quare debebat fratribus* (quibus auxilium ferre vellet) *omni ex parte similis fieri.* κατὰ πάντα non tantum quod corpus mortale attinet v. 14. sed etiam in perferendis malis et morte toleranda. Nam significari quoque his verbis Christi mortem cruentam et mala quae cum ea coniuncta fuerant, omnis contextus docet. Sequuntur enim verba πέπονθε πειρασθεὶς, commemorantur fratres πειραζόμενοι, adiuvatur et confirmatur etiam haec explicatio iis quae 4, 15. leguntur. ἀδελφοὶ v. 11. ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν] *ut fieret misericors et fidus pontifex quod Dei cultum attinet:* ἐλεήμων qui aliorum miseriis movetur Matth. 5, 7. רחום Ps. 145, 8. ἀρχιερεὺς δυνάμενος συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν Hebr. 4, 15. verba ἐλεήμων et πιστὸς vim orationi addunt, pontifex misericors adeoque omni studio ac fide pontificis munere perfungens. πιστὸς dicitur cum *is, cui fides habetur, qui dignus iudicatur, cui aliquid demandetur, fide dignus* Sophocl. Trachin. 77. μαντεῖα πιστά. Xen. Ages. 3, 2. σπονδὰς πιστοτέρας ἐνόμιζον. Cyr. 5, 4. 1. πέμπειν τινὰ τῶν ἑαυτοῦ πιστῶν. 1 Tim. 1, 15. πιστὸς ὁ λόγος. tum *is, qui fidem servat, qui alicuius mandata fideliter exsequitur, munere suo accurate perfungitur* Palaeph. 31, 8. ἐπίτροπος τῶν χρημάτων πιστός. Eurip. Ion. 55. ταμίαν τε πάντων πιστόν. 1 Cor. 4, 2. Hebr. 3, 2. h. l. Duabus maxime rebus occupati erant Iudaeorum pontifices summi et sacerdotes, nempe sacrificiis pro peccatis populi faciundis, sive peccatorum expiatione, et intercessione; et Christus, docente auctore nostro, est pontifex coelestis, dum morte his

in terris perpessa, quae quidem ipsius mors tanquam sacrificium piaculare spectatur 9, 26. coelum cum sanguine intravit, se ipsum victimae loco Deo obtulit 9, 26. et pro hominibus intercedit 7, 25. atque ita perpetuo pontificis summi munus gerit vid. not. ad 7, 28. H. l. ut mox videbimus, inprimis respicitur sacrificium a Christo pontifice Deo oblatum. τὰ πρὸς τὸν Θεὸν *in rebus divinis* administrandis; τὰ πρὸς Θεὸν sunt *res divinae*, *cultus divinus:* praepositio πρὸς periphrasi inservit vid. *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Vol. 3. P. 2. p. 262. Ioseph. Ant. 8, 2. p. 320. ed. *Haverc.* de rege Iothamo: εὐσεβὴς μὲν τὰ πρὸς Θεὸν, δίκαιος δὲ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπῆρχε. Aristot. de Rep. 5. p. 547. τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι ἀεὶ σπουδάζοντα διαφερόντως *cultum deorum inprimis semper curare debet.* Alia exempla peti possunt ex *Wetstenii* Obss. ad h. l. *Kypkii*, *Elsneri* et *Raphelii* ad 5, 1. Oecumenius: τὰ πρὸς τὸν Θεὸν τῶν πρὸς Θεὸν καὶ εἰς Θεὸν ἀνηκόντων πραγμάτων. Indicatur ergo hac formula omnino cultus divinus, quatenus ad sacerdotis officium pertinet; sed speciatim ea significatur sacrificatio. Quam in rem luculentus locus est ap. Xen. Rep. Laced. 13, 2 sq. 11. sermo ibi est de sacrificiis a rege Lacedaemoniorum ad bellum proficiscente peractis, et finita narratione Xenophon addit: οὕτω δὲ πραττομένων βασιλεῖ οὐδὲν ἄλλο ἔργον καταλείπεται, ἢ ἱερεῖ μὲν, τὰ πρὸς θεοὺς εἶναι, στρατηγῷ δὲ, τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους *quae cum hoc modo agantur, regi nihil in bello restat negotii, quam ut divinarum rerum respectu sit sacerdos, hominum vero imperator.* Qua in orationis serie formula τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς speciatim sacrificia designat. Quae significatio et nostro loco aptissime congruit, cum sequatur εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας, et haec verba sacrificium Christi piaculare spectent. Itaque Christus dicitur h. l. πιστὸς ἀρχιερεὺς, quatenus non subterfugit mortem, sed se ipsum victimae loco Deo obtulit. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ] *ad expianda peccata populi:* pro ἵνα ἱλάσηται. Verbum ἱλάσκεσθαι quod in N. T. tantum ap. Luc. 18, 13. legitur, notat *placare* Theocrit. Id. 15, 143. ἵλαθι νῦν φίλ' Ἄδωνι

scholiast. ἵλαθι, ἀντὶ τοῦ ἱλάσθητι, κατὰ ἀποκοπὴν δωρικῶς. Callim. h. in Cer. 139. ἵλαθί μοι τρίλλιστε μέγα κρείουσα θεάων ubi v. *Spanhemius*. Phavorinus: ἱλάσθητι, ἵλεώς μοι γένοιο. In vers. Alex. respondet Hebr. כפר quod prop. notat: *tegere*, *e conspectu removere*, hinc in coniug. Piel, *condonare peccata*, a peccata tegendo Ps. 77, 38. ubi οἱ ο' habent: καὶ ἱλάσεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν· *expiare*, *placare*, Ex. 32, 30. ἵνα ἐξιλάσωμαι περὶ τῆς ἁμαρτίας ὑμῶν. add. 30, 15. Levit. 5, 6. ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ 10, 17. ἐξιλάσησθε περὶ αὐτῶν ἔναντι κυρίου. et verbo סלח *condonare* Ps. 24, 12. ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου. Zach. 7, 2. ἐξιλάσασθαι τὸν κύριον *ut placarent dominum* ubi respondet Hebr. verbo חלה. Sir. 28, 5. τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ *quis expiabit?* 16, 7. οὐκ ἐξιλάσατο περὶ τῶν ἀρχαίων γεγονότων (pro περὶ τῶν ἁμαρτημάτων) *Deus non passus est se placari*. Per τὸν λαὸν intelliguntur iidem qui v. 16. dicti sunt σπέρμα Ἀβραάμ, nempe Christi cultores, populus Dei peculiaris, sicut olim Iudaei ut 13, 12. 4, 9. Act. 15, 14. Tit. 2, 14.

18. ἐν ᾧ *propterea quod*, *quia* Hebr. באשר Gen. 39, 9. v. *Noldius* Concordd. Particc. p. 171. a. בְּ Gen. 18, 28. Ion. 1, 14. Rom. 2, 1. vid. *Wineri Grammatik d. Neutestamentlichen Sprachidioms* B. 2. p. 137. Sic ἐν τούτῳ *propterea*, *quare*, Luc. 10, 20. Ioh. 16, 30. Hebr. 11, 2. Xen. Cyr. 1, 3. 14. v. *Vigerus* p. 610. ed. *Herm.* πέπονθεν πειρασθείς] *mortem atrocissimam*, mortem et cruciatus v. 10. *perpessus est*, *ut ipse quoque malis tentaretur*, ut ipse quoque malis afficeretur, quo cognosceretur et manifesta fieret ipsius virtus, constantia, obedientia 5, 8. 4, 15. Deus dicitur homines πειράζειν, cum eos malis et calamitatibus afficit ad probandam et cognoscendam eorum virtutem atque constantiam, et verbum πειράζεσθαι ut nomen πειρασμὸς praecipue ponuntur de iis quibus ob religionis professionem mala perferenda sunt v. Matth. 13, 21. *Pottus* in Exc. 1. epistolae Iacobi subiecto p. 297 sqq. Verbum πάσχειν quod saepius de morte ponitur v. not. ad Luc. 13, 2. comprehendit h. l. simul afflictiones quae mortem Christi

praecesserunt et cum ea coniunctae erant coll. v. 10. Matth. 16, 21. 17, 12. *δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι*] potest *succurrere iis, qui tentantur:* Meleager in Anthol. Gr. T. 1. p. 14. ed. *Iacobs.* *οἶδα παθὼν ἐλεεῖν.* Virg. Aen. 1, 634. ubi Dido loquens inducitur: *non ignara mali miseris succurrere disco.* Nemo magis alterius miseria tangitur, quam qui ipse mala pertulit; Christus ipse mala perpessus est, est ergo *ἐλεήμων* v. 17. atque *δύναται,* idoneus est ad succurrendum *τοῖς πειραζομένοις,* iis qui similiter calamitatibus premuntur. Hebr. 4, 15. 5, 2. Theophylactus: *πρόθυμός ἐστιν εἰς τὸ δοῦναι χεῖρα συμπαθείας.* *Carpzovius, Moldenhauerus* al. *δύναται* vertunt: *vult,* de qua significatione verbi v. not. ad Marc. 6, 5. Caeterum *βοηθῆσαι* de auxilio quocunque Iesu Messiae divino intelligi debet v. 2 Tim. 4, 17. 18. Matth. 28, 20. Positus autem infinitivus aoristi, notante *Böhmio,* nec *βοηθεῖν* scripsit auctor, quia auxilium illud ad omne tempus spectat.

CAPUT III.

In prima huius cap. parte comparat scriptor Christum cum Mose (cui lex per angelos data dicebatur v. 2, 2. cuius apud Iudaeos summa celebritas et auctoritas erat v. Sir. 45, 1 sq. Ioseph. c. Apion. 2, 16. *Carpzovius* ad v. 2. cui tamen Iudaei Messiam praeferebant v. Prolegg. Commentario Ev. in Ioh. praemissa p. 105. ed. 3.) atque Christum Mose longe excellentiorem esse pluribus ostendit v. 1-7.; et ut cap. 2, 1 sq. respiciens c. 1. dicta, lectores admonuerat, ut ad Christi doctrinam, cum angelis longe superior sit, eo magis animum adverterent, ita hoc in capite lectores cohortatur, ut constanter adhaereant doctrinae Christi, legati divini Mose longe superioris v. 7-4, 13. (cf. not. ad 1, 4.) Comparat autem Christum cum Mose ita, ut partim argumento ex pari fide petito (ut animos legentium sibi conciliaret), amborum similitudinem, partim ex dispari Mosis *ὡς θεράποντος ἐν τῷ οἴκῳ,* et Christi *ὡς υἱοῦ ἐπὶ τὸν οἶκον* conditione, huius prae illo praestantiam ostendat. Cohortatio quam v. 1. continet, iis nititur, quae c. 2. disputata sunt, et duabus hisce vocibus *ἀπόστολος, ἀρ-*

χιερεὺς, scriptor summam capitis secundi comprehendere voluit, ac titulo quidem *τοῦ ἀποστόλου*, quae cap. 2, 3. de praedicatione doctrinae divinae a Christo coeptae dixerat, nomine autem *τοῦ ἀρχιερέως*, quae de nece in omnium salutem a Iesu tolerata v. 9 sq. exposuerat. Christum tanquam sacerdotem summum diligenter esse spectandum, v. 1. obiter tantum dicit, locum de Christi sacerdotio paulo post 4, 14. — 12, 13. copiosius et accuratius tractaturus, et progreditur statim ad Christi prae Mose praestantiam demonstrandam, unde etiam primo loco posuit voc. *ἀπόστολος*.

1. *ὅθεν quare, quae cum ita sint*, id qd. *διὰ τοῦτο* 2, 1. 2 Cor. 4, 1. al. ut Chrysostomus explicuit. Cum ergo Iesus Messias talis sit, qualem eum descripsi. *ἀδελφοὶ ἅγιοι*] *fratres christiani.*, Interpretes nonnulli, in his *Seb. Schmidius*, *Peircius*, *Michaelis*, *Carpzovius* autumant epistolae conditorem lectores suos non propter religionis eiusdem professionem nuncupasse *ἀδελφοὺς ἁγίους*, sed desumsisse hanc allocutionem ex paulo ante 2, 10-13. dictis, adeoque (verbis *Böhmii* utor) respectu augustiori honorificentiorique ad Iesum Messiam, primogenitum illum in divina christianorum familia habito. *Böhmius* autem utramque rationem coniungendam putat, et cum lectores in professione religionis christianae vacillantes proponantur v. 6. 14. adeoque hac honorifica compellatione vix digni iudicari potuissent, eam pro captatione benevolentiae habet. Equidem non video cur h. l. a vulgari horum verborum interpretatione recedendum sit. Si eo sensu scriptor formulam *ἀδελφοὶ ἅγιοι* adhibere voluisset, quem ei interpretes illi subiiciunt, scripturus fuisset, ut scienter animadvertit *Abreschius* *ἀδελφοὶ Χριστοῦ*. Etiam infra v. 12. 10, 19. 13, 22. lectores appellantur *ἀδελφοί*. Scilicet Hebraicum voc. אח Gr. *ἀδελφὸς* omnino notat eum, qui cum altero aliquo necessitudinis vinculo coniunctus est, et adhibetur etiam de eo qui unam eandemque religionem cum altero profitetur; hoc sensu Iudaei dicuntur *ἀδελφοὶ* Act. 22, 5. 28, 21. et christiani Act. 6, 3. 1 Cor. 5, 11. Col. 1, 2. 1 Thess. 5, 25. eodem sensu etiam h. l. voc. *ἀδελφοὶ* capiendum est. *ἅγιοι*, קדשים *Deo sacri, christianorum coetui annumerandi* vid.

not. ad 2, 11. *κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι*] *vocationis coelestis participes*. Vocabulum *κλῆσις* significat *vocationem*, *invitationem* v. c. ad convivium v. Xen. Sympos. 1, 7. 3 Macc. 5, 14. per meton. *convivium ipsum* Iudith. 12, 10. In libris N. T. hoc nomen usurpatur *de vocatione* s. *invitatione ad felicitatem ope religionis christianae consequendam* Eph. 1, 18. *ἐλπὶς* (felicitas) *τῆς κλήσεως ad quam invitati estis, quae vobis oblata est*. Phil. 3, 14. *τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως praemium ad quod obtinendum coelitus vocatus sum per Iesum Christum*. Per metonymiam, id ipsum ad quod christiani invitantur, *felicitas, bona coelestia* Eph. 4, 1. *ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε ut vitam agatis dignam felicitate per Christum vobis oblata*. 2 Thess. 1, 11. *ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεός* ubi v. *Koppius*. Iam plurimi interpretes verba *κλήσεως κ. τ. λ.* explanant: *una nobiscum ad bona coelestia invitati*, ut haec verba contineant descriptionem christianorum, similem ei quae legitur 9, 15. *οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας*. Non possum adduci ut assentiar, probanda potius videtur *Storrii*, *Hezelii* (*Neuer Versuch über den Brief an die Hebraeer*) et *Böhmii* ratio, qui verba explicant: *κλῆσις οὐρανόθεν ἡμῖν γινομένη coelitus una nobiscum invitati ad Christi doctrinam*. Etenim hoc caput continet cohortationem ad perseverantiam in religione christiana; vocatio ad religionem christianam dicitur *κλῆσις* 1 Cor. 1, 26. et religio ipsa infra 6, 4. vocatur *δωρεὰ ἐπουράνιος* donum coelitus concessum per legatum Dei coelestem; sic et h. l. *κλῆσις ἐπουράνιος* est vocatio ad doctrinam per coelestem Dei legatum, qui statim dicitur *ὁ ἀπόστολος*. Facit ad hanc interpretationem confirmandam etiam locus 12, 25. Hac autem descriptione christianorum usus est noster, ut lectores eo acrius excitarentur et incitarentur ad constantem doctrinae Christi professionem. *κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν* I. X.] *considerate legatum illum eundemque pontificem summum, quem profitemur*. Verbum *κατανοεῖν* denotat: *attente aliquid intueri, accurate aliquid oculis perspicere* Gen. 42, 9. *κατανοῆσαι τὰ ἴχνη τῆς χώρας ἥκατε*. Ioseph. Ant. 5, 1. 2. de speculatoribus Hie-

richunta urbem oculis perlustrantibus: ἄπασαν ἐπ' ἀδείας τὴν πόλιν κατενόησαν *urbem sine metu propius intuiti sunt.* Philo Leg. ad Cai. p. 1041. E. ταῦτ' ἅμα λέγων ἐπῄει τὰς ἐπαύλεις, ἀνδρῶνας κατανοῶν *his dictis villas obibat, inspectans aulas et conclavia* v. *Krebsius* et *Loesnerus* ad Act. 7, 31. etiam simpliciter *videre* Ceb. tab. 13. κατανοεῖς οὖν ἐν μέσῳ τῷ λειμῶνι περίβολον ἕτερον καὶ πύλην ἑτέραν *vides igitur in medio prato ambitum alium et portam aliam.* Iac. 1, 23. κατανοεῖν τὸ πρόσωπον ἐν ἐσόπτρῳ. Deinde significat: *animo contemplari, probe aliquid ad animum revocare, perpendere* Ies. 5, 12. τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι *non considerant.* Xen. Anab. 7, 7. 25. τοὺς τῶν στρατιωτῶν λόγους κατανόησον. Philo Lib. 3. Alleg. p. 79. D. διὰ σκιᾶς τὸν Θεὸν καταλαμβάνουσι, διὰ τῶν ἔργων τὸν τεχνίτην κατανοοῦντες *Deum perspiciunt per umbram attente considerantes artificem per sua opera.* Haec significatio etiam h. l. verbo tribuenda est, ut adeo sensus sit: cum animis vestris considerate, perpendite qualis et quantus sit ille legatus divinus et pontifex summus (Chrysostomus: γνῶτε τίς ἐστιν ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ποταπός) ita ut dignitatis ipsius consideratione et contemplatione incitemini ad perseverantiam in religione ipsius; similis locus 2, 1. ἀπόστολος omnino signat *legatum quemcunque cum mandatis missum.* Thomas Mag. ὁ ἀπεσταλμένος. Origenes in Ioh. ed. Col. p. 398. ἕκαστος τῶν πεμπομένων ἀπό τινος, ἀπόστολός ἐστι τοῦ πέμψαντος. In vers. Alex. respondet voc. Hebr. שָׁלִיחַ 1 Regg. 14, 6. et verba ἀποστέλλειν, πέμπειν sunt verba de iis qui cum mandatis mittuntur, de legatis propria 1 Sam. 2, 5. 1 Regg. 1, 44. Ex. 3, 10. cf. *Dorvillius* ad Charit. p. 230. ed. Lips. H. l. Christus dicitur ἀπόστολος, quatenus Dei erat legatus, voluntatis divinae interpres v. Ioh. 3, 34. 10, 36. 13, 16. 20, 21. Hebr. 1, 1. et quoniam scriptor Christum cum Mose, Dei ad Israelitas legato et oratore Ex. 3, 10. 13. Deut. 5, 1. 27. Ex. 20, 19. comparare volebat, ideo eum dixit ἀπόστολον. Ex aliorum sententia vocabula ἀπόστολος et ἀρχιερεὺς idem declarant, quod omnes sacerdotes legati missi fuerint, ad quam sententiam suam defendendam provoca-

runt ad locos Rabbinorum in quibus sacerdos summus, et sacerdotes dicantur *Apostoli Dei* v. *Deylingius* Obss. S. P. 1. p. 202. et *Schöttgenius* in Horr. Hebr. ad h. l. qui plures hanc in rem locos attulit. Sed probari nequit hanc appellationem pontificis iam tum in usu fuisse, cum noster scriberet; utrumque vocabulum in hac epistola peculiare quid denotat. Christus ὁ ἀπόστολος ab ep. auctore comparatur cum Mose; Christus ὁ ἀρχιερεὺς cum Aarone 5, 4. et Iudaeorum pontificibus. Male ergo *Boltenius* et *Carpzovius* (in *abermaliger Uebersetzung d. Briefs a. d. Hebr.* Helmst. 1795.) ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα per hendiadyn dictum esse statuunt pro, ἀπεσταλμένον ἀρχιερέα *pontificem nobis missum*. Vocabulum ὁμολογία apud scriptores Graecos etiam ita positum legitur ut *foedus*, *pactum* declaret. Diod. Sic. p. 84. D. συνθέσθαι ὁμολογίας *foedera pangere*. p. 131. B. δι' ὁμολογίας παραδοῦναι τὰς πόλεις *pactione urbium deditionem facere*. Ael. H. V. 14, 15. ὡς παρὰ τὰς ὁμολογίας γράψαντος αὐτοῦ *ut qui contra quam inter ipsos convenerat pinxisset*. add. 10, 18. Thucyd. 1, 98. 3, 90. 6, 94. cf. etiam *Carpzovius* in Exercitt. ad h. l. Quare fuerunt qui verba ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας exprimenda censerent *pontifex foederis*, ut intelligeretur foedus salutare, a Deo cum hominibus factum, per Christi mortem sancitum et confirmatum. Verum hoc sensu voc. ὁμολογία nusquam in libris N. T. adhibitum comparet, sed *professionem* notat, ut 2 Cor. 9, 13. 1 Tim. 6, 13. Hebr. 4, 14. 10, 23. atque adeo verba interpretanda sunt: legatum has in terras missum, ut Dei voluntatem patefaceret tanquam προφήτης et pontificem summum quem profitemur, quem religionis doctorem et felicitatis nostrae auctorem profitemur. Nomen Χριστὸν ante Ἰησοῦν plures libri omittunt, ex ordine eiecerunt *Griesbachius*, *Schottus*; uncinis incluserunt *Knappius* et *Vaterus*. Lectio Ἰησοῦν (*Böhmii* verba mea facio) etiam internis his commendatur argumentis: primo, quod hoc compositum nomen, Paulo frequentissimum, apud nostrum scriptorem v. 10, 10. 13, 8. rarissimum est; altero, quod hoc praesertim loco, *Christi* appellatio, duabus aliis propositis, hunc talem denotantibus, fuit compensata.

2. πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν κ. τ. λ.] *qui fidelis est ei, qui ipsum constituit, sicut Moses in tota eius domo* fidelem se praestitit. πιστὸν cum interpretibus plurimis ad ἀπόστολον et ἀρχιερέα refer. Nam et 2, 17. scriptor Iesum dixerat ἀρχιερέα πιστὸν, et quamquam in proxime sequentis tractationis parte ea tantum Christi fidelitas spectatur, quam doctor et legatus divinus, Mosis ad exemplum probavit (quare nonnulli, in his *Abreschius*, ad πιστὸν ex praegressis repeti tantum voluerunt ἀπόστολον); tamen ut recte observavit *Dindorfius*, cum disputatio de Christi sacerdotio tantisper seposita sit, dum prior sit absoluta, commode potuit scriptor bipartitae orationi, ad maiorem vim ei conciliandam, hoc quod Christus in duplici illa provincia a Deo constitutus sit, et qualem se in utraque praestiterit, praemittere. Itaque ἡ πίστις Christi in eo posita erat, quod duplici a Deo Patre demandato negotio fideliter functus est, docendi (Ioh. 12, 49.) et moriendi (Ioh. 10, 18.), sicuti Moses in docendo et regendo populo, in perficiendis Dei mandatis, fidelem se Deo praestitit v. Num. 12, 7. (ubi Deus ita loquens inducitur: οὐχ οὕτως ὡς θεράπων μου Μωϋσῆς, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι;) quem locum noster respexit, ex eoque verba desumsit coll. v. 5. (cuius loci etiam rationem habuit Philo, qui saepius v. c. Alleg. Lib. 3. p. 80. B. 98. E. al. Mosen πιστὸν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ vocavit) add. Ios. 1, 1. 2. Memoravit autem noster Christi fidelitatem ita, ut Num. l. l. respiceret, ut sibi viam ad comparationem Christi cum Mose instituendam aperiret et muniret. Quod vocem πιστὸς attinet, sunt qui eam sensu passivo positam putent: qui fidelis habetur, cui tuto credere potes 1 Tim. 1, 12. al. Quae tamen interpretatio ab h. l. est prorsus aliena, accipiendum est potius nomen πιστὸς eodem sensu quo 2, 17. legitur, ubi v. not. id quod vel addita verba τῷ ποιήσαντι αὐτὸν satis superque declarant. Etiam voc. נאמן quod Num. l. l. extat usurpatur de legato qui mandata fideliter exsequitur Prov. 25, 13. de pontifice maximo qui suo officio satisfacit 1 Sam. 2, 35. eodemque sensu de Samuele propheta 1 Sam. 3, 20. Participio praes. ὄντα usus est noster, ut probe monuerunt *Seb. Schmidius*,

Böhmius, ut indicaret Christum etiamnum in coelo officio suo fideliter perfungi v. notata ad 2, 17. 16. τῷ ποιήσαντι αὐτόν] *qui eum constituit*. Nonnulli interpretes (v. *Seb. Schmidium*) quorum in numero est *Schulzius* (qui ποιεῖν idem esse dicit quod γεννᾷν) vertunt: *qui eum creavit*, coll. 2, 11. Negari nequit ποιεῖν haud raro significare *creare* ut Gen. 1, 27. ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον. 5, 1. ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. Ies. 43, 1. ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε Ἰακώβ. Hebr. 1, 2. τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· quos locos *Schulzius* laudavit; et Deus ap. Philon. dr. ὁ ποιῶν v. *Carpzovius* ad 2, 2. et ad h. l. qui simpliciter vertit *Deo Patri*. Verum nunquam in literis sacris hoc sensu formula ποιεῖν Χριστὸν de Deo *Patre* legitur; et probatis auctoribus aliud proprie esse γεννᾷν aliud ποιεῖν iam *Wetstenius* ad h. l. monuit. Sed ποιεῖν ut Hebr. עשׂה saepius quoque notat, *constituere*, *munus alicui deferre*, Xen. Rep. Laced. 2, 2. τοῦτον δὲ κύριον ἐποίησε. 1 Sam. 12, 6. κύριος ὁ ποιήσας τὸν Μωσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν, pro quo v. 8. legitur: καὶ ἀπέστειλε κύριος τὸν Μωσῆν καὶ Ἀαρών. Marc. 3, 14. καὶ ἐποίησε (Ἰησοῦς) δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ. ubi v. nos et *Elsnerum*. add. Act. 2, 36. Philo de creat. iudicis p. 723. C. et hanc verbi significationem ut praeferamus contextus postulat, refertur enim ad verba quae v. 1. praecesserunt ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα. Theodoretus: τῷ ποιήσαντι αὐτὸν τουτέστιν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα. Ita et verba intellexit Oecumenius. Vocabulum οἶκος ut Hebr. בית (2 Sam. 7, 25 sq.) Lat. *domus*, non tantum *aedificium*, sed etiam *familiam* declarare inter omnes constat; et hoc posteriori significatu h. l. et in universa quae sequitur argumentatione capiendum esse, sat evidenter docet v. 6. ubi verba extant: οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, quae nonnisi ad sacram *familiam*, quam Christus condidit referri possunt, quae etiam 1 Petr. 4, 17. vocatur οἶκος Θεοῦ. Sed h. l. οἶκος Θεοῦ est gens Israelitica quae spectatur tanquam familia Deo sacra. Theophylactus: ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐν τῷ λαῷ (sic etiam Oecumenius), οἶκον γὰρ τὸν λαὸν λέγει, ὡς καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, ὁ δεῖνα τῆσδε τῆς οἰκίας ἐστίν. Caeterum ὅλῳ additum est ad declarandum mune-

ris ambitum; pronomen autem αὑτοῦ referri debet ad Deum, nam verbis Dei quae Num. 12, 7. leguntur, usus est scriptor cf. etiam v. 5.

3. Particula γὰρ cohaeret cum verbo κατανοήσατε v. 1. πλείονος γὰρ δόξης κ. τ. λ.] *maiorem enim prae Mose dignitatem habet, quatenus maiori quam familia dignitate gaudet is qui eam condidit.* παρὰ vid. not. ad 1, 4. πλείονος interprete Chrysostomo est id. qd. μείζονος. Vocabula δόξα et τιμὴ sunt synonyma, et *dignitatem, auctoritatem* indicant 1 Cor. 3, 7. 11. 2 Petr. 1, 17. Ioh. 4, 44. Formula ἀξιοῦσθαι τινὸς notat: *dignum iudicari aliqua re*, et in utramque partem ponitur, infra 10, 29. ἀξιοῦσθαι τιμωρίας. Diod. Sic. 19, 11. ἀξιῶσαι τιμωρίας. Isocr. Euag. ἀξιοῦσθαι ἐπαίνων. Ibid. c. 7. ἀξιοῦσθαι τῶν λόγων dicitur is, cuius virtutes et res gestae dignae iudicantur quae oratione ornentur. Isocr. Panegyr. c. 20. ἀξιοῦσθαι ἀριστείων. *praemiis dignum iudicari.* Usurpatur vero etiam haec formula ita, ut significet, *consequi, accipere, habere*, sine respectu ad meritum v. *Loesnerus* ad 2 Thess. 1, 5. et *Carpzovius* ad h. l. et ut hoc sensu: *dignitate superat, maiorem dignitatem habet*, hanc formulam capiamus, suadere videtur ea quae sequitur τιμὴν ἔχει. Caeterum *Böhmius* ad h. l. observavit haec: ἠξίωται id. qd. nostrum: *ist gewürdigt*, non *ist gewürdigt worden*, aequale est praesenti ἔχει, quatenus Graeci perfectis suis non tam de re gesta, quam de eo, quod re gerenda effectum extet, uti solent. Verbum κατασκευάζειν proprie denotat *parare, instruere, exornare* v. c. domum vasis instruere Xen. Hiero. 2, 2. Diod. Sic. 11, 62. πόλις χρημάτων πλήθει κατασκευασθεῖσα *instructa*. Xen. Anab. 4, 1. 8. χαλκώμασι παμπόλλοις κατεσκευασμέναι οἰκίαι, hinc etiam κατασκευάζειν τὴν ἀρχὴν *munire imperium* Isocr. Panegyr. c. 35. Significat vero etiam *aedificare, exstruere, condere* aedificium Hebr. 11, 7. κατεσκεύασε κιβωτόν. 1 Macc. 15, 4. κατεσκεύασα πλοῖα πολεμικά. Herodi. 1, 12. 10. μέγιστον δὲ γυμνάσιον κατασκευάσας. 5, 6. 13. κατεσκεύασε νεών. add. Palaeph. 17, 2. 29, 4. Denique generatim de iis dicitur *qui* ullo modo *auctores alicuius rei sunt* Ael. H. V. 14, 16. κατασκευάσαι

τὸ ἄγαλμα παρὰ Πολυκλείτῳ *statuam a Polycleto faciendam curare.* 1 Macc. 3, 29. de Antiocho qui per continua bella regionem vastaverat: χάριν τῆς-πληγῆς ἧς κατεσκεύασεν ἐν τῇ γῇ *propter vastationem regionis, cuius auctor erat.* Interpretes Alexandrini coniungunt κατασκευάζειν et ποιεῖν tanquam synonyma Ies. 45, 7. ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος. Ies. 40, 28. Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς *qui creavit extrema terrae*, ubi ut Ies. 45, 7. in textu Hebr. verbum ברא legitur. Eodem modo Latini usurpare solent verbum *condere* Virg. Ecl. 2, 61. *Pallas quas condidit arces.* Cic. Catil. 3, 1. *Romulus qui hanc urbem condidit.* Flor. 4, 12. *imperium* Virg. Aen. 1, 37. *Romanam condere gentem* h. e. facere ut gens esset, quae aliquando Romana diceretur. Sil. Ital. 4, 767. *Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido Poscere caede Deum veniam.* H. l. ὁ κατασκευάσας οἶκον est *auctor, conditor*, adeoque ex adiuncto *dominus familiae.* Sensus est: Christus tantum superat dignitate et auctoritate Mosen, quantum familiae praestat eiusdem conditor ac dominus. Tacite appellat scriptor Christum τὸν κατασκευάσαντα, novae familiae conditorem et dominum, quocum commode eum comparare potuit. Etenim in familia primum locum obtinebat familiae auctor, herus, hunc honore et potestate aequiparabat filius primogenitus vid. not. ad 1, 6. (qui Latinis dicebatur *herus minor* Plaut. Asin. 2, 2. 63.); post hunc plurimum dignitatis habebat servus ille, qui vocabatur οἰκόνομος, *rei familiaris administrator.* Itaque auctor epistolae nostrae, qui sciebat, Christum arctissime esse cum patre coniunctum, eius doctrinam et institutionem esse patris doctrinam, non dubitat tantum discriminis inter Mosen et Christum filium ponere, quantum intersit inter familiam eiusdemque conditorem ac dominum. coll. v. 6. Similis comparatio legitur ap. Philon. de Plant. Noe p. 224. ὅσῳ γὰρ ὁ κτησάμενος τὸ κτῆμα τοῦ κτήματος ἀμείνων, καὶ τὸ πεποιηκὸς τοῦ γεγονότος. Usus autem est noster in hac Mosis cum Christo comparatione voc. οἶκος, nec partis domus, qualis Moses fuit, non servi, sed *familiae*, οἶκον, mentionem fecit, ut adeo intelligendi sint omnes familiae

socii, ad quam etiam famuli pertinent, nullo excepto, non tantum ob locum Num. 12, 7. ubi legitur οἶκος, sed etiam ad amplificandam augendamque Iesu dignitatem et auctoritatem. Caeterum *Wolfius*, *Peircius*, *Heinrichsius*, praeeunte Vulgato interprete, qui Genitivum οἴκου retinuit, et verba reddidit: *quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam*, contendunt vocem οἴκου non pendere a voc. πλείονα sed a voc. τιμὴν, et verba vertunt: *maiorem prae aliis in domo* s. *ex domo honorem habet*, principem in domo locum tenet, *qui eam condidit*. Sed durior est haec verborum interpretatio, desideratur exemplum huius loquendi rationis simile, et ipse scriptor, ne lectores verba ita construerent, verbum ἔχει anteposuisse videtur voci τοῦ οἴκου.

4. *Omnis enim familia suum habet conditorem et herum*, a quo tota pendeat; cogitando adiiciendum: idem ergo statuendum est de familia Deo sacra. *Sed qui omnia condidit Deus est.* Deus omnia condidit, adeoque omnes familias (Act. 17, 26.), etiam utramque familiam sacram, Iudaicam et christianam. Bene *Böhmius:* „Verba: ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεὸς hoc sibi inprimis volunt, ipsum Iesum Messiam, quem modo tacite κατασκευάσαντα nominarat, non simpliciter et re ad vivum resecta ita dicendum, sed quatenus a Deo summo rerum omnium conditore talis constitutus sit, quatenus Deus per Christum ecclesiam condiderit.“ Nonnulli interpretes hunc versum parentheseos nota signandum esse praecipiunt. Sed ut probe monuit *Böhmius*, quae v. 4. leguntur, non esse in parenthesi posita, docent verba quae v. 5. sequuntur: καὶ Μωσῆς μὲν etc. quae luculenter novam orationem inchoant, non cum v. 3. ita cohaerentem ut v. 4. per parenthesin interiectum esse recte statuas. Docet vero etiam pronomen αὐτοῦ v. 5., referendum ad voc. Θεὸς quod praecessit.

5. καὶ Μωσῆς μὲν - λαληθησομένων] *ac Moses quidem in tota familia eius* (Dei) regenda, curanda, *fidelem se praestitit, tanquam minister, ita ut leges divinas promulgaret.* Obscurius ante dicta illustrantur et confirmantur. Moses erat minister, pars domus et familiae Deo sacrae.

[illegible]

vero fidelem se praestitit (πιστὸς v. 2) *tanquam filius, familiae suae praefectus.* Theophylactus: ὁ μὲν Μωσῆς πιστὸς ἦν, ὡς θεράπων· ὁ δὲ Χριστὸς πιστός ἐστιν ὡς υἱὸ γνήσιος καὶ κληρονόμος. Theodoretus: ὁ δὲ Χριστὸς ὡ υἱὸς καλεῖται πιστός. Patris loco et iussu Christus familiam sacram (christianam) condidit (ὁ κατασκευάσας v. 3 ubi v. not.), ipsi propriam, quae eius fidei concredita est; cuius tanquam filius, herus est ac dominus. Formulae ἐν τῷ οἴκῳ v. 5. et ἐπὶ τὸν οἶκον non sunt accipiendae in eundem sensum, sed sunt locutiones diversae et oppositae. Praepositio ἐπὶ pariter atque partic. Hebr. עַל imperium indicat ut Ps. 8, 6. Luc. 1, 33. Hebr. 2, 7. 10, 21. Inest quidem etiam notioni υἱὸς nota imperii, sed eam ipsam ob caussam Christus, quia est υἱὸς (vid. ad. 1, 2. 6. 3, 3.), familiae suae rector et herus est, et ex his verbis additis clarior et gravior oppositio progreditur. Caeterum interpretes inter se dissident atque discordant utrum legendum sit αὑτοῦ an αὐτοῦ, quam posteriorem lectionem non tantum editiones, sed etiam Vulgatus et Syrus interpres exhibent. (Theophylactus: οἶκον ἔχει καὶ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς. Oecumenius: οὗ Χριστοῦ οἶκος ἐσμὲν οἱ πιστοί.). Hanc lectionem veram iudicarunt *Grotius, Wolfius, Carpzovius, Cramerus, Heinrichsius, Böhmius*, alii, ut adeo christianorum familia dicatur οἶκος αὑτοῦ *sua*, Christi, familia, non Dei, nisi quatenus Dei omnia sint v. 4. Recte. Etenim h. l. non repetita sunt verba v. 2, ex Num. l. l. allata; et pronomen οὗ quod sequitur, sat luculenter docet, de familia Christo propria sermonem esse, saepius praeterea a librariis inter se permutata sunt αὑτοῦ et αὐτοῦ vid. not. ad Marc. 5, 26. *Perizonius* ad Ael. H. V. 21, 8. Pro οὗ in codd. nonnullis legitur ὅς. Vulg. *quae domus sumus nos*; quam lectionem probarunt *Bengelius, Moldenhauerus*, al. quod alioqui scripsisset auctor οὗ ὁ οἶκος. Sed testes illi non sunt tantae auctoritatis, ut lectio recepta, multo gravioribus testibus confirmata, mutanda sit; et articulus omissus est, ut *Storrius* et *Böhmius* ad h. l. recte annotarunt, quia Hebraei ad quos scribebat epistolae auctor, non totam familiam s. domum, sed tantum partem illius effi-

ciebant, ut in simili oratione 1 Petr. 3, 6. de certis hominibus voc. τέκνα scl. Sarae, non praefixo articulo legitur. οἶκός ἐσμεν indicatur arctissima cum Christo coniunctio, sumus veri ipsius cultores et beneficiorum ipsius participes coll. v. 14. ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν-βεβαίαν κατάσχωμεν] *si fiduciam et laetitiam spei ad finem usque constantem retinuerimus.* παῤῥησία est *fiducia spei, Vertrauen auf die Hoffnung, persuasio de spei veritate;* ἐλπὶς autem est spes salutis quam Christi religio suis cultoribus praebet v. 10, 23. καύχημα non tantum significat *gloriationem*, sed etiam *laetitiam* ut h. l. Phil. 1, 26. respondet enim in versione Alexandrina nomini Hebr. חֶדְוָה *laetitia* 1 Chron. 16, 27. ut καυχᾶσθαι verbo עָלַז *exultare*, *laetari* Ps. 93, 3. 149, 5. παῤῥησία, ut scienter ad h. l. animadvertit *Böhmius*, in hac christianae pietatis tota denominatione res est praecipua, cui τὸ καύχημα illustrandi exornandique caussa additum est; fiducia, quae laetitiam parit, cum ea coniuncta est. Quare etiam adiectivum, quod sequitur βεβαίαν (pro quo cod. Stephani, notante *Millio*, habet βέβαια, e glossemate), quod ad utrumque substantivum diversi generis pertinet, feminino genere expressum est v. *Fischeri* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 315. sq. *Matthiae Griech. Gramm.* §. 441. 2. c. p. 614. μέχρι τέλους *usque ad vitae finem*, quo sensu haec formula legitur 6, 11. Joh. 13, 1. 1 Cor. 1, 8. al.

7. Finita collatione Christi cum Mose instituta, pergit epistolae conditor lectores suos cohortari ad constantem religionis christianae professionem, et hanc cohortationem veluti fundamento superstruit loco Ps. 95, 7-11. Quo tempore hoc carmen compositum sit, definiri nequit. In festo σκηνοπηγίας s. tabernaculorum illud decantatum fuisse, *Grotius*, *Carpzovius*, *Heinrichsius* suspicantur. Sed in ipso carmine nil reperitur e quo colligi possit, hoc carmen ista solennia spectare. Alexandrini interpretes et huius epistolae scriptor v. 4, 7. traditionem Judaicam secuti Davidi carmen tribuunt. Textus enim Hebraicus auctoris nomen reticet. Sed Rabbini, ut Aben Esra in Praef. ad Psalmos notavit, omnes Psalmos, quibus nullum aucto-

ris nomen inscriptum esset, Davidi tribueb
carminis parte chorus excitat Israelitas ad
Deo ipsorum tutelari tribuendum v. 1-7.
minis parte alius chorus v. 8 — fin. qui Dei
tur, Israelitas monet ne mores maiorum pe
tur, propter contumaciam severe punitoru
λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον] *quapropter, sicut*
ctus dicit: διὸ ut διὰ τοῦτο ea quae praeces
cum Christus dignitate et auctoritate tant
Mosen. Construunt autem *Grotius*, *Peirciu*
Moldenhauerus, *Valckenarius*, alii, vocem
et verba καθὼς λέγει-κατάπαυσίν μου, par
includenda esse statuunt; quod tamen nimi
visum est *Heinrichsio* et *Dindorfio*, qui a
referunt ad σκληρύνητε v. 8. in quorum sen
dere nullus dubito. *Böhmius* quidem, qui
sin continere, et inde a verbo βλέπετε apod
natur, et ad verbum βλέπετε v. 12. subintell
tra monuit, afferri verba μὴ σκληρύνητε,
non auctoris verba, ut totum insequens c
doceat. Sed non video quidni sensus loci
sit: Quare, ut loquitur Deus per vatem
peto et mea facio s. quare ut vatis a Spiri
bis utar (verba καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα
includenda sunt), hodie cum vocem ei
sitis animo contumaci etc. Simplicissi
est haec verba connectendi ratio. Sim
ubi v. not. Ad augendam cohortatio
ptor Psalmi verbis utitur. καθὼς pr
libris scriptorum Atticorum non legi,
bris auctorum minus pure scribenti
rum, vel dorica dialecto utentium, d
lecto Macedonica et Alexandrina p
illa voce usum esse, sed Petrum,
nuit *Carpzovius*. πνεῦμα ἅγιον i
actus et nomine Dei loquens. D
fata γραφῆς tribuuntur, loqueba
mine, φερόμενοι ὑπὸ τοῦ πνε

21. v. Matth. 22, 43. Act. 3, 21. 4, 25. Hebr. 9, 8. 10, 15. Sed *πνεῦμα ἅγιον* est ea vis divina, quae in prophetis V. T. in Apostolis Christi, aliisque religionis doctoribus se manifestavit v. *Planckius* de vera natura atque indole orationis Graecae N. T. in *Rosenmülleri* Commentatt. theologg. Vol. 1. P. 1. p. 187. *σήμερον hodie*, Psalmi l. l. significat: hoc die, tempore, quo vos ad Dei cultum excitamini; et per *τὴν φωνὴν αὐτοῦ* intelligendae sunt illae ipsae cohortationes ad pietatis studium, quae ibi praecesserunt. Sed huius epistolae auctor, qui locum Psalmi ad rem suam transfert, vocem *σήμερον* non ad Davidis seculum restringi, sed etiam de suo tempore intelligi vult cf. 4, 6. 7. et *αὐτὸς* ei est Deus (coll. 3, 12. *ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος*. v. 16. *ἀκούσαντες* np. *τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ*) qui ad Christi doctrinam amplectendam et constanter profitendam homines invitat et excitat (2 Cor. 6, 2.), adeoque Psalmi verbis hunc sensum tribuit: quare nunc cum vos ad Christi doctrinam divinam vobis traditam firmiter tenendam excitemini; ne contumaces sitis, ut maiores vestri, qui simili ratione contumaces fuerunt, nec legibus Dei paruerunt.

8. *μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν*] *nolite pervicaces reddere animos vestros: σκληρύνειν* notat, *durum reddere, obdurare*, et per metaphoram adhibetur de iis, qui *contumaces* sunt, qui imperio aliorum et auctoritati, monitis et praeceptis, quamvis bonis et salutaribus, obtemperare recusant; respondet Hebr. הִקְשָׁה Ex. 13, 15. hinc *σκληροκαρδία contumacia* Matth. 19, 8. Sir. 16, 10. v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 212. *ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ - ἐρήμῳ*] Bene *Schottus* haec verba expressit: *ut* (olim) *factum loco, qui a rebellione dicitur, tempore tentationis in deserto factae.* Minus recte *Dathius* Psalmi verba reddidit: *sicut Meribae factum est, sicut Massae* (כְּיוֹם מַסָּה) *accidit in deserto.* Respexit vates, cuius verba epistolae conditor repetiit, historiam quae Ex. 17, 2. sqq. legitur. Postquam nimirum Israelitae castra posuerant in Rephidim, propter penuriam aquarum cum Mose rixabantur ab eoque aquam flagitabant. Moses locum

istum vocavit Massam et Meribam, propter altercationem cum Israelitis ibi ortam seditionemque ab iis motam, et quod ibi de Dei potentia ac voluntate dubitarant. Indidit loco haec nomina appellativa, ut fierent illius propria v. Deut. 6, 16. Interpretes Alexandrini Ps. l. l. (ut saepius v. Gen. 31, 48 sq. Ex. 15, 23. Num. 11, 3. 34. 13, 25.) vim nominum Hebraeorum expresserunt et loco nominum propriorum appellativa posuerunt (cuius generis exempla etiam e Philone et Targumistis attulit ad h. l. *Carpzovius*); idque eo prius atque facilius facere potuerunt, quod videbant Psalmi auctorem nomen מַסָּה *tentatio*, πειρασμὸς, cum ei addiderit כְּיוֹם, κατὰ τὴν ἡμέραν, non usurpasse ut nomen proprium, etsi hoc tecte innuerit. Secutus autem est noster interpretes Alexandrinos, quod sic verba faciliorem et graviorem vim haberent ad lectores monendos. Vocabulum Hebr. מְרִיבָה, quod descendit a ריב *rixam*, *rebellionem* indicat, eadem est h. l. significatio vocis παραπικρασμός. Suidas: παραπικρασμὸς, ἡ ἐν ἐρήμῳ πολλάκις γενομένη ἀντιλογία. Vocabulum πικρὸν proprie notat (ut ad h. l. monuit *Valckenarius*) *acuminatum* Hom. Il. δ', 118. ε', 110. θ', 323. πικρὸν ὀϊστὸν *sagittam acuminatam*. Translata deinde vox est ad *amari* significationem, sive *ad id quod palatum et linguam acri sapore pungit* Xen. Anab. 4, 4. 8. ἐκ τῶν πικρῶν scl. ἀμυγδάλων. Plutarch. PP. E. 18, 3. τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων. Jac. 3, 11. πικρὸν ὕδωρ cui opponitur γλυκύ. Apoc. 8, 11. πικραίνειν *amarum reddere*. Per metaphoram πικρὸν dicitur omne *id, quod animum irritat et exacerbat*, quod *asperum et acerbum, nobis molestiae ac taedio est* Eurip. Hel. v. 488. πικροὺς λόγους ἔδωκα. Electr. 418. πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν. Zosimus. 1, 6. 4. πικρὰ τυραννίς. Philo de Leg. ad Cai. p. 1041. B. ὁ πικρὸς συκοφάντης Ἰσίδωρος. Sic quoque πικραίνειν et παραπικραίνειν notat, *irritare, exacerbare, ad iram provocare* Col. 3, 19. Ex. 16, 20. ubi respondet Hebr. קָצַף. Hesych. παραπικραίνων, παρογίζων, quae duo verba iuncta leguntur ap. Philon. Lib. 3. leg. Alleg. p. 82. C. vid. *Carpzovius* ad v. 16. Medium πικραίνεσθαι *se ipsum ad iram concitare* i. *irasci* Col. 3, 19. v. *Dresigius* de V. M-

389. Cum ira soleat esse parens rixae etiam seditio-
is; verbum παραπικραίνειν in versione Alexandrina sae-
ius etiam ita positum legitur ut sit *rebellare* et respon-
eat verbo מרה ut Ps. 77, 10. 105, 8. 1 Reg. 13, 21. Ezech.
, 5. 6. סרר Ps. 65, 10.

9. οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν] *ubi maiores vestri*
ie tentarunt: οὗ genitivus pronominis ὅς ita ponitur ut
icem adverbii obtineat v. Matth. 2, 9. Joh. 11, 41. Xen.
Anab. 2, 1. 5. μικρὸν προϊόντες ἀπὸ τῆς φάλαγγος, οὗ ἡ
ιάχη ἐγένετο. vid. *L. Bosius* de Ellips. p. 486. ed. *Schäfer*.
Sic quoque Hebraei usi sunt pronomine אשר Deut. 8, 15.
Ps. 84, 4. Eccl. 8, 10. *Er. Schmidius, Bengelius* al. οὗ re-
erunt ad πειρασμοῦ et Atticorum more positum putant pro
ᾧ scl. πειρασμῷ. Sed si haec ratio valeret, legi deberet:
ατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ, οὗ ἐπειρ. με οἱ πατ. ὑ.
ν τῇ ἐρήμῳ. Formula πειράζειν τὸν Θεὸν de iis adhibe-
ır, qui veritatem, potentiam etc. Dei in dubium vocant,
el nova divinae potentiae ac voluntatis documenta deside-
ant, adeoque Deo obnituntur v. ad 2, 18. Israelitae, etsi
ıultis modis virtus divina cognita atque perspecta esset,
e auxilio Dei tamen desperabant et seditionem contra Mo-
en movebant. ἐδοκίμασάν με- καὶ εἶδον ἔτη] *me* (inquam)
*xplorarunt, quamquam mea facta viderunt per quadra-
inta annos.* Verbi πειράζειν synonymum est δοκιμάζειν,
uod proprie ponitur de metallis, quae probantur et ex-
orantur v. 1 Petr. 1, 7. Sir. 2, 5. Hesychius: ἀργυρο-
ιώμονες-δοκιμασταί, respondet Hebr. בחן quod de iis
ui Deum tentant et explorant legitur Mal. 3, 15. καὶ εἶδον
tamquam viderunt: καὶ positum est pro καίπερ *quamquam*
; Hebr. גם legitur Jer. 26, 23. Neh. 6, 1. καὶ Joh. 6, 35.
uc. 18, 7. al. v. *Elsnerus* ad Joh. 17, 25. *Valckenarius* ad
urip. Phoen. p. 98 sq. *Graevius* ad Hesiod. Opp. et D.
57. τὰ ἔργα μου insignia providentiae meae documenta.
εσσαράκοντα ἔτη] Sed cum ad Meribam Israelitae explo-
arent Deum, nondum XL anni effluxerant. Psalmi loco
parallelo in textu Hebraico haec verba coniunguntur cum
iis quae v. 10. leguntur, ut in versione Alexandrina, in
qua deest coniunct. διὸ quae h. l. v. 10. addita est, quin et

ipse ep. auctor infra v. 17. τεσσαράκοντα ἔτη copulavit cum verbo προσώχθισε. *Cramerus*, *Boltenius* vocem διό, cum in codd. (sed oppido paucis) desit, delendam censent. Nempe grammatici eam inducendam iudicarunt, quia in vers. Alex. non legitur, et quoniam scriptor ipse infra v. 27. coniunxit verba τεσσαράκοντα ἔτη cum verbo προσώχθισε. *Storrius* suspicatur in cod. vers. Alex. quo auctor ep. usus sit, extitisse vocem διό. *Heinrichsius* prolepsin h. l. ut saepius, admittendam esse statuit. Equidem post ὑμῶν et pronomen μὲ atque verba ἔργα μου incisi notam ponendam esse censeo, ut adeo verba ultima τεσσαράκοντα ἔτη referenda sint ad verbum ἐδοκίμασαν. Saepius Israelitae in deserto explorarunt Jovam v. Num. 14, 22. Vocabulum autem διό inseruit scriptor quo fortius feriret lectorum animos, et quo clarius deinceps ostenderet ἀπιστίαν et inde ortam defectionem a veritate cognita praecludere aditum ad promissam beatitatem 3, 19. 4, 2.

10. Verbum προσοχθίζειν, cum ὄχθος *rupem*, *locum praecipitem* indicet v. *Fischerus* ad Anacr. 20, 2. proprie denotat *offendere*, *impingere* id. qd. προσκόπτειν. Deinde transfertur ad animum, ita, ut sit *indignari*, *irasci alicui*, *abominari aliquem*, ut h. l. Sir. 50, 25. ἐν δυσὶν ἔθνεσι προσώχθισεν ἡ ψυχή μου *duabus gentibus offensus sum*. Sir. 6, 25. καὶ μὴ προσοχθίσῃς τοῖς δεσμοῖς μου *repudiare*. Levit. 26, 43. τοῖς προστάγμασί μου προσώχθισαν *aversantur mea praecepta*. Hesychius: προσώχθισα· ἐμίσησα, προσέκοψα. Suidas: προσώχθισα· ἐβδελυξάμην, δυσηρεστήθην *abominatus sum*, *odio habui*. Apud scriptores Graecos vett. hoc verbum non legitur, sed in versione Alexandrina saepius reeurrit, ad exprimendum verbum שקץ Deut. 7, 26. מאס Ps. 35, 4. ubi Aquila habet ἀπέῤῥιψε *abiecit*. Theodot. ἀπώσατο. קוט Ps. 95, 10. ubi Aquila et Symmach. δυσηρεστήθην. Theodot. ἐβδελυξάμην. געל Levit. 26, 43. Pro τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ cum *Griesbachio*, *Knappio*, *Schotto*, *Böhmio* legendum est τῇ γ. ταύτῃ, cum hanc lectionem optimae notae codd. tueantur, et ἐκείνῃ facile e versione Alexandrina in hunc locum transferri potuerit; atque hac ipsa voce ταύτῃ eo rectius usus est auctor, cum,

ut *Böhmius* ad h. l. notavit, verba Psalmi in sequentibus converterit ad lectores. Vocabulum *γενεὰ* ponitur de hominibus, qui aetate, seculo quodam vivunt Luc. 16, 8. Matth. 23, 36. et respondet Hebr. דּוֹר Eccles. 1, 4. Jes. 34, 17. h. l. in malam partem adhibitum legitur, ita, ut sit id. qd. *γενεὰ σκολιὰ* Act. 2, 40. Pro *εἶπον* in codd. haud paucis legitur *εἶπα,* quae est forma Alexandrina, quam et Jones adhibuerunt, atque haec lectio verior et *εἶπα* mutatum videtur in *εἶπον* a librariis, quo auribus consulerent. *ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ*] *perpetuo animis errant* (Jes. 29, 24. *πλανώμενοι πνεύματι*), perverse iudicant, falsas de me opiniones fovent, me non veracem, potentem opinantur. *αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου*] *nec ipsi meam agendi rationem considerant:* *δὲ* est id. qd. *καὶ*, quae particula in vers. Alex. posita comparet, in textu Hebr. legitur וְהֵם. Potest vero etiam commode reddi *nam*, quam vim particula Hebr. וְ et Gr. *δὲ* saepius obtinet v. Ps. 7, 10. Hos. 12, 2. al. Xen. Cyr. 1, 2. 8. et not. ad Marc. 16, 8. Pronomini *αὐτοὶ* emphasis quaedam inest, illi ipsi qui *εἶδον τὰ ἔργα μου* v. 9. id quod etiam repetitio pron. הֵם Ps. 95, 10. docet. *τὰς ὁδούς μου* nonnulli explicant: *praecepta mea.* Sed in hac orationis serie haec verba significant *Dei agendi rationem*, *Dei consilia*, *Gottes Führungen* Rom. 11, 33. cf. Deut. 4, 32. 8, 2. 29, 2-4. non reputant me saepius per summa pericula ad exitum felicem perducere. Usus autem est noster voc. *ὁδοὺς*, ob verbum *πλανῶνται* quod praecessit. *γινώσκειν* notat *attendere ad aliquid*, *reputare* Joh. 15, 18. ut יָדַע Hos. 2, 10. Jes. 1, 3.

11. Conf. Num. 14, 23 sqq. 32, 10. 11. *ὡς* positum est pro *ὥστε quare*, *itaque* ut ap. Arrian. Exped. Alex. 2, 16. Musae. v. 67. Philo de conf. Ling. p. 322. A. v. *Raphelius* Obss. Arrian. et *Carpzovius* ad h. l. *ὤμοσα iuravi*, de Deo adhibitum, consilii firmitatem, praedictionis sive commi- nationis certum eventum declarat. *ἐν τῇ ὀργῇ μου* id. qd. *ὀργισθεὶς*, qui improbitatem aversor, eique indulgentes punio, *εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου*] *nunquam pervenient ad quietem meam.* Hebraei iureiurando aliquid negaturi, adhibebant vocem אִם, *εἰ*, *si;* affirmaturi

לֹא אִם, ἐὰν μὴ (Ies. 14, 24. Gen. 24, 38. Iudith 1, 12.), suppressa per aposiopesin imprecationis formula: me Deus puniat s. mala quaevis perpetiar, sic אִם occurrit Gen. 14, 23. 1 Sam. 25, 22. (2 Sam 3, 35. Deus me puniat si ante solis occasum panem aut ullam rem gustavero); cum vero Deus ipse iurans inducitur, omissum est: non dicar Jova s. non ero potens Iova; sic אִם legitur Ies. 62, 8. Deut. 1, 35. Ps. 89, 36. Potest ergo εἰ, si sensum spectamus, commode h. l. exprimi *non*, *nunquam*. Hanc iurandi formulam bene Graecam esse *Er. Schmidius* probare voluit loco Eurip. Cyclop. v. 260. qui tamen locus est plane ἀπροσδιόνυσος. Verba Sileni ibi sunt: ἐγώ; κακῶς γὰρ ἐξόλοιο *ego? male pereas.* Respondet Ulysses: εἰ ψεύδομαι h. e. *si mentitus fuero*, *ista exsecratio tua vere in me cadat.* Scriptores Graeci utuntur formula ἦ μὴν vid. *Munckerus* et *Verheykius* ad Anton. Lib. c. 1. Vocabulum κατάπαυσις quod 4, 9. 10. commutatur cum nomine σαββατισμὸς, proprie significat *quietem.* Cum Orientis populi in calidioribus regionibus degentes, quietem summi boni loco haberent; quies iis est imago felicitatis, et in literis sacris vocc. מְנוּחָה, ἀνάπαυσις (vid. nos ad Matth. 11, 28.), κατάπαυσις saepissime eo sensu ponuntur ut *felicitatem* indicent. Iam vero formulae κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ haec subiici potest vis atque potestas, ut declaret: *quietem*, *felicitatem*, *quam Deus destinavit*, *largitur*, *largiri vult*, *cuius auctor est.* Sic Sir. 6, 28. ἀνάπαυσις τῆς σοφίας est *tranquillitas qua sapientia cultorum suorum animos beat.* Et Psalmo quidem 95. κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ significat quietem s. felicitatem Israelitis a Deo destinatam, ita, ut intelligatur quieta et secura possessio Palaestinae, in qua Israelitae post exantlatos labores superatisque in itineribus per deserta Arabiae acquiescerent ut Deut. 12, 9. ubi οἱ ό habent: οὐχ ἥκατε ἕως τοῦ νῦν εἰς τὴν κατάπαυσιν καὶ εἰς τὴν κληρονομίαν, ἣν κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν δίδωσιν ὑμῖν. Quieta autem et secura Palaestinae possessio Iudaeis, ut ex prophetarum Hebraeorum scriptis constat, erat imago felicitatis summae v. Matth. 5, 5. unde etiam in libris N. T. κληρονομία h. e. tranquilla Palaestinae pos-

sessio transfertur ad felicitatem in regno Messiano exspectandam v. Eph. 1, 14. 1 Petr. 1, 4. *Koppius* ad Gal. 3, 18. Iam formula *εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν τοῦ Θεοῦ* declarat, *compotem fieri felicitatis a Deo destinatae*, ut Matth. 19, 17. *εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν ζωὴν participem fieri felicitatis perennis* id. qd. *εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*. Luc. 24, 27. *εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ ad maiestatem ipsi destinatam venire* h. e. ad regnum. Sed eidem formulae *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* etiam hic substitui potest sensus, ut indicet *quietem* s. *felicitatem qua Deus perfruitur*, vel, *similem ei qua Deus fruitur*. Inest igitur huic formulae dilogia. Et epistolae conditor cap. 3, 11 ss. ea usus est ad significandam *quietem* s. *felicitatem quam Deus destinarat Israelitis*, np. securam et tranquillam Palaestinae possessionem, de qua etiam Ps. 95. sermo est, ubi vates respiciens ea, quae Num. 14, 21 sqq. 32, 10 ss. leguntur, populares suos excitat, ut damno maiorum sapere discant. Sed cap. 4. ubi v. not. noster vocem *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* eo sensu cepit, ut esset *felicitas qua Deus perfruitur*, atque christiani pervenire dicuntur ad quietem Dei, quatenus consequuntur, participes fiunt felicitatis summae, perpetuae.

12. Epistolae auctor qui hactenus Psalmi verbis lectores suos admonuerat, ne imitarentur maiorum suorum perversitatem, qui beneficiorum Dei immemores et contumaces, felicitate ipsis destinata excidissent; iam in Psalmi locum commentatur, ita, ut eos plurimis verbis ad constantem religionis christianae professionem excitare et incitare pergat. *βλέπετε, ἀδελφοὶ cavete vobis* infra 12, 15. *ἐπισκοπεῖτε*. Blande eos compellat et vocat *fratres*, ad mitigandam admonitionis severitatem. *μή ποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας*] *ne forte aliquis vestrum animum malum et incredulum prodat a Deo vero deficiendo;* quilibet ipse sit alienus a diffidentia, et curet, ut alii quoque ab ea sint alieni coll. v. 13. 10, 24. 12, 15. multorum animus, metu persecutionum, propensus erat ad defectionem a religione christiana v. 12, 25. *μή ποτε* sequitur h. l. Indicativus ut Marc. 14, 2. Luc. 14, 29. etiam

Graeci scriptores particulis μὴ et μήποτε Indicativum iungunt v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 295. *Hermanus* ad *Viger*. p. 791. 810. 851. *Schäferi* Index ad Gregor. Cor. p. 1005. b. καρδία πονηρὰ ἀπιστίας positum est pro καρδία πονηρὰ καὶ ἄπιστος, vocabulum additum ἀπιστία quod vim explicandi habet v. *Winer* *Grammatik* B. 2. p. 61. declarat quaenam animi pravitas significetur. Israelitae in deserto beneficiorum Dei immemores de ipsius potentia et voluntate dubitabant, adeoque ab eo desciscebant, ei non obtemperabant, rebellabant. Sic h. l. ἄπιστοι dicuntur ii christiani qui de religionis Christi veritate dubitabant. Verba versus ultima ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος declarant, qualem et quantam ἀπιστίαν scriptor cogitari velit. ἀφίστασθαι *deficere*, construitur cum praepositione ἀπὸ ut Xen. Cyr. 5, 4. 1. ἀφεστηκότα ἀπὸ τοῦ Ἀσσυρίου H. Gr. 1, 2. 12. ἀπὸ Δαρείου ἀποστάντες. Cum Genitivo Herodi. 6, 2. 19. ἀποστῆναι Μακεδόνων. Israelitae in deserto Iovam ducem agnoscere nolebant, idola colebant et sub eorum auspiciis iter facere volebant v. Ex. 23, 1. Num. 14, 4. 11, 5. 31. Christiani Christi signa deserentes a Deo deficiebant, nam Christi doctrina etiam Dei doctrina erat ab eoque confirmata 2, 4. adeoque similes erant illis idolorum cultoribus in deserto. Deus Hebraeis dicebatur אֵל חַי Ios. 3, 10. Θεὸς ζῶν *Deus vivus*, 1 Thess. 1, 9. Act. 14, 15. ut distingueretur ab idolis vita carentibus, quae dicebantur מֵתִים Ps. 106, 28. (Alex. νεκροί) אֱלִילִים *res nihili* Zach. 11, 17. (Alex. μάταια), εἴδωλα ἄψυχα Sap. 14, 29. Indicatur hoc cognomine *Deus verus* (1 Thess. 1, 9. Θεὸς ζῶν καὶ ἀληθινὸς quod posterius vocabulum explicationis caussa additum est) quatenus immortalis, aeternus est, et summa potentia gaudet 10, 31. 9, 14. 12, 22. Verbum enim ζῆν etiam significat, vim suam exserere, vigere, efficacem esse vid. not. ad 4, 12.

13. ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν] *imo vos invicem quotidie cohortamini:* παρακαλεῖν, verbum πολύσημον, indicat institutionem, admonitionem, reprehensionem, preces, consolationem, quae quidem omnia

et fallacia. Sed ἁμαρτία h. l. ut in hac epist indicat defectum a religione christiana ut 11, 2 Qui illo tempore amicorum blanditiis irretiti, tionum gravitatis, ad sacra Iudaeorum reverte Christi formula deficiebant, liberabantur quiden rum persecutionibus, sed veram religionem r excidebant promissis divinis, salute per Chris quenda.

14. μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ] *participes facti sumus.* Qui h. l. nuncupantur Χριστοῦ supra v. 6. dicebantur οἶκος τοῦ Χρι claratur his formulis arctissima cum Christo Cyrilli Lex. Brem. μέτοχοι, κοινωνοί. 1 Cor. 1, δι' οὗ ἐκλήθητε *a quo* (Deo) *ad religionem chris ducti estis,* εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ *ut co cum filio eius I. C.* Sed cum Christo coniunctu τοχον, κοινωνὸν τοῦ Χριστοῦ εἶναι, ἐν Χριστ tat: Christum rite colere, praeceptis ipsius o et ab eo ornari felicitate maxima v. 1 Ioh. 1, 3 *Morus* Opuscc. T. 1. p. 275. Sic h. l. μέτοχ στοῦ dicuntur ii, qui genuini sunt Christi cul que beneficiis ornantur. *Boltenius* et *Valck* verba interpretantur: doctrinae Christi pa estis. Sed quamquam me non fugit nomen pius ita usurpari ut Christi doctrinam declar explicatio h. l. sensum non exhaurit, imo κ. τ. λ. amplius aliquid dicunt. Quare ne sum *Rosenmülleri* aliorumque sententiam, denda praecipiunt: participes beneficior estis Phil. 3, 8. Sed praeferenda videtur pra proposita, quae etiam usu loquendi lib iuvatur et confirmatur, ex qua persona C et respicitur necessitudo quae inter Chri ipsius cultores intercedit. Sic etiam 1 pauci interpretes nomine Χριστὸς, Ch gnificari contendunt, ut verba sonent: n plex est Christi doctrina? Sed ibi quo monem esse, quaestio huic priori sub

aulus pro vobis mortuus est? Neque minus Gal. 3, 27. [ριστὸν ἐνεδύσασθε de Christi persona accipiendum est, a ut sensus sit: arctissimo cum Christo vinculo coniuncti stis vid. ibi *Koppius*. ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως ι. τ. λ.] *si spem certam initio conceptam usque ad finem* (v. 6.) *constanter retinuerimus:* ὑπόστασις proprie notat: *fundamentum*, *fulcrum* Diod. Sic. p. 42. B. ὑπόστασις τοῦ τάφου *fundamentum monumenti sepulcralis*. Id. p. 375. B. ἡ ὑπόστασις τοῦ ἱεροῦ *substructio fani*. Deinde per metaph. ponitur de *firmitate animi* Diod. Sic. in Exc. de virtut. et vit. p. 557. ἡ δὲ ἐν ταῖς βασάνοις ὑπόστασις ψυχῆς καὶ τὸ καρτερικὸν τῆς τῶν δεινῶν ὑπομονῆς περὶ μόνον ἐγενήθη τὸν Ἀριστογείτονα *sed firmitatis animi, atque in tormentis perferendis constantiae gloria penes unum Aristogitonem stetit*. Inde Agathocles p. 773. A. dicitur ὑποστατικὸς *homo imperterriti animi*. Polyb. Lib. 6. c. 53. p. 497. *Wechel.* de Horatio Coclite: οὐχ οὕτω τὴν δύναμιν, ὡς τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ καὶ τόλμαν καταπεπληγμένων τῶν ὑπεναντίων *quos non adeo vis Coclitis ut fiducia et audacia admiratione affecit*. De *spe et exspectatione certa* ὑπόστασις legitur Sapient. 16, 21. ἡμῖν γὰρ ὑπόστασις *inconcussa spes in te reposita*. In versione Alexandrina voc. ὑπόστασις respondet Hebraico תּוֹחֶלֶת Ps. 39, 7. (Symmachus ibi habet ἀναμονὴ *exspectatio*, Aquila καραδοκία) et vocabulo תִּקְוָה Ezech. 19, 5. Ruth 1, 12. Et haec quidem vocis ὑπόστασις significatio nostro loco apprime convenit, ad eam confirmandam facit v. 6. ubi eadem sententia expressa legitur, quam h. l. scriptor, utpote gravissimam et consilio epistolae cummaxime consentaneam repetiit. Sed ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως ex Hebraismo positum est pro τὴν ἐξ ἀρχῆς, vel ἣν εἴχετε ἐν ἀρχῇ i. e. τὴν πρώτην ὑπόστασιν. 1 Tim. 5, 12. τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Significatur ergo spes certa felicitatis, cuius auctor est Christus, quam spem lectores conceperant et aluerant ad Christi religionem adducti, quam ut constanter retinerent, eos scriptor cohortatur. Similis cohortatio priora tempora Hebraeis in memoriam revocat 10, 32. *Seyffarthus* de ep. ad Hebr. indole p. 67. nomine ὑπόστα-

σις significari putat, *prima religionis fundamen*
ro sententia huic loco non satis apta procedere
desidero locos in quibus voc. ὑπόστασις hoc si
hibitum legatur. Neque adstipulari possum
cui ὑπόστασις est *confessio*, nos hoc vel illu
pturos esse, atque per metonymiam, res ip
recipimus, quam profitemur, h. l. religio q
ut 4, 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. Sed r
ὑπόστασις significatio idoneis exemplis c

15. Chrysostomus et Theophylactus
Valckenarius in Scholis ad h. l. hunc
v. 1. coniungendum, et quae v. 16-19.
seos nota ab iis quae praecesserunt,
itaque cum ibi dicatur σήμερον-πα
enim audita voce-non potuisse intr
caveamus, φοβηθῶμεν 4, 1. Sed r
nem inde evadere iusto artificiosio
οὖν initio cap. 4. posita. *Peirce*
in Obss. super ep. ad Hebr. *Abr*
includunt, et huius versus verba
cohaerentia haec sit: v. 13. *co* ... ant
15. *cohortamini, inquam, vos* ... modu
tur: σήμερον-παραπικρασμῷ ... pto e
oratio, in hoc diserto et accu ... nes illo
recte monuit ad h. l. *Böhmiu* ... ctos. Conf.
verbis quae sequuntur, quo ... ἀλλά. Alii Gr
ναν v. 16. quod respondet ... usi sunt p. 219
15. posito. Quae v. 15- ... *Bengelius*: „quo
dam quasi confirmatio v. ... finge dicere aliquem,
ratio ad ea quae deinc ... ἀλλ' οὐχ οὗτοι οἱ
priora σήμερον-ἀκούσῃ ... eoque dicit, τινὲς ἦσαν
richsius, Iaspisius, W ... ipsi fuerunt." οὐ idem va
verba Psalmi, reliqua ... ὁ, 33. 8, 22. Xen. Hiero 6,
vid. supra not. ad v. ... Taxan. p. 121.
ἐν τῷ λέγεσθαι dum ... erat sors illorum Israelitarum, quo
hodie etc. *cavete ne* ... ut se tantis beneficiis ornarat,
2, 8. 8, 13. ὅταν δ' ... adhaerent eorum in deserto prostrata
Ps. 42, 4. ... ad quietem, ad felicitatem a Deo iis

innuere voluit, quid
a Deo beneficiis
per Christum
maiorum
παν-

ος,
den-
Iudaei
espexit,
ita usur-
eciatim *pe-*
Eurip. Hec.
1421. *κῶλον*
κέντρα κῶλον
ἔῤῥωμαι. Apol-
ν βρέφος τοῖς τέτ-
p. Iph. in Aul. 614.
κῶλα, πόδες, σκέλη,
adavera (ut Vulg. vertit)
ἐρήμῳ vario modo in ipso
5. Ps. 106. 1 Cor. 10, 5.
i. l. legitur *κατεστρώθησαν,*
andrini usi sunt Num. 14, 26.
n Paulus usus est 1 Cor. 10, 8.
e iis, qui clade divinitus illata mo-
e mortuis, qui strati iacent Iudd. 4,
ill. Tat. 2, 13. *καταπεσὼν ἔκειτο τὸν*
ῦ φαρμάκου veneni. ubi v. *Iacobsius*

re, itaque ut Marc. 3, 22. 12, 37. Hebr.
ό expresserunt particula *καὶ* Ier. 44, 23.
οὐκ ἠδυνήθησαν Abreschius reddi voluit:
Neque negari potest *δύνασθαι* saepius poni
Palairetus ad Ioh. 8, 43. et nos ad Marc. 6, 5.
enda est h. l. vulgaris verbi significatio; non *po-*
t intrare, quod fidem et obsequium denegarant.

sed quinam illi fuerint seditiosi, nempe *οἱ ἐξελ*...
Αἰγύπτου, a Deo affecti beneficiis maximis Num...
nullus istorum hominum, qui potentiae meae sign...
gypto et deserto viderunt, meque iam decies tent...
mihi morem gerunt, videbit terram promissam....
tur, mea sententia, *Bengelius*, *Cramerus*, *Storrh*...
zius verba expresserunt: *waren es nicht lauter*...
etc. at nonne omnes ii erant qui ex Aegyp...
πᾶς etiam ita positum legitur ut sit *meriis*...
ad Iac. 1, 17. *Fischerus* ad Plat. Phaedo. 3...
Cyrop. 8, 2. 12. Sic כֻּלָּם Ies. 60, 21. Parti...
terrogationibus respondet Lat. *nam* et *eni*...
γὰρ quis enim, *quid enim* nostrum *wer den*...
Rom. 4, 3. Act. 19, 35. Luc. 23, 22. ...
Ling. Particc. p. 85. *Vigerus* p. 493. *ἀκ*...
φωνῆς Dei praecepta cf. v. 5. *παραπικρ*...
v. 8. idem valet quod *ἁμαρτάνειν* v. 1...
Θεοῦ ζῶντος v. 12. *ἀλλὰ* etiam in inte...
ni et occupationi inservit. Plena oratic...
seditionem moverunt? num negari p...
ex Aegypto exierant? imo vero mere...
Haec sententia interrogando express...
at nonne omnes illi seditiosi Mose ...
rant? Negat hac interrogatione scr...
belles a Deo nondum beneficiis fu...
hoc usu particulae *ἀλλὰ Wahlii* C...
mat. Linguae Gr. qua N. T. scr...
Matthiae Gramm. Th. 2. p. 123...
perspiciatur vis particulae *ἀλλὰ*...
σαν ἄνθρωποι παραπικραίνοντ...
θόντες, id negat scriptor, ide...
οὐχ οὗτοι; id est, *plane hi*...
quod *οὐχὶ* v. 17. ut Matth. 6...
8, 4. *Iacobus* ad Lucian. To...

17. Sed quaenam erat s...
Deus ex Aegypto eduxerat...
qui a Deo defecerant? cad...
sunt, nec pervenerunt ad ...

...περεί-
...κατά-
...sse, eum-
...qua Deus
...cedentibus, ad
...pervenissent v. 4,
...ides cohortatur Is-
...vocem percipiant, ei
...erent: iurasse enim
...perventuros esse ad
...Davides popu-
...cohortabatur, iam du-
...sessionem iis destinatam
... Inde ergo consequi-

destinatam. Tacite his verbis scriptor innuere voluit, quid eventurum esset lectoribus, qui summis a Deo beneficiis affecti essent, coll. v. 16. quibus contigisset per Christum, doctrina divina et felicitatis promissio, si mores maiorum imitarentur, et a Christo deficerent. Verbis ἁμαρτήσαντες, ἀπειθήσαντες, ἁμαρτία, ἀπείθεια, ἀπιστία v. 13. 18. 19. promiscue scriptor usus est, ita, ut sensus ratione habita idem declararent. Hesychius: ἀπειθής, ἀνυπότακτος, ἄπιστος. Peccatum Israelitarum positum erat in diffidentia et inde orta defectione. Vocabulum κῶλα, quo Iudaei Alexandrini Num. 14, 29. quem locum noster respexit, Hebr. פגרים expresserunt, a Graecis scriptoribus ita usurpatur ut significet *corporis membra quaevis*, speciatim *pedes* Soph. Philoct. 42. κῶλον Scholiast. πόδα. Eurip. Hec. 1148. τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας καὶ κῶλα. Phoen. 1421. κῶλον δεξιὸν προβάς. Aeschyl. Prom. 323. πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς. Athenae. 8. p. 349. τοῖς κώλοις ἔῤῥωμαι. Apollodor. 3, 5. 8. γεννᾶται γὰρ τετράπουν βρέφος τοῖς τέτταρσιν ὀχούμενον κώλοις. add. Eurip. Iph. in Aul. 614. Rhes. 211. Mede. 1178. Hesychius: κῶλα, πόδες, σκέλη, ὀστᾶ, μέλη. H. l. significantur *cadavera* (ut Vulg. vertit) vel *cadaverum ossa*. ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ vario modo in ipso itinere perierunt v. Num. 21, 5. Ps. 106. 1 Cor. 10, 5. Iud. v. 5. Pro ἔπεσεν 1 Cor. l. l. legitur κατεστρώθησαν, quo verbo interpretes Alexandrini usi sunt Num. 14, 26. Verbum πίπτειν quo etiam Paulus usus est 1 Cor. 10, 8. ut Hebr. נפל adhibetur de iis, qui clade divinitus illata moriuntur Ezech. 6, 11. de mortuis, qui strati iacent Iudd. 4, 22. 1 Sam. 31, 8. Achill. Tat. 2, 13. καταπεσὼν ἔκειτο τὸν ὕπνον καθεύδων τοῦ φαρμάκου veneni. ubi v. *Iacobsius* p. 563.

19. καὶ *quare*, *itaque* ut Marc. 3, 22. 12, 37. Hebr. עַל־כֵּן quod οἱ ό expresserunt particula καὶ Ier. 44, 23. add. Ies. 5, 25. οὐκ ἠδυνήθησαν *Abreschius* reddi voluit: *noluerunt*. Neque negari potest δύνασθαι saepius poni pro *velle* v. *Palairetus* ad Ioh. 8, 43. et nos ad Marc. 6, 5. sed retinenda est h. l. vulgaris verbi significatio; non *potuerunt* intrare, quod fidem et obsequium denegarant.

CAPUT IV.

In prima huius capitis sectione epistolae auctor in e
versatur, ut lectoribus persuadeat, cohortationem qua
Psalmus contineat, spectare ipsos quoque christianos. Quo
ut obtineat, sequitur literarum sacrarum interpretatione
allegoricam, qua quae in libris V. T. simpliciter scrip
aut enarrata reperiuntur, ad alium occultum et sublimio
rem sensum transferuntur. Hanc literas sacras interpre
tandi rationem studiose sectabantur Iudaeorum magist
(v. *Surenhusius* in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 57 sqq. 577 s
Vitringa de synagoga vet. 3, 1. 5. p. 673. exempla e Ph
lone collegit *Carpzovius* in Exercitt. in ep. ad Hebr. plur
bus in locis) et cum ea omnibus probaretur, atque ad
magnam vim haberet ad Iudaeos monendos, convincend
refutandos; ea quoque Paulus usus est cf. Gal. 3, 16.
24. ubi v. *Koppius*, et h. l. noster. Non ergo est qu
nos offendat subtilis et arguta scriptoris nostri argumen
tio, similis ei quae infra 9, 15 sq. legitur. Nempe Ps.
l. formula κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ, quae ut ad 3, 11. ann
tavimus, duplici sensu accipi potest, indicat securam
tranquillam Palaestinae possessionem Israelitis destinat
et promissam, ad quam non pervenerant Israelitae qui M
se duce ex Aegypto egressi erant et a Deo defecerant;
vates populares suos cohortatur, ut sibi caveant, ne ma
rum exemplum imitantes, possessione Palaestinae dep
lantur. Sed epistolae auctor c. 4. docet formulae κατ
παυσις τοῦ Θεοῦ sublimiorem quoque sensum inesse, ea
que Ps. l. l. intelligendam esse de felicitate, ei qua De
perfruatur, simili v. 4, 4. 9. 10. destinata credentibus,
quam etiam illi Israelitarum maiores non pervenissent v.
6. Argumentatio autem haec est: Davides cohortatur
raelitas, ut iam, σήμερον, cum Dei vocem percipiant,
confidant, eiusque praeceptis obtemperent; iurasse en
Deum, pervicaces et defectores non perventuros esse
ipsius quietem. At vero illo tempore, quo Davides po
lares suos ad pietatem erga Deum cohortabatur, iam
dum Israelitae ad Palaestinae possessionem iis destin
et promissam pervenerant v. 4, 7. 8. Inde ergo conse

tur, Psalmi l. l. de hac quiete non esse sermonem, sed intelligi oportere quietem qua Deus perfruitur, felicitatem coelestem (quam et Abrahamus exspectasse dicitur infra 11, 10.) et illa cohortatio christianos quoque spectat 3, 13. Fas ergo est vos verbis illis divini vatis alloqui: hodie, cum *Dei vocem percipiatis*, cum excitemini ad doctrinam Christi constanter profitendam, nolite animos vestros pervicaces reddere, ne felicitatis coelestis iacturam faciatis.

1. Negat vates contumaces ad felicitatem Dei perventuros esse, 3, 11. 19. at idem populares suos a contumacia dehortatur 3, 15. ex quo recte colligitur eos qui Deo obediant, quietis, felicitatis qua Deus perfruitur participes fore; atque adeo ad nos quoque admonitio illa *σήμερον ἐὰν κ. τ. λ.* pertinet (3, 13.) Deo obtemperantes, divinam Christi doctrinam constanter profitentes, perveniemus ad felicitatem coelestem Dei cultoribus destinatam et promissam. *φοβηθῶμεν οὖν-ὑστερηκέναι*] *caveamus igitur, cum nobis relicta sit promissio, nos perventuros esse ad felicitatem ipsius, ne quis vestrum serius venisse sibi videatur. φοβηθῶμεν* innuit sollicitam mali cavendi curam (Act. 27, 17.) alias legitur *φυλαττώμεθα, βλέπωμεν, ἐπισκοπῶμεν* 3, 12. 12, 15. *καταλείπειν* notat *relinquere*, *καταλείπεσθαι relinqui*, *remanere* Xen. Cyr. 3, 1. 6. *παισὶν ἐλευθερίαν καταλιπεῖν* post *mortem*. Plutarch. PP. E. 7, 13. *χρήματα*. add. Sir. 11, 19. Herodi. 3, 15. 7. Polyb. p. 867. *διὰ τὸ μήτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐλπίδα καταλείπεσθαι*. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Wetstenius* ad h. l. Sed *καταλιπεῖν* significat etiam *negligere*, *deserere* Xen. H. Gr. 7, 5. 18. *εἰ καταλείψει ἐρήμους οἷς ἦλθε σύμμαχος*. Herodi. 3, 3. 12. milites *καταλιπόντες τὴν φρουρὰν φεύγουσιν*. add. Baruch. 4, 1. 1. Sir. 23, 22. Act. 6, 2. 2 Petr. 2, 15. Sed priorem notionem h. l. praeferendam esse, orationis series satis aperte docet. Quodsi sensus verborum esset: *spreta promissione*, scribendum fuisset: *μήποτε καταλείπων ἐπαγγελίαν-δοκῇ τις*, ut *Piscator* et *Abreschius* monuerunt. Neque adeo audiendus est *Carpzovius*, qui observavit, *καταλείπειν* h. l. ut in omni hac epistola denotare *spernere*, *negligere*, quod ne verum quidem est, nam 11, 27.

κατέλιπεν Αἴγυπτον non significat: opes Aegypti contemsit, sed simpliciter, Aegyptum reliquit. *ἐπαγγελία promissio* v. 2. 6. *εἰσελθεῖν* pro *τοῦ εἰσελθεῖν*, etiam Graeci scriptores saepius articulum ante Infinitivum negligunt Plutarch. V. Anton. 58. init. *χρόνον διδόναι παρασκευάζεσθαι* add. Pericl. 13. 24. *Heindorfius* ad Platon. Cratyl. p. 110. ad Phaedon. p. 177. *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* h. l. non potest accipi de possessione Palaestinae, ea enim pertinebat ad Iudaeos, non ad christianos, de quibus h. l. sermo est, ergo necessario alia *κατάπαυσις* intelligi debet. Mentem suam accuratius explicat scriptor v. 3. 6 sq. *ὑστερεῖν* quod non tantum absolute et sine casu, sed etiam cum Genitivo et cum Dativo construitur v. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 237. proprie declarat *serius venire*, neglecta opportunitate veniendi, *ὕστερον ἔρχεσθαι* Matth. 25, 11. Xen. H. Gr. 5, 1. 3. *οἱ ὑστερήσαντες qui serius venerant.* Herodot. 1, 70. *ἐπεὶ ὑστέρησαν.* 6, 89. ubi hoc verbum commutatur cum verbis *οὐ παραγίνεσθαι εἰς δέον.* Diod. Sic. p. 391. C. *ὑστέρουν τῆς βοηθείας iusto serius auxilio venerunt.* Xen. Anab. 1, 7. 10. *Ἀβροκόμας ὑστέρησε τῆς μάχης ἡμέρας πέντε quinto post pugnam die venit* cf. *Raphelius* Obss. Polyb. et *Münthius* ad h. l. Deinde etiam hoc verbum ita ponitur, ut significet: *destitui*, *carere aliqua re* Eurip. Iph. Aul. 1213. *παιδὸς ὑστερήσομαι.* Luc. 22, 35. Rom. 3, 23. 1 Cor. 1, 7. Sir. 11, 12. 13, 6. Hebr. 12, 15. In hac orationis serie prior verbi significatio praeoptanda est; respicitur enim non tantum verbum *εἰσελθεῖν* quod praecessit et proprie introitum indicat, quo qui sua culpa tardiores veniunt, excluduntur, sed etiam *τὸ σήμερον* 3, 7. 13. (*ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται*) 15. 4, 7. Sensus autem est: ne quis sua culpa felicitatem ipsi destinatam et promissam non assequatur. Scripsit autem ep. auctor *δοκῇ τις ὑστερηκέναι* ut leniret orationis acerbitatem. Theophylactus: *ἱλαρώτερον δὲ καὶ ἀνεπαχθέστερον τὸν λόγον ποιῶν, οὐκ εἶπε, μὴ ὑστερήσῃ, ἀλλά, μὴ δοκῇ ὑστερηκέναι hilariorem autem et minus molestam orationem faciens, non dixit, ne deficiat, sed, ne videatur deficere.* Idem observavit Oecumenius. Etiam Latini scriptores urbanitatis studio ducti

eodem modo usi sunt verbo *videri* Cic. Off. 3, 2. 6. *ut tute tibi defuisse videare* pro ipse tibi desis. Pro ὑμῶν codd. nonnulli, Vulg. Theodoret. legunt ἡμῶν, quae tamen lectio profecta videtur a Grammaticis, qui scripserunt ἡμῶν, quoniam praecessit φοβηθῶμεν. Verum etiam aliis in locis noster personas miscuit v. 10, 24. 25. ut Paulus Rom. 14, 13. et h. l. scriptor posuit pron. ὑμῶν, et Hebraeos solos compellavit, ad augendam orationis gravitatem, quo magis eos excitaret ad cogitandam periculi magnitudinem.

2. καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι καθάπερ κἀκεῖνοι] *etenim nobis promissio contigit sicut illis:* εὐαγγελίζειν Med. εὐαγγελίζεσθαι prop. signat *laetum nuntium afferre, laeta annuntiare* Luc. 1, 19. al. Deinde ponitur ita, ut omnino idem valeat quod ἀγγέλλειν, κηρύσσειν *nuntiare*, qua significatione saepissime legitur apud scriptores cum sacros tum profanos ut Luc. 2, 10. 4, 33. Act. 13, 23. Philo de execrat. p. 936. C. ἀγαθὸν εὐαγγελίζεται. Leg. ad Caium p. 1005. E. τὰ λυσιτελῆ εὐαγγελίζεσθαι. Construitur hoc verbum non tantum cum casu tertio, sed etiam quarto, dr. εὐαγγελίζεσθαί τινί τι et εὐαγγελίζειν s. εὐαγγελίζεσθαί τινά τι v. Luc. 3, 18. 1 Petr. 1, 12. Act. 8, 25. 10, 40. Alciphron. ep. 3, 12. ταῦτά σε οὖν εὐαγγελίζομαι, φίλον ἄνδρα συνειδέναι βουλόμενος. v. *Abreschius* Obss. Miscell. Vol. 10. p. 213. *Hemsterhusius* Vol. 4. p. 292. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 368. H. l. passiva verbi forma adhibita est ut v. 6. Matth. 11, 5. (eadem structura verbi πιστεύεσθαι deprehenditur 1 Cor. 9, 17. Gal. 2, 7. v. *Wahlii* Clavis s. v. ἀναφαίνω) hoc sensu: etiam nobis promissio contigit, nempe nos ingressuros esse εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ coll. v. 3. καθάπερ κἀκεῖνοι sicuti olim Israelitis in deserto. ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ex Hebraismo positum est pro ὁ ἀκουσθεὶς λόγος *audita promissio.* (v. 1. Rom. 9, 6.) Sic Ier. 10, 22. קוֹל שְׁמוּעָה pro קוֹל נִשְׁמָע. Sequitur h. l. τοῖς ἀκούσασιν, neque adeo assentiri possum *Ernestio, Carpzovio*, aliis, qui vocc. λόγος et ἀκοὴ synonyma esse praecipiunt. μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν] *quae non commixta erat* (Vulg. *sermo non admistus fidei*) *cum fide ab audientibus;* cui qui eam audiverant, fidem

denegarant. Verbum συγκεράννυσθαι notat *commisceri*, *coniungi*, usurpatur inprimis de rebus liquidis quae inter se permiscentur, et vero etiam de quacunque arctiori coniunctione; de vino aqua temperato legitur 2 Macc. 15, 39. ὃν δὲ τρόπον οἶνος ὕδατι συγκερασθεὶς οἴνῳ, de veste Soph. Trachin. 660. ubi *Brunckius* vertit: implicitus peplo. Soph. Ai. 905. οἴκτῳ (sensu doloris) συγκεκραμμένην ubi schol. συμμεμιγμένην. Menander ap. Stobaeum serm. 42. oportet eum, qui civibus praeesse vult: τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἤθει χρηστῷ συγκεκραμμένην ἔχειν. Aristoph. Plut. 854. πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι ubi v. *Fischerus*. Alia exempla peti possunt ex *Kypkio* et *Wetstenio*. Sic Latini utuntur verbo *commiscere* ut Cic. pro Marc. 2. *temeritas cum sapientia commiscetur*. Haud pauci interpretes τοῖς ἀκούσασι positum esse putant pro τῶν ἀκουσάντων, ut in cod. Clarom. e glossemate legitur. *Dindorfio* et *Böhmio* haud improbabilis coniectura videretur, si quis legendum opinaretur ἐν τοῖς ἀκούσασιν. Qua tamen coniectura facile carere possumus. Scilicet Hebraei, Graeci et Latini solent Dativum Passivo iungere, loco Genitivi cum praepositione, ut adeo τοῖς ἀκούσασιν positum sit pro ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων v. *Storrius* Obss. ad Anal. et Synt. Hebr. p. 115. 289. nos ad Matth. 5, 21. Pro συγκεκραμένος legunt συγκεκραμένους D. ex emend. E. aliique codd. plures, verss. Copt. Aeth. Syr. post. Arab. Theodoret. Oecumenius, Theophylact. Iren. al. συγκεκερασμένους ABCD. al. συγκεκραμένους probant *Millius*, *Wetstenius*, *Hammondus*, *Griesbachius*, *Heinrichsius*, *Vaterus*, in ordinem recepit *Matthaeius*. Qui lectionem συγκεκραμένους probam et genuinam iudicant, hoc participium ad pronomen ἐκείνους referunt, et sensum ita constituunt: audita promissio nullum emolumentum iis attulit, qui non per fidem coniuncti erant dicto obedientibus i. e. qui non sequebantur exemplar eorum, qui obtemperabant. Per τοὺς ἀκούσαντας intelligunt Iosuam et Calebum, et omnes eos qui Deo obedientes in terram Israelitis destinatam venerant vid. not. ad 3, 16. Ita hunc locum iam Theophylactus interpretatus est, cuius verba sunt: μὴ συγκεκραμένους, τουτέστι μὴ ἑνω-

θέντας, μηδὲ συμφρονήσαντας διὰ τῆς πίστεως τοῖς ἀκούσασιν, ἀλλ' ἀποῤῥαγέντας αὐτῶν non coniunctos, neque consentientes per fidem cum audientibus, sed divulsos ab illis. Equidem in eorum partes discedo, qui vulgarem lectionem *συγκεκραμένος* retinendam censent. Primum enim ea satis commodum sensum praebet; accedit quod paulo insolentior est, usitatius enim *συγκεράννυσθαι* de personis (v. *Wetstenius* ad h. l.) quam de rebus dicitur, quae caussa mutandae lectionis esse potuit, praeterea etiam ob praecedens *ἐκείνους* facile scribi potuit *συγκεκραμένους*. Deinde si *ἀκούσασι* positum accipitur pro *ὑπακούσασι dicto obedientibus*, alia verbo subiicitur significatio, quam qua legitur 3, 15. 16. 4, 7. ubi de iis adhibitum extat, qui audiverant ita, ut non obedirent; quodsi *συγκεκραμένος* legitur, verbum *ἀκούειν* significationem a nostro hactenus servatam retinet. Denique manifesto sibi opponuntur *οἱ ἀκούσαντες* et *οἱ πιστεύσαντες*, et distinguuntur ii qui tantum audiverunt, ab iis qui auditis fidem habuerunt.

3. sqq. Locus obscurus, partim ob nimiam scriptoris brevitatem, qui pro ea qua vigebat cogitandi celeritate plura omittit, a lectoribus cogitando adiicienda, partim ob disputandi rationem convenientem ei, quae illa aetate in scholis Iudaeorum obtinebat. Accuratius, breviter tamen definit, quaenam *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* Psalmi l. l. intelligenda sit, nempe quies, felicitas, similis ei, qua Deus perfruatur. Ad hanc quietem perventuros esse docet christianos Deo et Christo fidem habentes, post exantlatos huius vitae labores et aerumnas Apoc. 14, 13. ubi Christo addicti dicuntur post mortem *ἀναπαύεσθαι ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν*. Sapient. 4, 7. *δίκαιος ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, ἐν ἀναπαύσει ἔσται.* Comparat autem quietem, felicitatem christianis in coelo exspectandam, cum quiete Dei finita creatione v. 4. cum sabbato, et *σαββατισμὸν* vocat v. 9. 10. quoniam Iudaeorum magistri sabbatum imaginem esse dicebant futuri post resurrectionem mortuorum seculi. Ialkut Rubeni f. 95. 4. *dixerunt Israelitae: domine totius mundi, ostende nobis δεῖγμα mundi futuri. Respondit ipsis Deus S. B. illud exemplar est sabbatum.* Plura loca e scriptis Rabbinorum

contulerunt *Schoettgenius* in Horr. Hebrr. et *Wetstenius* ad v. 9. — Ab hac quam proposuimus formulae *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* interpretatione dissona tradiderunt *Akerslootius*, *Semlerus*, (v. *Baumgartenii Erklärung des Briefs a. d. Hebr. mit Semlers Beyträgen* p. 111. 114 sq.) *Michaelis*, in notis ad *Peircium* (qui tamen postea sententiam mutavit v. *Michaelis Erklär. d. B. a. d. Hebr.* ad 4, 1.) alii. Nempe ex horum interpretum sententia *καταπαύσεως* nomine cap. 4. indicatur cessatio ab operibus legis Mosaicae, quies ac liberatio a iugo cervicibus Iudaeorum imposito, quod neque patres eorum, nec ipsi ferre poterant Act. 15, 10. quo vero liberabantur, qui ad Christi signa se conferebant v. Matth. 11, 28-30. His interpretibus adstipulatus est *Griesbachius* in libello inscripto: quid Ebr. 3, 7-4, 11. *καταπαύσεως Θεοῦ* imagine adumbretur, disquiritur. Ienae 1792. 4. Statuit nimirum, formulam *κατάπ. τ. Θ.* non solum aliter sumi loco Psalmi, sed etiam aliter in loci huius ad Hebraeos applicatione, et alio quidem sensu in priore applicationis particula, alio in posteriore. Priore parte, quae usque ad c. 4, 3. protenditur, assentitur iis, qui *κατάπαυσιν* felicitatis imaginem esse contendunt, et quidem in genere felicitatis, quam Christo cum in hac tum in altera vita debemus. Sed posteriore parte, cum huius vitae acerbitates et aerumnae non possint comparari cum operibus, a quibus quievisse seu cessasse Deus septima illa die narratur coll. 4, 9. 10. de liberatione a iugo legis Mosaicae sermonem esse censet. Verum enimvero sententia eorum interpretum, qui *κατάπαυσιν* de felicitate summa eademque coelesti explicant, magis sese simplicitate commendat; et sermo est de futura quiete v. 6. 9. quam consecuturus esset populus Dei, sed lex Mosaica iam tum abrogata erat 7, 12. 18 sq. 8, 8 sqq. neque aliena est a scribendi indole scriptoris nostri paulo durior illa comparatio instituta inter liberationem a vitae curis molestiisque, et quietem Dei die septimo coll. 4, 9 sqq. cum scriptor noster in instituendis comparationibus non soleat diligenter subtiliterque versari, cumque eiusdem generis videatur esse comparatio inter liberationem a duro et acerbo iugo legis Mosaicae et quie-

tem Dei die septimo, cuius est illa, inter liberationem a vitae huius molestiis et curis, atque illam ipsam Deî quietem. εἰσερχόμεθα pro εἰσελευσόμεθα ut Theophylactus explicat. Vulg. *ingrediemur*. Enallage frequens v. *Duckerus* ad Thucyd. 2, 44. *Wineri Gramm. d. N. T. Sprachidioms Th.* 1. p. 83 sq. γὰρ *nimirum*, *scilicet* v. Aeschin. Socr. 2, 17. 3, 7. Xen. Hiero 5, 1. 6, 2. Ages. 3, 2. ut Lat. *enim* cf. *Raphelius* et *Krebsius* ad Matth. 1, 18. οἱ πιστεύσαντες opponuntur τοῖς ἀπειθήσασι 3, 18. 4, 2. 7. 11. si in fide permanemus, si constantes Christi cultores sumus. Verbis εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου cogitando adiungi debet δι' ἀπιστίαν 3, 19. Vulgaris particulae καίτοι significatio est, *quamquam*, *etsi* ut ap. Xen. Ages. 8, 3. Hiero 1, 36. Herodi. 1, 9. 18. al. Haec vero significatio h. l. huic particulae a multis interpretibus tributa, fecunda mater fuit interpretationum huius loci cummaxime contortarum, quas omnes commemorare atque refellere nihil attinet. Sed καίτοι significat etiam *nempe*, *nimirum*, *et quidem*, *idque* v. *Kypkius* et *Carpzovius* ad h. l. Hanc significationem recte alii interpretes vocabulo καίτοι subiiciunt, sed nonnulli eorum ultima versus verba construenda esse praecipiunt cum verbis κατάπαυσίν μου, ut sensus sit: *nempe quietem ab operibus inde ab orbe condito*, requiem dico Dei ab omni opere in mundi creatione peracto. Procedit quidem, hac interpretatione admissa, sententia cum contextu facile conciliianda, at linguae leges non addicunt. Nam ut probe monuerunt *Schmidius* in Obss. et *Abreschius* ad h. l. si Genitivus ἔργων penderet ab κατάπαυσιν, legi debere non: τῶν ἔργων ἀπὸ κ. κ. γ. qui manifesto sint Genitivi absoluti, sed τῶν ἔργων τῶν ἀπὸ καταβολῆς κ. γ. Rectius repetitur verbum quod praecessit εἴρηκε, et καίτοι exprimitur: *idque dixit*. Scilicet ostendere voluit scriptor, quaenam κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ christianis piis destinata sit atque promissa; et mens atque sententia eius haec est: promissio illa quam Ps. l. verba continent, etiam nos christianos spectat, facta enim est orbe condito, cum opera Dei essent peracta, et Deus ab operibus quiesceret coll. v. 4. Itaque κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ

indicat quietem qua Deus perfruitur, et promissa est nobi quies, felicitas, vitae post mortem futurae, similis ei qui Deus perfruitur. *τῶν ἔργων* scl. *τοῦ Θεοῦ*, quod ex praecedente *μου* supplendum est. *καταβολὴ* h. l. notat *initium* id. qd. *ἀρχὴ* ut Matth. 13, 35. ubi v. not. Ioseph. B. I. 2, 17. 2. *πολέμου καταβολὴ initium belli.* Polyb. 13, 4. *καταβολὴ τυραννίδος.* v. *Ernestii* Lex. Polyb. s. v. *καταβάλλειν. Loesnerus* ad Eph. 1, 4. et infra ad 11, 11. notata.

4. 5. Probat ulterius scriptor coelestem Dei quietem intelligendam esse, dum Psalmi locum cum loco Gen. 2, 2. confert. Probatio eo nititur, quod utroque loco de quiete Dei sermo, et in versione Alexandrina Ps. l. l. vocabulum *κατάπαυσις* (Hebr. מְנוּחָה) et Gen. l. l. verbum *καταπαύειν* (Hebr. שָׁבַת) adhibitum est. Locus Gen. 2, 2. ita sonat: *καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε.* Praecessit 1, 31. *καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν.* Ad *εἴρηκε* mente adiici debet *ἡ γραφὴ* ut 1, 7. 8. contextus non permittit ut subintelligatur *Θεός. πού aliquo loco* id. qd. *ἐν τινὶ τόπῳ* vid. not. ad. 2, 6. *περὶ τῆς ἑβδόμης* scl. *ἡμέρας* quod voc. additum legitur Gen. 2, 2. Herodot. 2, 141. *τῇ ὑστεραίῃ* 8, 22. *τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρᾳ* v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. 3. P. 2. p. 257 sq. *καὶ ἐν τούτῳ πάλιν atque hic rursus* np. Psalmi l. l. qui veluti ad illum Gen. remittit. *τούτῳ* scl. *τῷ τόπῳ.* infra 5, 6. *ἐν ἑτέρῳ.*

6. Postquam ep. auctor v. 4. 5. ostendit, quaenam *κατάπαυσις* Ps. l. l. intelligenda sit, eo redit unde v. 3. extr. declinaverat, et ex verbis Psalmi, respiciens inprimis tempus, quo verba illa prolata sunt v. 7. 8. probat, christianos hoc nomine dignos perventuros esse ad felicitatem, ei qua Deus perfruatur, similem, ad eos Psalmi loco promissa et monita pertinere. *ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεταί τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν*] *quoniam igitur superest, ut quidam ad felicitatem perveniant, weil noch immer gewisse zu dieser Ruhe gelangen sollen*, quoniam ergo illa felicitatis promissio Israelitis quondam data non ad irritum cecidit, quoniam iis qui Deo obediunt, nobis Deo et Chri-

sto fidem habentibus felicitas coelestis destinata est v. 1. 3. ἀπολείπειν *relinquere*, *zurücklassen*. Pass. *relinqui*, *superesse*, *restare* id. qd. καταλείπεσθαι. Nonnulli interpretes monuerunt verbum καταλείπειν de facto, ἀπολείπειν de re instante, futura usurpari, et ἀπολείπεται reddiderunt: *futurum est*, *exspectandum est*, *instat*, sed haec verbi *significatio* idoneis exemplis probari nequit, et quae de differentia horum verborum disputarunt, vel his locis refelluntur: Ael. H. V. 8, 16. ἀπέλιπε μεγάλην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ *magnam sapientiae famam post se reliquit*. Sap. 14, 6. ἀπέλειπεν σπέρμα γενέσεως *reliquerunt posteros*. add. 2 Tim. 4, 13. 20. Neque probari potest *Carpzovii* sententia, qui ἀπολείπεται vertit: *cogitur*, *sequitur*, *efficitur*. Ad ἀπολείπεται *Peircius*, *Abreschius*, *Morus*, al. supplent ἡ ἐπαγγελία, sed temere hanc ellipsin fingi iam annotavit *Michaelis* ad h. l. τινὲς *quosdam*, certos homines, np. credentes, πιστεύσαντες v. 3. καὶ οἱ πρότερον -δι' ἀπείθειαν] *postquam ii quibus prius haec promissio contigit propter contumaciam ad hanc felicitatem non pervenerant*. οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες Israelitae Mosis tempore, qui non tantum Palaestinae possessione, terrestri quiete, sed coelesti felicitate excludebantur. καὶ *postquam* v. *Storr* Obss. ad Anal. p. 263. 1 Macc. 7, 23. *Noldius* Concord. Partic. p. 295 ss. δι' ἀπείθειαν ob fidei et obsequii denegationem, ob contumaciam. Caeterum durior nonnullis, in his *Cramero*, visa est sententia, quam verba versus ultima continere diximus, adeoque ea tantum de Palaestinae possessione ad quam Israelitarum maiores non pervenissent, intelligi voluerunt, quae tamen explicatio cum orationis serie et universo loci consilio conciliari nequit. Neque epistolae lectoribus haec enuntiatio offensioni esse potuit. Erat enim Iudaeorum opinio, Messiam Iudaeos impios ex Geenna educturum esse v. *Schöttgenii* Hor. Hebr. T. 2. p. 564. *Eisenmengeri entdecktes Iudenthum* Th. 2. p. 364. Quam opinionem Petrus 1 ep. 3, 20. respicit, ubi docet, Christum post mortem ad inferos abiisse, et homines qui olim contumaces se gessissent, doctrina sua ad meliorem mentem revocasse. Et nostrae

epistolae scriptor 9, 15. affirmat, Christum expiasse peccata sub priori foedere commissa.

7. πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν] *iterum alium diem, aliud tempus constituit* np. Deus cf. 3, 7. cogitando adiiciendum est τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν. Verbum ὁρίζειν proprie declarat: *terminare, fines et limites alicuius rei constituere*, metaphora ab agris desumta Hesychius: ὁρίζει, ὅρον δίδωσι. Herodi. 1, 6. 16. καὶ τὴν ὑπὸ τῇ ἄρκτῳ ἀρχὴν Ὠκεανῷ ὁρίσαντα *et sub septentrione imperium oceano terminasse.* Xen. Cyr. 8, 6. 21. καὶ ἐκ τούτου τὴν ἀρχὴν ὥριζεν αὐτῷ πρὸς ἕω μὲν ἡ ἐρυθρὰ θάλαττα κ. τ. λ. Deinde ad alias res transfertur, ita, ut significet *definire, constituere.* Hesychius: ὁρίζει, ἵστησιν. Herodi. 6, 5. 17. τόπος ὥριστο *constitutus erat locus.* Saepius occurrit de tempore, ut ap. Xen. Ages. 1, 10. ὁρισάμενος τῆς πράξεως τρεῖς μῆνας. Herodi. 1, 10. 11. ὡρισμένης ἡμέρας. Diod. Sic. 1, 41. ὡρισμένοις καιροῖς. Philo de mundi corrupt. p. 943. D. αὐτίκα τῷ πρώτῳ γενομένῳ ἔδει καθ' ὡρισμένα μέτρα καὶ ἀριθμοὺς χρόνων αὐξήσεως *simul ac primus humani generis natus est, oportuit eum constitutis temporibus crescere.* add. Act. 17, 26. Exempla alia suppeditabunt *Elsnerus* ad Act. 2, 23. et *Wetstenius* ad h. l. Praesens ὁρίζει habet simul vim praeteriti v. 2, 11. σήμερον *hodie, nunc temporis.* Maxime urget τὸ σήμερον. Sensus est: Davides pollicetur felicitatem vitae post mortem futurae *hodie, nunc*, iis qui Deo cuius vocem audiunt, obtemperant. Nondum effluxit tempus felicitatis consequendae, pertinent etiam ad nos promissa et monita Psalmi v. 9. hoc σήμερον etiamnum nobis acclamatur 3, 13. ἐν Δαβὶδ λέγων *per Davidem locutus.* Nonnulli ἐν Δαβὶδ explicant *apud Davidem* i. e. in Psalmo, ut Rom. 9, 25. ἐν τῷ Ὠσηὲ *in libro Hoseae.* Rectius autem exprimitur *per Davidem* coll. 3, 7. ut ἐν etiam legitur 1, 1. μετὰ τοσοῦτον χρόνον v. 8. μετὰ ταῦτα ἡμέρας alia ergo intelligitur quies, praeter illam ad quam Iosua populum perduxit. καθὼς εἴρηται *ut dictum extat* id. qd. καθὼς γέγραπται. Alii explicant: *ut paulo ante commemoratum est*, np. 3, 7. 8. atque ita haec verba intellexerunt Grammatici, qui pro εἴρηται scri-

pserunt προείρηται, quam lectionem, a *Bengelio* et *Griesbachio* probatam, plures codd. et verss. exhibent.

8. Obiicere quispiam poterat: maiores Israelitarum propter ἀπείθειαν non potiti sunt terra iis destinata et promissa, sed posteri eorum, Iosua duce, ad Palaestinae possessionem pervenerunt, haec quies credentibus erat promissa, et hanc quietem Psalmi locus spectat. Respondet scriptor: Si Iosua Israelitas ad veram solidamque quietem, felicitatem perduxisset; non constituisset Deus per Davidem, tanto temporis spatio elapso, cum iam dudum Israelitae Palaestinam occupassent, aliud tempus, σήμερον, quo consecuturi essent quietem Dei, credentes, Deo ad hanc quietem invitanti obedientes. Ergo Ps. l. l. de alia quiete sermo est, alia quies promissa est, nempe felicitas vitae futurae, ad quam etiam illi contumaces non pervenerunt coll. v. 6. et haec promissio etiam nos christianos spectat. Pronomen αὐτοὺς simpliciter positum, referendum est, ut contextus docet, ad Israelitas, qui Iosua duce Palaestinam occuparant. Solent enim Hebraei Pronomen relativum ponere, cum nullum nomen praecessit, quod tamen ex orationis serie facile subintelligi potest v. Matth. 11, 1. 12, 9. 19, 13. Luc. 5, 17. *Glassius* Phil. S. p. 158. *Storrius* Obss. ad Anal. et Synt. p. 399 sq. Ἰησοῦς Hebr. יְהוֹשֻׁעַ Num. 13, 16. contracte יֵשׁוּעַ h. e. *servator*, *auctor salutis*; nomen proprium apud Hebraeos perquam usitatum Act. 7, 45. Col. 4, 11. Esdr. 2, 2. Sir. 46, 1. vid. ad Matth. 1, 21. Verbum καταπαύειν h. l. transitiva significatione legitur; ita ut notet: *quiescere facere*, *quietem dare*, *ad eam perducere* Hebr. הֵנִיחַ Ex. 33, 14. LXX. καταπαύσω σε. Deut. 12, 10. καταπαύσει ὑμᾶς ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν. 3, 20. ἕως ἂν καταπαύσει κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν. add. Ios. 1, 13. 15. Act. 14, 18. Diod. Sic. p. 716. A. πρὸ τοῦ τὸν κήρυκα καταπαῦσαι τοὺς θορυβοῦντας ἅπαντες σιωπὴν παρείχοντο *priusquam tumultuantes praeco inhiberet*, *silentium praebuerunt omnes*. Arrian. Exp. Alex. 3, 9. καὶ τήν τε στρατιὰν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀνέπαυσε *et exercitui quietem ab itineris labore dedit*. add. Herodot. 1, 27. Hom. Il. 15, 105. Aoristus κατέπαυσεν po-

situs est pro plusquamperfecto ut Ioh. 15, 20. 18, 24. Matth. 26, 24. ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων etc. Si Iosua ad veram quietem, felicitatem eos perduxisset, non de alio tempore postea Deus locutus fuisset.

9. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ] *superest igitur populo Dei sabbati celebratio*, laetissima quies, sperare potest felicitatem futuram summam eandemque perpetuam. σαββατισμὸς idem valet quod κατάπαυσις, respondet vocabulis Hebr. שַׁבָּת, שַׁבָּתוֹן et *sabbati celebrationem* indicat. Quia autem Iudaei sabbatis a laboribus cessabant, sese otio et hilaritati dabant (unde etiam dies sabbati ἡ τῆς καταπαύσεως ἡμέρα 2 Macc. 15, 1. dicitur, et καταπαύειν Ex. 34, 21. ut σαββατίζειν Ex. 16, 30. de hominibus sabbatum celebrantibus ponitur), atque Orientis populi, adeoque Hebraei quietem summi boni loco habebant; adhibetur etiam ad designandam *felicitatem* et hoc quidem loco, *felicitatem post mortem exspectandam*. Oecumenius: ἡ κατάπαυσις τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Theophylactus: οὕτω καλεῖ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Usus autem est noster vocabulo σαββατισμὸς pro κατάπαυσις, quoniam v. 4. sabbati, septimi hebdomadis diei, quo Deus ab omni opere suo quievisse perhibetur, mentionem fecerat, et quoniam Iudaei sabbatum futurae beatitatis imaginem esse putabant vid. not. ad. v. 4. Nomine λαὸς τοῦ Θεοῦ populus Dei peculiaris, ei consecratus vid. not. ad 2, 11. quo Iudaei gloriabantur, h. l. insigniuntur christiani.

10. Ostendit scriptor quo sensu vocabulo σαββατισμὸς usus sit. ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ] *nam qui pervenit ad quietem* (*felicitatem*) *qua Deus perfruitur*. Male *Abreschius* γὰρ positum esse statuit pro δέ. Per τὸν εἰσελθόντα nonnulli Christum intelligunt, cui interpretationi contortae adversatur contextus. Improbanda etiam est *Schulzii* ratio, qui ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ subintelligi vult. Imo hac voce ὁ εἰσελθὼν notatur quicunque e gente Dei πᾶς ὁ πιστεύσας v. 3. add. Marc. 16, 16. τὴν κατάπαυσιν *Griesbachius*, ut supra ad v. 3. vidimus, refert ad christianorum felicitatem quae iam his in terris incipiat.

Sed v. 11. sequitur: σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκείνην κατάπαυσιν, h. l. asseverat scriptor, eum qui ingressus sit εἰς τὴν κατάπαυσιν, quiescere ἀπὸ (πάντων v. 4.) τῶν ἔργων αὐτοῦ, quod in hanc vitam non cadit. Itaque sermo est de ingressione post hanc vitam, de felicitate coelesti. καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ κ. τ. λ.] *pariter ac Deus ab operibus suis requiescit.* Oecumenius: ὁ εἰσελθὼν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀναπαύεται ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ, τουτέστι τῶν διωγμῶν, τῶν πειρασμῶν, τῶν θλίψεων, ὥσπερ καὶ ὁ Θεὸς ἀνεπαύσατο ἀπὸ τῶν ἔργων ὧν ἐποίησε. Usus est auctor aoristi forma, ut notavit *Böhmius* ad h. l. quod hoc verbum e Genesi repetitum, ad Deum quoque referendum est, qui iam dudum conquieverat ab operibus. vid. et *Matthiae Gramm.* p. 706. §. 506. Vocabulum ἔργα duplici sensu positum est. Etenim christianorum ratione habita, significat labores, aerumnas quibus his in terris premuntur v. Apoc. 14, 13. infra 10, 32. Sed respectu Dei declarat opera quae Deo peculiaria sunt et propria, nominatim opera creationis coll. v. 3. 4. ἴδιος saepius, ut satis constat, usurpatur pro αὐτοῦ vel ἑαυτοῦ, sed adhibetur etiam ita, ut sit *peculiaris, proprius* ut h. l. Herodi. 1, 2. 4. ταῦτα μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. add. Xen. Oec. 7, 41. Plato Phaedon. 49, 32. *Fisch.*

11. Repetitur cohortatio 3, 12-14. 4, 1. aliis verbis expressa. Nolite exemplum illorum Israelitarum contumacium sequi, sed perseverate in fide. σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν] *studeamus igitur illius quietis (felicitatis) participes fieri:* σπουδάζειν proprie *festinare* Iudith. 13, 14. 2 Tim. 4, 9. Tit. 3, 12. deinde, *operam et studium in aliqua re ponere*, construitur plerumque cum praepositione περὶ, et vero etiam cum infinitivo ut h. l. Ael. H. V. 9, 22. σπουδάζειν περὶ τὴν ἰατρικὴν τέχνην *in medicina facienda studium ponere.* Xen. Rep. Laced. 4, 1. περὶ τῶν ἡβώντων πολὺ μάλιστα ἐσπούδασε. Isocrat. Evag. 1. σπουδάζειν μᾶλλον περὶ τῆς δόξης ἢ τοῦ βίου. Anaximenes ap. Athen. 12. p. 531. E. de luxuriosis, σπουδάζειν περὶ τρυφήν. Ael. H. V. 14, 25. σπου-

δάζοντας πάντας ἐκβάλλειν τοὺς ὑπεναντίους. Philo T. 2 p. 556. σπουδάζων Θεὸς νομίζεσθαι. — ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας] *ne quis pereat eodem contumaciae exemplo: ἐν per*, propter idem contumaciae exemplum, idem exemplum contumaciae exhibendo. *Heinrichsius:* ne quis infelix evadat, eodem exemplo ἀπιστίας posteris exhibito. ὁ αὐτὸς *idem* Luc. 23, 40. 2 Cor. 1, 6. 1 Petr. 5, 9. *Lutherus*, *Moldenhauerus*, *Heumannus*, *Valckenarius* verba interpretantur, ne quis nostrum incidat in idem diffidentiae exemplum i. e. in gravissimam infidelitatem more et exemplo Israelitarum. Sed hac interpretatione admissa, totus locus languet et friget; verbum πίπτειν, ut Hebr. נפל saepius ita legitur ut sit *infelicem fieri* v. Prov. 11, 28. 24, 16. Rom. 11, 11. Sir. 2, 8. et ut hanc notionem h. l. verbo substituamus, ea quae 3, 17. 19. et 4, 12. leguntur, satis superque docent. Alii explicant: ne quis in eandem contumaciae poenam incidat, ut ἐν positum sit pro εἰς. *Böhmius* πίπτειν ambigue dictum esse putat, de peccando et per peccatum pereundo. Laudat 1 Cor. 10, 12. ubi tamen verba aliter sonant et πίπτειν significat *deficere*.

12. Affertur caussa cur minime negligenda sint v. 11. monita. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργής] *effatum enim Dei* (minantis) *eventum habet et efficaciam.* Sunt qui vocem ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ de Christo interpretentur, in his *Seb. Schmidius*, *Heinsius*, *Clericus*, *Cramerus*, *Bertholdtus* in *Einleitung in d. A. u. N. T.* Th. 6. p. 2941 ssq. Sed ex N. T. scriptoribus Iohanni haec appellatio Christi priva ac propria est, nusquam Christus in hac epistola ita nuncupatur, neque huic interpretationi favet contextus, nam in antecedentibus non de Christo sermo est, sed de promissionibus et comminationibus divinis v. 3, 7. 4, 7. Quod autem obiecit *Bertholdtus*, ad τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ referenda esse etiam verba v. 12. ultima κριτικὸς ἐνθυμήσεως καὶ ἐννοιῶν καρδίας, et verba v. 13. καὶ οὐκ ἔστι κ. τ. λ. ita vero, si per τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ effata Dei intelligantur, existere hyperbolen insolentem, minimeque ferendam; eo nemo facile in contrariam sententiam se per-

γος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου *sermo est homini armatura penetrantior ferro.* Structura usitata postulasset τομώτερος μαχαίρας δ. potuisset etiam ep. auctor scribere more suo τομώτερος παρὰ πᾶσαν μάχαιραν v. 1, 4. 9. 2, 7. 3, 3. 12, 24. sed h. l. secutus est Hebraeorum loquendi rationem, qui ita uti solent particula עַל Gen. 48, 22. al. δίστομος *duplex os habens*, de gladio, *anceps* Sir. 21, 3. ῥομφαία δίστομος add. Apoc. 1, 16. Hebraei gladio *os* tribuunt, et vocabulo חֶרֶב addunt vocem פֶּה Prov. 5, 4. חֶרֶב פִּיוֹת *gladius oris duplicis* i. anceps. Ps. 149, 6. חֶרֶב פִּיפִיּוֹת i. utrinque acutus add. Iudd. 3, 16. (ubi *οἱ ό* habent δίστομος), et gladium dicunt אֱכוֹל *devorare* homines v. 2 Sam. 18, 8. Graeci ad designandam gladii aciem, usurpant vocabulum ἀκμή. Gloss. Vett. ἀκμὴ σιδήρου *acies.* Homer. Il. κ', 173. ξυροῦ ἀκμὴ *novaculae acies.* Sed iidem etiam στόμα per metaphoram gladio tribuunt Eurip. Hel. 989. πρὸς ἧπαρ ὦσαι δίστομον ξίφος τόδε *ad hepar adigere gladium hunc ancipitem.* Supplic. 1206. ὀξύστομον μάχαιραν εἰς γαίας μύχους κρύψον *acutum gladium in terrae recessus abde.* Diod. Sic. p. 215. A. ξίφη ἀμφίστομα καὶ σιδήρῳ διαφόρῳ κεχαλκευμένα φοροῦσι *gladios gestant ancipites, e ferro exquisito fabricatos.* Iudaeorum magistri verbum, aut legem divinam, saepius cum gladio comparant Midrasch Tehillim part. 2. fol. 95. 4. *lex dicitur gladius.* Targum Cantic. 3, 8. *et sacerdotes et Levitae, et omnes tribus Israel amplectuntur verba legis, quae cum gladio comparantur.* vid. *Schöttgenius* Horr. Hebrr. ad h. l. καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ κ. τ. λ.] *usque adeo penetrans, ut animam et mentem, compages et medullas dissecet:* διϊκνεῖσθαι *penetrare, pertingere* Aristotel. de mundo c. 6. §. 5 ed. *Kapp.* respondet Hebr. בָּרַח Ex. 26, 28. 36, 33. Hesychius: διϊκνούμενος· διερχόμενος, διαδυόμενος. Alberti Gloss. N. T. p. 172. διϊκνούμενος· διαδυόμενος, εἰσερχόμενος. Voc. μερισμὸς *sectionem, discissionem* signat, et idem valet quod διακοπὴ, atque ἄχρι μερισμοῦ κ. τ. λ. dictum est pro ἄχρι διαμερίσῃ ψυχήν τε καὶ πνεῦμα ἁ. τε καὶ μ. *Schleusnerus* in Lex. nomen μερισμὸς explicuit, *medium, intimum, intimi recessus*, quae

tamen significatio probari nequit. ψυχὴ καὶ πνεῦμα] *Seele und Geist*. Interpretes haud pauci statuunt, epistolae conditorem, ut Paulum 1 Thess. 5, 23. secutum esse philosophorum nonnullorum veterum, et magistrorum Iudaicorum sententiam, qui hominis animum in duas partes dividendum docerent. Et fuerunt inter ecclesiae veteris doctores v. *Keilii* Opuscula Academica p. 619 sqq. et recentiores N. T. interpretes v. *Wolfius* in Curis ad 1 Thess. l. l. qui tripartitam hominis substantiam statuerent, et his duabus vocibus, ψυχὴ et πνεῦμα, a nostro, atque Paulo 1 Cor. 2, 14. 1 Thess. l. l. usurpatis duas essentiales, quas vocant, hominis partes indicari contenderent. Scilicet Plato duas in homine agnovisse perhibetur animas, ψυχὴν et νοῦν, et ex Platonica plerumque philosophia doctores illi veteres sententiam suam arripuisse dicuntur, quamquam incertum est, utrum Plato duas diversas substantias, aut unius eiusdemque substantiae varias tantum vires et facultates significare voluerit v. *Tennemani System d. Platon. Philos.* Th. 2. p. 48. et quos laudavit *Keilius* l. c. p. 643. Etiam Philo duas tantum hominis partes defendit corpus et animam, σῶμα καὶ ψυχὴν Leg. Alleg. 2. p. 90 C. sed hanc in varias iterum partes dividit, et mox duas commemorat, animam ratione destitutam ψυχὴν per quam intelligit facultates, cupiditates, quas homines cum brutis habent communes, et animam rationalem quam πνεῦμα et νοῦν dicit Lib. quod det. pot. insid. p. 170. B. de migr. Abrah. p. 398. A. mox tres, mox plures etiam illius partes s. facultates enarrat, de ling. confus. p. 323. de Opif. p. 27. v. *Loesnerus* ad 1 Thess. 5, 23. *Stahl Philo's Lehrbegriff* in *Eichhornii Allgem. Bibl. d. bibl. Literat.* B. 4. p. 860 s. *Keil.* p. 645. Josephus de hominis creatione Ant. 1, 1. 2. loquens, ἔπλασεν ὁ Θεὸς, inquit, τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς λαβὼν, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ, καὶ ψυχὴν *finxit Deus hominem, accepto e terra limo, immisitque in eum spiritum et animam;* ubi *Krebsius* ad 1 Thess. l. l. per πνεῦμα significari statuit, animum intelligendi, cognoscendi, cogitandique facultate praeditum, per ψυχὴν illas animi facultates, affectus, cupiditatesque, cum brutis animantibus

hominibus communes. Iuvenal. Sat. 15, 143. — *mundi Principio indulsit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoque. Bretschneiderus* in *Handbuch der Dogmatik* B. 1. p. 733. ed. 3. notat Iosephum vocabulo ψυχὴ significare voluisse *vitam*, cum χοῦς per se vita careat, et respexisse נִשְׁמַת חַיִּים *halitum vitae.* Rabbini quoque et Cabbalistae, quorum loca plura congesserunt *Vitringa* Obss. Sacrr. 3, 4. p. 550. 556 sq. *Eisenmengerus in Entdeckt. Iudenth.* P. 1. c. 19. p. 887 sq. et *Schöttgenius* Horr. Hebrr. ad 1 Thess. 5, 23. modo tres, modo plures animae humanae partes memorant. Sed si diligentius examinantur, quae hanc in rem Rabbini et Cabbalistae disputarunt, facile intelligitur, ut scienter monuit *Buddeus* in Introd. ad Philos. Hebr. p. 431., eos non nisi duas tantum primarias animae humanae partes statuisse. Iam quod locum nostrum et illum 1 Thess. 5, 23. attinet, neque Paulus, neque ep. ad Hebr. auctor, πνεῦμα, ψυχὴν et σῶμα commemorantes, totidem humanae naturae partes constituere voluerunt, sed vocabula ψυχὴ et πνεῦμα, quibus duae animi hominis facultates et vires diversae tum indicari solerent v. *Krebsius* et *Loesnerus* ad 1 Thess. l. l. hanc distinctionem respicientes, iunxerunt, ut orationem amplificarent et rem totam exhaurirent, ut in oratione vehementiori et populari, quae sunt in aliqua re quodammodo diversa, cumulari solent v. *Koppius* ad 1 Thess. l. l. *Keilius* l. l. p. 646 sq. *Knappius christl. Glaubenslehre* Th. 1. p. 299 sq. Aliis in locis N. T. ψυχὴ et πνεῦμα, ut in libro Sapient. 9, 15. 6, 19. 7, 27. ut Hebrr. vocc. נֶפֶשׁ et רוּחַ promiscue usurpantur. ἁρμὸς est *commissura, compages,* h. l. *membrorum corporis.* Test. 12. patr. Fabric. I. p. 633. οἱ ἁρμοὶ τοῦ σώματος. Sir. 27, 2. ἁρμοὶ λίθων. Dionys. Halic. 5. p. 282. ἁρμὸς θύρας *ianuae commissura.* μυελὸς *medulla* (*das Mark*) inter cavitates ossium latens. Hesychius: μυελὸς-τὸ ἐντὸς τῶν ὀστῶν. Alciphron. ep. 1, 23. p. 92. *Bergler.* ὁ κρυμὸς δὲ εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν αὐτῶν καὶ ὀστέων *frigus autem penetrabat usque ad ipsas medullas et ossa.* Heliodor. 3. p. 141. *Commel.* (τὸ πνεῦμα) ἄχρις ἐπ' ὄστεα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται *ad ossa ipsa et medullas penetrat.* Deinde per meta-

phoram, ut Lat. *medulla*, *omne quod intimum est*, speciatim *intima animi* denotat Eurip. Hippol. 253. Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς *oportebat enim mediocres inter se mutuo Mortales amicitias conflare, Nec vero usque ad intimam animi medullam* ubi v. *Valckenarius*. Themist. Orat. 32. p. 357. ὀδύνη dicitur εἰσδεδυκυῖα εἰς αὐτόν που τὸν μυελὸν τῆς ψυχῆς. Ovid. Trist. 1, 5. 9. *Haec mihi semper erunt imis infixa medullis*. Cic. ep. ad Div. 15, 16. 4. *de te, qui mihi haeres in medullis*. Sermo est h. l. de comminationum divinarum efficacia, quicquid ad hominem pertinet, summam earum efficaciam sentit. Respexit scriptor ea quae 3, 17. 18. 11. 4, 6. leguntur, Israelitae contumaces puniebantur animo, non perveniebant εἰς τὴν κατάπαυσιν τοῦ Θεοῦ, et corpore, τὰ κῶλα αὐτῶν ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, et ad depingendam poenarum quas Deus minatus est gravitatem scriptor imagine usus est a gladio ancipiti desumta, qui animum et corpus penetrat. Eadem fere imago extat Luc. 2, 35. σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία i. e. *haec filii tui sors multos tibi procreabit dolores* ubi v. not. Alii verba nostra explanant: comminationes divinae maximos mentibus incutiunt dolores et terrores. Ita vero nimis angustus verbis tribuitur sensus. κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας] *et condemnat animi mali cogitata et studia:* κριτικὸς dicitur, *qui ad iudicandum aptus est atque idoneus*, et, *qui iudicat*, *qui condemnat*. Interpretes tantum non omnes haec verba cum vocabulo λόγος, quod praecessit, copulant; et *Böhmius* monet, recessisse auctorem a metaphora per τομώτερος κ. τ. λ. incepta, et ultimis v. verbis designari λόγον *comminationem*, tanquam personam ad penitus excutiendam et coarguendam criminis veritatem et magnitudinem paratam atque idoneam. Alii, in his *Abreschius*, notant, tribui minis, quod Deo proprium sit, comminationem, λόγον dici κριτικὸν etc. non solum quoad diiudicet consilia et cogitata, pravitatem eorum declaret, sed etiam ea condemnet, ac poenas irroget aequas ipsorum improbitati. Hae vero interpretationes duriores videntur. Equidem verba

ultima non coniungenda puto cum verbis *λόγος Θεοῦ*, sed cum vocabulo *Θεὸς*, nam v. 13. qui cum ultimis huius versus verbis accurate cohaeret, sequitur *ἐνώπιον αὐτοῦ coram Deo*, et *τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*. Inest autem verbis sententia haec: non tantum hominum facinora, sed etiam consilia in intimis animi recessibus abdita puniuntur, non tantum defectum a religione christiana, sed etiam diffidentiam in animo exortam (proni autem erant ad defectionem a religione christiana plures Hebraeorum, ut e multis epistolae locis patet) Deus condemnat et punit v. 3, 12. Verbum *κρίνειν* haud raro idem valet quod *κατακρίνειν condemnare* v. *Taylor* ad Lys. c. Leocr. p. 320. quocum Rom. 2, 1. commutatur; *punire* Ioh. 3, 17. ubi v. nos, 18, 31. *ἐνθύμησις cogitatio, consilium* Hebr. מַחֲשָׁבָה Symm. Iob. 21, 27. Matth. 12, 25. et *ἔννοια cogitatio, consilium* Xen. Cyr. 1, 1. 1. malo sensu Susan. v. 28. *πλήρεις τῆς ἀνόμου ἐννοίας κατὰ Σουσάννης*, sunt h. l. vocabula idem declarantia. Hesych. *ἔννοια, βουλή*. — *καρδία* supra 3, 12. *καρδία πονηρά*.

13. *καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ*] *nam nulla res creata ei obscura est*. Vocabulum *κτίσις* nonnulli explicant *homo* ut Marc. 16, 15. Col. 1. 15. 23. *Carpzovius* eo *actionem*, *opus* indicari putat, quam tamen significationem non probavit, et locus quem ad eam confirmandam attulit Hebr. 9, 11. est plane *ἀπροσδιόνυσος*. Imo hac voce significantur omnino *res creatae*, et quod sequitur *πάντα* est id. qd. *πᾶσα κτίσις*. Mens atque sententia scriptoris haec est: nihil (*οὐδὲν*) eum latet, neque adeo hominum cogitationes ei ignotae sunt. *ἀφανὴς latens*, *non manifestus*. Suidas: *σκοτεινός*. Sir. 20, 30. *θησαυρὸς ἀφανής*. Apud Xen. Anab. 4, 3. 14. *ἀφανὴς* et *ἀόρατος* inter se permutantur. *πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*] *sed omnia nuda ac veluti resupinata sunt oculis eius*. Philo lib. quod Deus immut. p. 297. E. *τῷ Θεῷ, ὡς ἐν αὐγῇ καθαρᾷ πάντα ἀρίδηλα· καὶ γὰρ ἄχρι τῶν ψυχῆς μυχῶν φθάσας ἃ τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ἀόρατα τηλαυγῶς πέφυκε καθορᾶν Deo, ut in luce purissima, omnia sunt conspicua, penetrans enim sinus intimos animi,*

videt, quae non cernuntur aliis. δὲ *sed*, *imo* id. qd. ἀλλὰ ut 6, 12. 9, 12. v. *Raphelius* Obss. Polyb. et Xenoph. ad v. 15. *Devarius* de Particc. p. 101. ed. *Reusm.* et *Elsnerus* ad Matth. 25, 9. γυμνὸς *nudus*, quia autem quae nuda sunt, visui exposita et manifesta sunt, hinc etiam γυμνὸς per metaphoram est *manifestus, apertus.* Sic quoque Hebraei utuntur nomine ערום v. Iob. 26, 6. ubi οἱ ὁ habent; γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ *manifestus infernus coram illo.* Heliodor. 10. p. 501. γυμνὴ καὶ ἀπαρακάλυπτος κατηγορία. Euseb. Demonstr. Ev. 2, 41: γυμνότερον διδάσκειν. Lex. Cyrilli MS. Brem. γυμνῶς, φανερῶς. vid. *Gatackerus* ad Antonin. 12, 2. p. 346. et *Palairetus* ad h. l. τραχηλίζειν proprie notat *collum reflectere, resupinare,* deinde per metaphoram *detegere, manifestare,* ut h. l. τετραχηλισμένα dicuntur ea, quae patent et *aperta* (ita Vulg. expressit) cernuntur, quod ipsa verborum vicinia docet. Coniungitur enim tanquam synonymum cum voc. γυμνὸς, eique opponitur ἀφανής. In Hesychii Glossario explicatur πεφανερωμένα, a Theophylacto δῆλα, γυμνὰ, φανερά. Sed unde metaphora petita sit, interpretes tum veteres, tum recentiores inter se dissident v. *Suicerus* in Thes. Eccles. sub. v. τραχηλίζω, et *Gatackerus* ad Antonin. l. l. Sunt qui significationem repetendam esse statuant a victimis, quae excoriantur, et resupinatae per dorsi spinam finduntur, ut omnium oculis extrinsecus et intus pateant, atque verbum eo significatu accipiant ut notet *spinam dorsi dissecare.* Sed nemo horum interpretum hanc verbi significationem comprobavit; spinam dorsi dissecare est Gr. ῥαχίζειν, vel διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν. *Faber* in Agonist. Lib. 1. c. 2. *Cuperus* Obss. 1, 2. quibus assentitur *Krebsius* ad h. l. opinantur, τραχηλίζειν esse verbum e palaestra et ludis gymnicis petitum, ubi luctator ut adversarium vinceret, cervicem eius et collum torquebat, inflectebat et resupinabat, ita ut resupinata adversarii facies omnium oculis pateret Ael. H. V. 12, 58. ὁρᾶτε (εἶπε) τὸν ἀθλητὴν ὑμῶν τὸν μέγαν ὑπὸ παιδίσκης ἐκτραχηλιζόμενον *en pugilem vestrum magnum cui puella collum retorquet.* Philo in Lib. de praem. et poen. p. 914. E. καθάπερ ἀθλητὴς

ὑπὸ ῥώμης δυνατωτέρας ἐκτραχηλιζόμενος *sicut athleta a robustiore adversario, obtorto collo trahitur.* Sed hoc nimis quaesitum, si huic loco applices. Verior videtur sententia *Perizonii* ad Ael. H. V. l. l. quam etiam *Elsnerus*, *Wolfius*, *Abreschius*, *Dindorfius* comprobarunt. Scilicet resupinata dicuntur (*Perizonii* verba mea facio), quae omnium oculis sunt exposita, quia quorum faciem volebant visendam praebere aliis, veluti hominum, qui ad supplicium ducebantur, eorum capita resupinabant in cervicem. Plin. Panegyr. 34, 3. *nihil tamen gratius, nihil seculo dignius, quam quod contigit desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices.* Sueton. V. Vitell. 17. *in forum tractus est, retorto coma capite ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut visendam praeberet faciem, neve submitteret.* Haec interpretatio nostro loco apprime convenit; atque sententiae, Deum non latet improborum animi turpitudo, (γυμνὰ, τετραχηλισμένα) inhaeret notio pudoris et ignominiae. τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ continuata metaphora, pro simpliciore αὐτῷ positum est. πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος] *quocum nobis res s. negotium est.* Fuerunt qui supplendum putarent ἀποδοτέος ἐστὶ s. ἀποδοθῆναι δεῖ s. ἀποδοθήσεται (v. *Er. Schmidius*, *Carpzovius*, *Heinrichsius*), ratio reddenda est np. factorum nostrorum s. vitae nostrae. Provocarunt ad eos N. T. locos in quibus formula λόγον ἀποδιδόναι *rationem reddere*, occurrit Hebr. 13, 17. Matth. 12, 36. Luc. 16, 2. 1 Petr. 4, 5. Sed durior est haec ellipsis, et ab usu loquendi aliena, praeterea etiam Graeci frequentius dicunt λόγον ἀποδιδόναι τινὶ, quam πρός τινα, ac plerumque mentionem rei, cuius ratio reddi debet, adiiciunt. Subintelligendum est ἐστί. *Erasmus* cum Vulgato interprete vertit: *ad quem nobis sermo est.* Alii verba reddenda praecipiunt: *de quo nobis sermo est.* Saepius quidem praepositio πρὸς ponitur pro περὶ v. Hebr. 5, 11. 2, 5. Rom. 10, 21. Luc. 19, 9. *Perizonius* ad Ael. H. V. 12, 64. *Kypkius* ad Luc. 18, 1. *Palairetus* ad h. l. Sed satis frigida sic procedit sententia. Equidem in eorum partes discedo qui verba reddenda censent: *quocum nobis res s. negotium est*, quae interpretatio

non modo usui loquendi, sed etiam contexto sermoni cummaxime consentanea est. Severe enim et minaciter admonere voluit scriptor lectores in fine huius capitis. Inest autem omnino verbis sententia haec: ratio nobis reddenda est Deo minanti et contumaces punienti. Bene Theophylactus exposuit verba: ᾧ μέλλομεν δοῦναι τοὺς λόγους καὶ τὰς εὐθύνας τῶν πεπραγμένων. Neque aliter Chrysostomus et Oecumenius. Voc. λόγος ut Hebr. דבר haud raro *rem*, *negotium* indicat Iudd. 18, 28. ubi οἱ ό habent: οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετὰ ἀνθρώπου. 2 Regg. 9, 5. LXX. λόγος μοι πρὸς σὲ ὁ ἄρχων. Neque desunt exempla similia apud scriptores Graecos v. *Wetstenius* ad h. l. πρὸς significat *cum*, ut 10, 16. al. quem usum huius particulae illustravit *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Gr. Vol. 3. P. 2. p. 259.

---

14. Aliud iam pertractatur argumentum, quod, si disputationis seriem diligentius consideraveris, sponte et ultro concedes. Parum igitur accurate h. l. facta est capitum divisio, atque hinc, ut iam *Beza* monuit, novam sectionem auspicari oportuerat. Agit autem hic locus de Iesu Messia pontifice maximo, et quod scriptor 2, 17 sq. 3, 1. paucis tantum attigerat, iam accuratius et uberius pertractat, et sicuti cap. 3. ostenderat Christum esse Mose dignitate superiorem, ita hoc capite et seqq. demonstrat, Christum esse verum pontificem et longe praestare Iudaeorum pontifici summo et cunctis Iudaeorum sacerdotibus c. 4, 14-10, 18. Ac sapienter quidem hanc disputationem instituit noster. Cum enim verendum esset, ne christianorum ex Iudaeis plures, externo cultus Mosaici splendore commoti, ad Iudaeorum sacra reverterentur, et cum nihil esset Iudaeis in religione maius sacrificiorum oblatione, atque pontificum augusta specie (quanta fuerit pontificis summi auctoritas et amplitudo docent loci Philonis Legat. ad Cai. p. 1031. C. de profug. p. 466. B. add. Ioseph. c. Apion. 2, 21.); iam scriptoris ingenium solers et versatile in eo elaborat, ut omnes similitudines illius, quae Christo cum sacrificiis et sacerdotibus summis intercederet partes, vel

sponte oblatas arripiat, vel a vulgi intelligentia remotiores arcessat, et veras rerum notiones imaginum Iudaicarum tegumentis involvendo, tale lectoribus sacerdotium Christi depingat, quod Iudaeis etiam augustum appareret atque venerandum vid. *Königii* Commentat. ad locum ep. Pauli ad Hebr. 5, 1-8. Chemnit. 1790. 8. In hac autem sectione 4, 14-5, 11. comparatur Christus cum sacerdotibus Iudaeorum summis, ita, ut non tantum commemorentur ea, in quibus iis similis sit, sed etiam in quibus eos antecellat. Ac similitudo quidem quae inter Christum et pontifices intercedit, ut epistolae auctor docet, haec est: pontifex hominum caussa constituitur 5, 1. potest hominum peccantium misericordia tangi v. 2. a Deo pontifex constituitur v. 4. Dissimilitudo: pontifex est merus homo 5, 1. peccatis obnoxius 5, 2. 3. Christus nullum peccatum commisit 4, 15. Christus est Dei filius, homo factus ut esset pontifex 5, 5. et a Deo pontifex perpetuus ad rationem Melchisedeci declaratus est 5, 6. 10. ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν] *cum ergo habeamus pontificem summum, eximia dignitate conspicuum.* Particula οὖν epanalepsi post longam digressionem h. l. inservit, revocat scriptor lectoribus in memoriam, se iam antea Christum hoc nomine insignivisse v. 2, 17. 3, 1. Similis locus 1 Cor. 8, 4. coll. v. 1. ἀρχιερεὺς μέγας non indicat pontificem summum, haec enim notio iam inest vocabulo ἀρχιερεὺς, sed μέγας declarat personae magnitudinem et dignitatem eximiam, et verissime ita scriptor nuncupare poterat Christum pontificem, nam ostenderat supra eum esse maiorem angelis 1, 4-14. maiorem Mose 3, 3 sq. et verba quae h. l. sequuntur summam Christi dignitatem exponunt. Sic fere etiam rex Persarum qui plures reges sibi subditos haberet κατ' ἐξοχὴν dicebatur μέγας Aristoph. Plut. 170. Aeschyl. Pers. 24. βασιλεὺς βασιλέων, ὁ μέγας ubi v. *Stanleius.* διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς] *qui per coelos transiit*, usque ad sedem maiestatis divinae. Respicitur Christi in coelum reditus v. Act. 1. *Ernestius*, *Abreschius*, *Dindorfius*, alii, διέρχεσθαι dictum accipiunt pro εἰσέρχεσθαι *ingredi* quod verbum legitur 9, 12. 24. (quam verbi potestatem

vellem accuratius probassent), et pluralem numerum οὐρανοὺς in locum alterius numeri substitutum esse statuunt ut Act. 2, 34. coll. 1, 11. Equidem iis interpretibus accedere nullus dubito, qui epistolae auctorem Iudaeorum illius aetatis opinionem de tribus coelis, uno aereo, nubibus tecto, altero sidereo, tertio sede Dei, respexisse statuunt. Recentiores Iudaei septem coelos distinxisse *Wetstenius* docuit ad 2 Cor. 12, 2. Trium coelorum ipsae literae sacrae mentionem faciunt v. 2 Cor. 12, 2. ubi tertium coelum, Dei et geniorum coelestium sedes, quod Sir. 16, 18. ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ dicitur, ubi v. *Bretschneiderus*, vocatur παράδεισος de qua voce v. a nobis notata ad Luc. 23, 43. Tres erant templi partes, atrium, Sanctum et Sanctissimum, quae separabantur aulaeis v. not. ad 6, 19. Pontifex summus quotannis, die decimo mensis Tisri, Sanctissimum intrabat, et cum hoc pontificis, qui varias templi partes transibat, ingressu in adytum comparat noster Christi in coelum reditum, cui varii οὐρανοὶ transeundi erant, donec veniret in intimam veluti divini palatii, templi coelestis v. ad v. 16. not. partem, ubi se ipsum victimae loco Deo obtulit v. 9, 26. pro hominibus intercedit 7, 25. 28. ubi v. not. et cum Deo regnat 1, 3. Quare etiam ep. auctor non scripsit ἀναβάντα, ut legitur Eph. 4, 8 sq. aut ἀναληφθέντα v. Act. 1, 2. aut ἀναφερόμενον v. Luc. 24, 5. sed comparationi institutae convenienter verbo διεληλυθότα usus est. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας] *retineamus professionem nostram;* Iesum summum nostrum pontificem, et felicitatis nostrae auctorem, eiusque adeo religionem constanter profiteamur vid. ad 3, 1. κρατῶμεν id. qd. βεβαίως κατάσχωμεν 3, 6. 14. κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν ἀκλινῆ 10, 23. Theophylactus: βεβαίως παρακατέχωμεν.

15. Affirmaverat scriptor Iesum Messiam, eundemque pontificem coelum, Dei sedem intrasse, et admonuerat lectores, ut huic ipsorum pontifici constanter adhaererent, in eoque fiduciam suam collocarent. Iam rationem reddit cur ei adhaerere atque confidere possint et debeant, et cum aliquis contra monere posset: si talis ac tantus est Christus, miseriis nostris non movebitur; simul verbis huius

versus refellit ita sibi occurrentem. Habemus, inquit, pontificem, qui nil humani a se alienum putet, qui aeque ac Iudaeorum pontifices misericordia tangi possit 5, 2. *Abreschius*, *Griesbachius*, (in Comment. de imaginibus Iudaicis, quibus auctor ep. ad Hebr. in describenda Messiae provincia usus est. Ienae 1792. 4. Opuscc. Acadd. Vol. 2.) *Heinrichsius*, *Iaspisius* opinati sunt, Christum h. l. opponi sacrificulis et pontificibus Iudaeorum, quorum multi perditissimi homines essent, qui in dies laute splendideque viverent, et genio suo indulgerent, in pompa sacrificiali et immolandis hostiis acquiescerent, populi autem res parum curarent. Sed quae hoc in versu leguntur, pertinent, exceptis verbis χωρὶς ἁμαρτίας, ad similitudinem, quae inter Christum pontificem et Iudaeorum pontifices intercedit, et ut probe monuit *Dindorfius* ad h. l., haec inhumanitas pontificum aliquot Iudaicorum Christi aetate viventium, non ex notione et ratione pontificii muneris ipsa fluebat, sed a malo animo singulorum, qui hoc munere plane indigni erant, proficiscebatur. μὴ δυνάμενον *qui non possit*, non aptus et idoneus sit v. 2, 18. 5, 2. συμπαθέω *eodem quo alter sensu afficior;* ratione miserorum, *misericordia tangor*. Symmachus hoc verbo expressit Hebr. נוּד Iob. 2, 11. quod verbum Alexandrini interpretes Ps. 68, 21. verterunt συλλυπεῖσθαι. Philo Lib. de Septen. Opp. T. 2. p. 290. τῷ δ' ἀπόρως ἔχοντι συνεπάθησε. Test. XII. Patr. p. 245. τῷ ἀσθενεῖ συμπαθεῖ. Philon. Gloss. συμπαθῶ, *misero*. ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν] *miseriis nostris:* Vocabulum ἀσθένεια vario sensu legitur, adhibetur ita, ut notet *infirmitatem, imbecillitatem corporis* v. Xen. Mem. 4, 2. 32. ubi opponitur ῥώμη. Herodi. 1, 4. 16. ἀσθένεια τοῦ σώματος infirmitas ex morbo add. Plutarch. PP. E. 5, 10. *morbum* Xen. H. Gr. 6, 4. 18. Matth. 8, 17. Luc. 5, 15. al. 2 Macc. 9, 21. et *imbecillitatem ingenii* 1 Cor. 8, 11. atque *animi, vitiositatem, ad peccandum pronitatem* Rom. 6, 19. et natam inde peccatorum varietatem Hebr. 5, 2. unde ἀσθενεῖς dicuntur peccatores Rom. 5, 6. coll. v. 8. Hinc etiam indicat *miseriam*, ut Rom. 8, 26. coll. v. 18. ubi v. *Koppius*. 2 Cor. 11, 30. Hesychius: ἀσθένεια, ταλαιπω-

ρία, νόσος, ἀδυναμία. In hoc orationis contextu latiori sensu positum est, ita ut *miseriam quamvis* declaret cum ex vitiositatis et peccatorum, tum ex afflictionum et calamitatum ob religionis christianae professionem perferendarum sensu ortam, ut verba quae sequuntur docent coll. v. 16. extr. 5, 2. add. 7, 28. πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα] *sed eum qui pariter ac nos omnis generis mala pertulerit.* Theophylactus: ἐδιώχθη, ἐνεπτύσθη, ἐσυκοφαντήθη, ἀπηλάθη, τέλος ἐσταυρώθη· πάντα ταῦτα ὑπέμεινε καθ' ὁμοιότητα τὴν ἡμετέραν. Particula δὲ idem valet quod ἀλλὰ ut v. 13. Pro πεπειρασμένον in aliis libris legitur πεπειραμένον, quam lectionem probavit *Griesbachius*, in textum receperunt *Bengelius*, *Matthaeius* et *Knappius.* Sensus idem manet; de usu verbi πειράω v. *Schulthessius* ad Iac. 1, 13. p. 28. Recepta lectio plurium optimae notae codd. auctoritate munita, retinenda videtur. De verbo πειράζειν vid. not. ad 2, 18. καθ' ὁμοιότητα scl. ἡμῶν, et πεπειρασμένον κ. τ. λ. positum est pro: γενόμενον ἐν πᾶσι τοῖς πειρασμοῖς ὅμοιον ἡμῖν. Verbis χωρὶς ἁμαρτίας *Morus*, *Iaspisius*, *Schulzius*, *Böhmius* declarari putant, Christum in perferendis calamitatibus nihil unquam peccasse, sed eas ita sustinuisse ut non ab officio recederet, et haec verba addita esse statuunt, non tantum Iesu Messiae sed etiam lectorum caussa, ut hoc optimo patientiae et constantiae exemplo admonerentur calamitatibus pressi. Mea vero sententia, praeoptanda est eorum interpretum ratio, qui his verbis χωρὶς ἁμαρτίας *excepto peccato*, indicari censent, Christum ab omni errore et peccato fuisse immunem, eaque scriptorem adiecisse ne ultra modum lectores extenderent similitudinem quae inter Christum et Iudaeorum pontifices intercederet. Hanc interpretationem confirmant ea quae 5, 2. et 7, 26. leguntur, ad eam confirmandam faciunt etiam alii N. T. loci 2 Cor. 5, 29. τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν. 1 Petr. 2, 22. ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε. 1 Ioh. 3, 5. καὶ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἐστί. Utramque interpretationem coniunxit Theophylactus, cuius verba sunt: οὔτε γὰρ ἁπλῶς ἁμαρτίαν εἰργάσατο, οὔτε ὅτε ταῦτα ἔπασχεν ἁμαρτητικόν τι ἢ εἶπεν ἢ ἔδρασεν.

Ὥστε δύνασθε καὶ ὑμεῖς ἐν ταῖς θλίψεσι χωρὶς ἁμαρτίας διαγενέσθαι. Theophylacto assensi sunt *Limborchius* et *Peïrcius*. De ἀναμαρτησίᾳ Christi vid. *Ullmann über die Unsündlichkeit Iesu* in *theolog. Studien und Kritiken B.* 1. *Heft* 1. (Hamb. 1828.) p. 1 sq. et quos p. 9. laudavit.

16. Continet hic versus coniunctam cum consolatione exhortationem, quae Christi pontificatu nititur. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος] *itaque bono animo accedamus ad solium gratiae:* προσέρχεσθαι et προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ, ut ἐγγίζειν (7, 19.) ex usu scriptorum sacrorum proprie ii dicuntur, *qui Dei colendi caussa templum adeunt, sacra ibi facturi, Deumque adoraturi* v. Levit. 21, 21. Hebr. 10, 1. deinde adhibentur illa verba de iis, *qui Deum precibus adeunt* v. 1 Sam. 10, 3. Sir. 1, 27. Hebr. 7, 25. 10, 22. omninoque de iis *qui Deum colunt* Matth. 15, 8. Iac. 4, 8. Hebr. 11, 6. H. l. sensus est: Dei et Christi (7, 25. Rom. 8, 34.) auxilium imploremus, favorem nobis efflagitemus. Pro προσερχώμεθα in nonnullis libris extat προσερ χόμεθα, quam tamen lectionem improbandam esse docent orationis contextus, addita particula οὖν, et verbum κρατῶμεν, quod v. 14. praecessit. μετὰ παῤῥησίας fiduciae pleni, ita, ut nobis persuasissimum sit, nos impetraturos esse, quod rogamus. v. 3, 6. add. 10, 19. E re sacra et sacerdotali depromtae sunt formulae h. l. occurrentes. Scilicet Israelitae in templo Deum adorantes, eminus stabant in atrio, et ne ad altare quidem holocausti admittebantur, nisi quando sacrificium offerrent; sacerdotes vulgares a sanctissimo templi loco in quo thronus gratiae (Dei propitii), arca foederis erat, perpetuo arcebantur; ipse pontifex maximus quotannis die expiationis solenni, tremebundus, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ad hunc Dei thronum accedebat v. *Deylingius* Obss. Sacrr. P. 3. p. 355 sq. Quod Israelitis non licebat, ne sacerdotibus quidem, hoc, inquit scriptor, licet per Christum ipsius cultoribus, animo laeto et intrepido adire possunt Dei thronum in templo coelesti, Dei palatio v. 6, 20. 9, 8. 11. 10, 19. Templum terrestre Iudaeis erat imago templi coelestis v. not. ad 8, 2. 9, 24. Apoc. 16, 17. 22, 3. Voce autem

θρόνος χάριτος alluditur ad arcam foederis, cuius operculum (*ἱλαστήριον* 9, 5. ubi v. not.), quod Cherubim alis suis tuebantur, Iudaeis erat Dei thronus terrestris, super quo, tanquam throno, sedebat Dei maiestas, iisque operculum illud gratiae divinae symbolum erat Philo de profugis p. 456. A. *μίμημα τῆς δ' ἵλεω δυνάμεως, τὸ ἐπίθεμα τῆς κιβωτοῦ, καλεῖ δ' αὐτὸ ἱλαστήριον umbra et exemplar gratiae divinae, operculum arcae est, quod propitiatorium vocatur.* Lib. 3. de Vit. Mos. p. 668. D. *ἱλαστήριον ἔοικεν εἶναι σύμβολον φυσικώτερον τῆς ἵλεω τοῦ Θεοῦ δυνάμεως propitiatorium est symbolum naturale gratiosae Dei benivolentiae.* Theodoretus ad Rom. 3, 25. *τὸ ἱλαστήριον πέταλον ἦν χρυσοῦν· ἐπέκειτο δὲ τῇ κιβωτῷ, ἑκατέρωθεν δὲ εἶχε τὰ τῶν Χερουβὶμ ἐκτυπώματα· ἐκεῖθεν τῷ ἀρχιερεῖ λειτουργοῦντι ἐγένετο δήλη τοῦ Θεοῦ ἡ εὐμένεια propitiatorium erat lamina aurea, quae super arcam incumbebat: habebatque utrinque effigies Cherubim.* Quando pontifex, animadvertit *Deylingius* l. l. p. 361. in anniversario expiationis festo, adytum ingressus, suffitum faciebat, et sanguinem victimarum pro peccatis immolatarum spargebat, universus populus, qui in atrio Deo supplicabat, *ἔλεον καὶ χάριν Dei* gratiam, ac delictorum veniam consequebatur Levit. 16, 31. Quaesiverunt autem interpretes, cuiusnam thronus, utrum Dei an Christi h. l. significetur, cum ep. auctor simpliciter scripserit *τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος*. Multi versantur in ea sententia ut Christi thronum intelligendum esse statuant. In qua eadem sententia fuerunt etiam librarii qui addiderunt pronomen *αὐτοῦ*, quam lectionem nonnulli codd. et versiones exhibent. Contra vero monuerunt explanatores alii, Iesum h. l. non spectari ut regem, sed ut sacerdotem summum; arcam foederis designasse Iudaeis Dei patris thronum gratiae, quem pontifex in adytum ingressus, non occupasset, sed accessum ad illum patefecisset, et sic de Christo quoque h. l. dici, eum transiisse coelos, suo sanguine coram throno Dei patris comparuisse, aditumque ad Patrem liberum paravisse v. 14. 9, 24. 10, 20. adeoque thronum unde gratia concedatur ad Deum patrem referendum esse, et significari hac appel-

latione Deum ipsum hominibus benevolum et propitium. At enimvero negari nequit, Christo in libris N. T. thronum tribui v. Hebr. 1, 8. Apoc. 3, 21. et Hebr. 8, 1. Christus *pontifex*, in throno ad Dei dextram sedere dicitur. Confert scriptor Christum cum pontifice Iudaeorum summo, sed eum hoc longe maiorem esse docet, comparat eum quoque cum Melchisedeco rege, eodemque sacerdote 5, 6. Sacerdos Iudaeorum summus, postquam templi partes transierat, ingrediebatur adytum, accedebat ad arcam foederis, ad Dei thronum, comparebat coram Deo, *stabat* 10, 11. ubi v. not. Christus vero per coelos ad ipsam Dei sedem progressus est, comparuit coram Deo 9, 24. et ad dextram Dei consedit 8, 1. 12, 2. Itaque *θρόνος τῆς χάριτος* est Dei thronus in templo coelesti, qui idem Messiae ad Dei dextram sedentis est, et inde nobis conceditur *χάρις*, h. e. imagine remota: animo laeto et intrepido Dei per Christum ad misericordiam propensi, nobis propitii, favorem atque auxilium efflagitare et certo sperare possumus 7, 25. Rom. 8, 34. *ἔλεος καὶ χάρις* sunt fere synonyma, sed *ἔλεος misericordia*, ut bene monuit *Böhmius* magis id appellat, quo lectores calamitatibus pressi, *χάρις benignitas, gratia*, id quo culpa non carentes indigebant, ut adeo *χάρις* sit *benignitas*, quae sese exserit peccata condonando, quo significatu saepius hoc vocabulum in literis sacris recurrit, ut Rom. 5, 2. 17. 20. 6, 1. Gal. 5, 4. et *βοήθεια* utrumque genus *τῶν ἀσθενειῶν* spectat. Pro *ἔλεον* in multis codd. legitur *ἔλεος*, quod cum frequentius in libris N. T. occurrat, prius praeferendum videtur. Verbum *εὑρίσκειν* idem valet quod *λαμβάνειν nancisci, obtinere* ut ap. Ael. H. V. 3, 17. extr. *καὶ αὐτοῖς σωτηρίαν εὕραντο.* add. Pindar. Olymp. 7, 164. Pyth. 2, 118. Plura dabunt *Abreschius* Dilucc. Thucydd. p. 40. *Albertius* ad Hebr. 9, 12. *Palairetus* ad Rom. 4, 1. add. a nobis not. ad Luc. 1, 30. *εἰς εὔκαιρον βοήθειαν*] *ad impetrandum auxilium tempore opportuno:* *εἰς* finem et utilitatem declarat ut 9, 26. *εὔκαιρος opportunus, tempestivus* Plutarch. PP. E. 14, 20. *εὔκαιρος σιγή.* Ael. H. V. 13, 26. *εὔκαιρος ἐπιθυμία.* Ps. 104, 27. *τροφὴ εὔκαιρος.* Tempus opportunum h. l. illud tem-

pus dicitur, quo delictorum venia, auxilioque divino indigemus. E *Böhmii* sententia, quam verissimam puto, *βοήθειαν* illam noster vocavit *εὔκαιρον*, ut hoc potissimum tempore, quo haec scriberentur, lectoribus illa opus esse, prudenter significaret.

CAPUT V.

Probare pergit scriptor Iesum Messiam esse verum pontificem, et Iudaeorum pontifices longissime superare. *πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος*] *omnis enim pontifex ex hominibus captus*, omnis pontifex humanae conditionis. Distinguuntur Iudaeorum pontifices, quippe meri homines, a Christo pontifice vid. 7, 28. et notata supra ad 4, 14. Particula *γὰρ* orationem de Christi pontificatu coeptam continuat. Verbis *πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀ. λαμβανόμενος* Iudaeorum pontifices respici satis perspicue docent ea quae v. 2. leguntur. *ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν* (coll. 4, 15.) et v. 3. *οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν*. cf. et v. 4. Verbum autem *λαμβάνειν*, quo interpretes Alexandrini expresserunt Hebr. לקח notat *capere, eligere* ut Num. 3, 12. *καὶ ἰδοὺ ἐγὼ εἴληφα τοὺς Λευίτας ἐκ μέσου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ*. v. 41. *καὶ λήψῃ τοὺς Λευίτας ἐμοί*. Amos. 2, 11. *ἔλαβον ἐκ τῶν υἱῶν μου εἰς προφήτας* add. Act. 15, 14. Philo Lib. 1. Allegor. p. 50. A. Latinis *capi* dicebantur virgines Vestales, Flamines Diales, Pontifices, Augures. Gell. N. A. 1, 12. *Sed flamines quoque Diales, item Pontifices et Augures capi dicebantur* cf. etiam Sueton. V. Aug. c. 31. Tacit. Ann. 15, 22. *ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν*] *hominum caussa propter cultum divinum constituitur*. De formula *τὰ πρὸς τὸν Θεὸν* disputatum est ad 2, 17. indicatur ea omnino cultus divinus, quatenus ad sacerdotum officia pertinet, sacrorum populi procuratio, speciatim hostiarum immolatio, unde h. l. additur *ἵνα προσφέρῃ κ. τ. λ.* Verbum *καθίστημι, καθιστάνω* frequens est de iis qui muneri praeficiuntur v. infra 7, 28. 8, 3. Xen. Anab. 3, 2. 3. *Ἀριαῖον βασιλέα καθιστάναι*. Herodi. 7, 1. 21. *στρατηγὸν ἑαυτῶν κατέστησαν*. Palaeph. f. 23. *καθιστάναι ἐπίτροπον*. Philo

latione Deum ipsum hominibus benevol
At enimvero negari nequit, Christo in lib
tribui v. Hebr. 1, 8. Apoc. 3, 21. et He
pontifex, in throno ad Dei dextram sede
fert scriptor Christum cum pontifice Iu
sed eum hoc longe maiorem esse docet
quoque cum Melchisedeco rege, eodemqu
Sacerdos Iudaeorum summus, postquam te
ierat, ingrediebatur adytum, accedebat
ris, ad Dei thronum, comparebat coram
11. ubi v. not. Christus vero per coelos a
dem progressus est, comparuit coram I
dextram Dei consedit 8, 1. 12, 2. Itaque
τος est Dei thronus in templo coelesti,
ad Dei dextram sedentis est, et inde nobi
ρις, h. e. imagine remota: animo laeto et i
Christum ad misericordiam propensi, nob
rem atque auxilium efflagitare et certo s
7, 25. Rom. 8, 34. ἔλεος καὶ χάρις sun
sed ἔλεος *misericordia*, ut bene monuit
appellat, quo lectores calamitatibus pres
tas, *gratia*, id quo culpa non carentes in
χάρις sit *benignitas*, quae sese exserit pe
quo significatu saepius hoc vocabulum i
currit, ut Rom. 5, 2. 17. 20. 6, 1. Ga
utrumque genus τῶν ἀσθενειῶν spectat.
tis codd. legitur ἔλεος, quod cum freq
T. occurrat, prius praeferendum vide
σκειν idem valet quod λαμβάνειν nanc
Ael. H. V. 3, 17. extr. καὶ αὐτοῖς σω
Pindar. Olymp. 7, 164. Pyth. 2, 118.
schius Dilucc. Thucydd. p. 40. *Albe*
Palairetus ad Rom. 4, 1. add. a nob
εἰς εὔκαιρον βοήθειαν] *ad impetran*
opportuno: εἰς finem et utilitatem d
ρος *opportunus*, *tempestivus* Plutarc
ρος σιγή. Ael. H. V. 13, 26. εὔκα
27. τροφὴ εὔκαιρος. Tempus opp

CAPUT V.

... Iesum Messiam esse verum ... et Iudaeorum pontifices longissime superare.

... ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος] omnis ... ex hominibus captus, omnis pontifex humanis. Distinguuntur Iudaeorum pontifices, quippe ... a Christo pontifice vid. 7, 28. et notata ... Particula γὰρ orationem de Christi pon... continuat. Verbis πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀ. λαμ... Iudaeorum pontifices respici satis perspicue ... v. 2. leguntur. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ... et v. 3. οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσ... Verbum autem λαμβάνειν, ... Alexandrini expresserunt Hebr. לקח notat ... Sam. 2, 22. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ εἴληφα τοὺς ... Ἰσραὴλ. v. 41. καὶ λήψη τοὺς ... 2, 11. ἔλαβον ἐκ τῶν υἱῶν μου εἰς ... Philo Lib. 1. Allegor. p. 50. A. ... virgines Vestales, Flamines Dia... Gell. N. A. 1, 12. Sed flamines ... Pontifices et Augures capi dicebantur ... Tacit. Ann. 15, 22. ὑπὲρ ... πρὸς τὸν Θεόν] hominum causa ... De formula τὰ πρὸς ... 2, 17. indicatur ea omnino cul... sacerdotum officia pertinet, sa... hostiarum immolatio, ... Verbum καθί... de iis qui muneri praefi... Anab. 3, 2, 3. Ἄρχειν ... 21. στρατηγὸν ἑαυτῶν ... ἐκατοντάρχων. Philo

K

γινώσκειν ἐπιεικῶς. Plutarch. de ira cohib. p. 458. ἀναστῆσαι δὲ καὶ σῶσαι, καὶ φείσασθαι, καὶ καρτερῆσαι, πραότητός ἐστι καὶ συγγνώμης καὶ μετριοπαθείας *erigere, servare, parcere, tolerare, mansuetudinis est, indulgentiae et moderationis.* Philo Lib. 3. Allegor. p. 85. A. *Μωσῆς δὲ* ὅλον τὸν θυμὸν ἐκτέμνειν καὶ ἀποκόπτειν οἴεται δεῖν τῆς ψυχῆς, οὐ μετριοπάθειαν, ἀλλὰ συνόλως ἀπάθειαν ἀγαπῶν *Moses autem universam iram exscindi et eradicari debere dicit, non amans* μετριοπάθειαν, *sed omnino* ἀπάθειαν. i. e. non ferre potest, si quis nonnullos affectus habet, sed si quis plane nullos. Qui animi affectiones moderari, iram continere potest, is potest etiam *ignoscere peccantibus, clementer et benigne cum iis agere.* Hinc ap. Dionys. Halic. Lib. 8. p. 529. τὸ εὐδιάλλακτον καὶ μετριοπαθὲς (*animus placabilis*), tanquam synonyma coniunguntur. Ioseph. Ant. 12, 3. 2. Οὐεσπασιανοῦ ἄν τις καὶ Τίτου τὴν μεγαλοφροσύνην εἰκότως ἐκπλαγείη, μετὰ πολέμους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας, οὓς εἶχον πρὸς ἡμᾶς μετριοπαθησάντων *Vespasiani et Titi magnanimitatem merito quis obstupescat, qui post tot bella et certamina nobiscum, benignos se et clementes nobis praestiterunt s. nihil immoderate in nos statuerunt.* Apud eundem Ant. 5, 7. 7. μετριάζειν est, *clementem, benignum se praebere*, verba sunt: παρακαλοῦντες δὲ αὐτὸν Θεὸν μετριάσαντα, καὶ πρὸς δέησιν αὐτῶν ὑπαχθέντα, παύσασθαι τῆς ὀργῆς *Deum implorabant, ut clementem se praeberet, precibusque eorum supplicibus flexus, ab ira desisteret.* Iam quod notionem attinet huic verbo h. l. substituendam, qui ob locum 4, 15. vertunt: *qui potest, quantum satis est misereri aliorum*, vereor ut hanc verbi *significationem* exemplis probare possint idoneis. Equidem μετριοπαθεῖν δυνάμενος vertendum puto, *clementem, benignum sese gerere potest, sich nachsichtsvoll beweisen.* Non usus est scriptor verbo συμπαθεῖν *misericordia tangi*, quo de Christo usus est 4, 15. ubi nomen ἀσθένεια latiori significatu positum extat, sed verbo μετριοπαθεῖν, quia de pontifice humano sermo est, et per τὴν ἀσθένειαν h. l. solummodo peccata significantur. Si vero sensum spectamus, cum scriptor respe-

xerit formulam *συμπαθῆσαι δυνάμενον* 4, 15. atque adeo *μετριοπαθεῖν* respondeat verbo *συμπαθεῖν*, illud exprimi potest: *lenem, indulgentem se, misericordia tactus, praebere potest.* Sententia loci haec est: pontifex humanus, cum ipse peccator sit, peccatoribus, misericordia tactus, lenem sese praebere potest, ita, ut non severi iudicis personam agat, sed aptus et idoneus (*δυνάμενος* 2, 18. 4, 15.), promtus et paratus sit, pro aliorum delictis sacrificare. Verba *τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις Peircius* et *Valckenarius* ex figura quae grammaticis Hendiadys audit, posita putant pro, *τοῖς ἐξ ἀγνοίας πλανωμένοις qui ex ignorantia peccant.* At enimvero non tantum peccata per imprudentiam commissa, sed etiam gravissima, V. T. pontifices expiabant v. Levit. 6, 1-7. al. Sunt potius haec verba synonyma, iisque ex usu interpretum Alexandrinorum peccata quaevis indicantur. Etenim Ps. 25, 7. פֶּשַׁע *peccatum* verterunt *ἄγνοια*, ut 2 Chron. 28, 13. Hebr. אַשְׁמָה ubi de gravi delicto sermo est. Hos. 4, 16. Hebr. verbum אשם quo ibi idolorum cultus notatur, expresserunt verbo *ἀγνοεῖν*. Sir. 5, 18. *ἐν μεγάλῳ καὶ μικρῷ μὴ ἀγνόει, μηδὲ ἓν nullum plane peccatum committas, neque gravius, neque levius.* add. Sap. 14, 22. Ita quoque nomen *ἀγνόημα* infra 9, 7. ubi v. not. et Sir. 51, 19. de quovis delicto legitur. Verbum autem *πλανᾶσθαι*, quod inprimis de viatoribus, qui a recta via aberrarunt usurpatur, transfertur in versione Alexandrina Deut. 30, 17. 4, 19. ad idolorum cultum, ut omnino ad improbos et flagitiosos Sir. 16, 29. ubi coniunguntur *ἄφρων* et *πλανώμενος*. 2 Petr. 2, 15. *καταλιπόντες εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν.* add. Ies. 46, 8. ubi respondet Hebr. פשע *peccare. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν*] *cum ipse sit imbecillitate circumdatus* i. animi imbecillitati, peccatis obnoxius sit: *περικεῖσθαι* poni solet de vestimentis corpus circumdantibus Athen. 5, 13. *περικείμενος δακτύλιον χρυσίον.* Ioseph. Vit. §. 64. *θεασάμενός τινα λαμπροτέραν περικείμενον στολήν.* Herodi. 2, 3. 17. *εἴ τινας* (*ὑμεῖς*) *περικεῖσθε ἐσθῆτας.* Sed verba vestium saepius per metaphoram de qualibet arctiori coniunctione adhibentur, ita, ut *vestitum, indutum esse aliqua re,* dica-

tur pro, instructum, insignem et conspicuum esse aliqua re Theocrit. Id. 23, 14. φεῦγε δ' ἄπο χρώς, Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος *fugiebat inde color, Contumelia ex iracundia circumfusus erat.* Diog. Laert. 3, 3. 6. ἐνεδέδυτο τἀνδρὸς καὶ τὸ βάρος *viri illius quoque gravitatem induerat.* Philo c. Flaccum p. 969. C. μείζονα τιμῆς ὄγκον περιβέβληται. Alia exempla peti possunt ex *Kypkii* Obss. ad Luc. 24, 49. Neque Hebraeis haec imago inusitata est, qui eodem modo uti solent verbo לָבַשׁ v. Ps. 132, 9. *sacerdotes tui induentur* יִלְבְּשׁוּ צֶדֶק *iustitia* cf. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 157. neque Latinis Petron. c. 4. *eloquentiam pueris induere.* Sil. It. 1, 38. *sibi induit iras.* Idem: 15, 735. *cunctisque pavorem Gallorum induerat pavor.* Horat. Epist. 1, 18. 22. *Gloria quem supra vires et vestit et ungit.* Spectatur ergo h. l. vitiosa animi indoles, peccatum, ut vestimentum quo circumdamur. Hac quoque imagine de virtutibus et vitiis usus est Paulus Eph. 6, 13. Col. 3, 12. ubi v. *Heinrichsius.* Apposite *Carpzovius* ad h. l. quod rem attinet, laudavit locum Philonis, qui in fine libri de victimis, pontificem ait omnem pro se Numini sacrificium offerre περὶ ἁμαρτίας, pro peccato, διὰ τὸ ἄνθρωπος εἶναι, κἂν γὰρ ὁ τέλειος ᾖ γενητὸς, οὐκ ἐκφεύγει τὸ ἁμαρτάνειν *homo cum sit, quamvis caeterum pius et perfectus* (nam Iudaei de suis pontificibus eximie sentiebant, religiose eos venerantes) *peccato tamen non caret.* ἀσθένεια est h.l. ut omnis verborum complexio docet, vitiosa animi indoles et inde orta peccatorum varietas. Oecumenius: ἀσθένειαν, τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσε. vid. not. ad 4, 15. Quare prorsus improbanda est *Michaelis* ad *Peircium* interpretatio, qua immortalitatis notionem verbo tribuit, et *Wakefieldii* in Curis crit. atque exeget. P. 4. sect. 195. p. 218. atque *Valkenarii* in Scholis ad h. l. quibus ἀσθένεια est *corpus humanum imbecillum et infirmitatibus obnoxium,* cum veste comparatum, qua animus sit indutus. Artemidor. Onirocr. 4, 32. ὥσπερ γὰρ αὐτῷ τὸ ἱμάτιον, οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ αὐτὸ τὸ σῶμα περιέκειτο. Senec. ep. 92. *corpus natura ut vestem animo circumdedit.* Caeterum αὐτὸς περίκειται τὴν ἀσθένειαν positum est pro

ἀσθένεια περίκειται αὐτῷ v. *Matthiae Gramm.* §. 421. p. 580.

3. Pro *διὰ ταύτην* codd. nonnulli habent *δι' αὐτήν*, in aliis libris legitur *διὰ ταῦτα, διὰ τοῦτο*, Vulg. *propterea;* quae lectiones omnes glossemata redolent, neque audiendi sunt interpretes, quorum in numero ex recentioribus est *Schmidius* in Obss. super ep. ad Hebr. qui *διὰ ταύτην* dictum accipiunt pro *διὰ τοῦτο*, ex Hebraeorum loquendi consuetudine, atque monent, si *ταύτην* referendum esset ad *ἀσθένειαν*, epistolae auctorem scribere debuisse *δι' αὐτήν*, cuius rei necessitatem non perspicio, imo *διὰ ταύτην* referri potest ac debet ad *ἀσθένειαν*, et significantius dictum est quam *δι' αὐτήν*. — *οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ κ. τ. λ.*] Pontifex si sibi esset peccati conscius, iuvencum offerebat Levit. 4, 3. ubi v. *Rosenmüllerus*, quem etiam, si nil sibi mali conscius esset, maioris securitatis caussa die expiationis offerebat v. Levit. 16, 11. 24. Hebr. 9, 7. 7, 27. ubi cf. notata. Praepositio *περὶ* vim obtinet praepositionis *ὑπὲρ* vid. not. ad. Matth. 26, 28. *προσφέρειν* scl. *θυσίαν* coll. v. 1. Luc. 5, 14. sed *θυσία ὑπὲρ ἁμαρτίας* est victima piacularis.

4. Idem Deus qui Iudaeorum pontifices constituit, etiam Christum pontificem constituit. *καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν*] *neque cuiquam licet sibi illum honorem arrogare: τιμὴ* adhiberi solet de munere quovis Herodi. 7, 3. 8. *ὑπατείας τιμὴ consulatus dignitas.* Xen. Mem. 3, 1. 1. *τῆς τιμῆς ταύτης τυγχάνειν* ubi sermo est de munere ducis bellici. ib. 2, 6. 24. *τῶν πολιτικῶν τιμῶν κοινωνούς.* De dignitate regia legitur in vers. Alex. Dan. 5, 10. de munere sacerdotis ap. Philon. Lib. 3. de vit. Mos. p. 664. D. ut h. l. Ita quoque Latini usi sunt voc. *honor.* Iuvenal. Sat. 11, 87. *dictatoris honore functus.* Liv. 9, 26. *honore acto* i. dictatura finita. Nepos V. Attic. 6. *honores non petiit. λαμβάνειν* Ioh. 3, 27. et *λαμβάνειν ἑαυτῷ* notat, *sibi aliquid arrogare, vindicare*, quo sensu v. 5. legitur *δοξάζειν ἑαυτόν.* Quod rem attinet, loca quae huc faciunt, ex Rabbinorum scriptis attulit *Schöttgenius* in Horis Hebr. ad h. l. Bammidbar rabba sect. 18. fol. 234. 4.

Sic quoque Moses ad Corachum eiusque socios: si Aaron frater meus sibimet ipsi sumsit sacerdotium, erat cur in ipsum insurgeretis. Iam vero Deus id ipsi dedit, cuius est magnitudo et potentia et regnum. Quicunque ergo contra Aaronem surgit, contra ipsum Deum surgit. Jam vero quamquam non defuerant olim Israelitae, qui sacerdotium sibi arrogare vellent v. Num. 16. 2 Chron. 26, 16 sqq. et recentiori aetate multi pontifices non legitimo modo hoc munere potiti erant, recte tamen auctor ep. scribere potuit *οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει*, nam sermo est de eo quod servata legis sanctitate fieri debebat, et verba actionem indicantia saepe usurpantur de potestate agendi, de eo quod licitum est vid. *Storrii* Obss. ad Anal. et Synt. Hebr. p. 16. Similis locus 7, 13. Articulum *ὁ* ante *καλούμενος* et *Ἀαρὼν* plures et optimae notae libri omittunt, eumque recte ex ordine eiecerunt *Bengelius*, *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Schottus*; uncis inclusit *Vaterus*. Est enim consuetudo librariorum, neglectum saepius a N. T. scriptoribus articulum, ubi ipsis visum fuerit, textui inserendi. *καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ qui Dei destinatione huic muneri admovetur;* his verbis mente adiungendum est supplementum hoc: *λαμβάνει αὐτὴν*, et verbum *λαμβάνειν* eo sensu accipiendum ut notet *rite adipisci* ut Act. 1, 20. Hebr. 7, 5. Ioseph. Ant. 3, 8. 1. *καθάπερ Ἀαρὼν* v. Ex. 28, 1. Levit. 8. Num. 20, 25. nominatur Aaron loco reliquorum pontificum omnium, quia primus fuerat pontifex et primarius.

5. Permagna est interpretum dissensio de cohaerentia huius v. cum iis quae praecesserunt. Nullum enim vestigium *sacerdotii* in Messiam collati verbis Ps. 2, 7. h. l. laudatis inest. Quaeritur ergo quo iure epistolae auctor ad hunc Psalmi locum provocare potuerit, ut ex eo probaret, Iesum sibi non arrogasse pontificis dignitatem, sed eum a Deo huic muneri esse admotum? Varias interpretum tum antiquiorum, tum recentiorum sententias exposuit et examinavit *Gablerus* in libellis duobus ita inscriptis: Quo argumentandi genere usus sit auctor epistolae ad Hebraeos? c. 5. v. 5. 6. Quaestio Prior Ienae 1814.

Quaestio Posterior 1815. 4. Nos praecipuas sententias recensuisse satis habebimus: 1) *Beza*, *Piscator*, alii, in ea fuerunt sententia, ut crederent, verbis versus septimi Psalmi secundi laudatis cogitando adiicienda esse ea quae Ps. l. v. 8. sequuntur: *postula a me* etc. cum summi pontificis sit, petere a Deo, quae populi salutem spectent. Sed ut *Gablerus* probe monuit, quamquam Apostolis frequens est, Rabbinorum more, integrum aliquem V. T. locum laudare, etiamsi caussa allegationis in aliqua tantum illius parte insit, nunquam tamen argumenta petunt ex locis plane omissis, nec loca V. T. allegant, quibus vis probandi nulla inest, propter solum nexum cum sequentibus, iisque, etsi ad rem probandam maxime faciant, nihilo secius prorsus neglectis, quod et omnino absonum foret. Quodsi ergo auctor ep. causam rei probandae in Ps. 2, 8. quaesivisset, allegaturus quidem fuisset nexus caussa versum praecedentem, sed simul addidisset v. 8. unde argumentum rei peteret. 2) *Hammondus*, *Limborchius*, *Michaelis*, *Storrius*, *Heinrichsius*, *Böhmius*, al. verborum cohaerentiam ita constituunt: ille idem Deus, qui regiam dignitatem Iesu Christo tanquam Messiae contulit verbis *υἱός μου-γεγέννηκά σε*, eundem quoque constituit *sacerdotem* pariter ac reliquos sacerdotes his verbis *σὺ ἱερεὺς κ. τ. λ.* *Böhmius* verba v. 6. vertit: *sicut* (similiter) *alibi quoque* (idem Deus) *dicit;* explicat: nam idem (illa locutus) alio quoque scripturae loco haec ei dicit etc. His interpretibus *Gablerus* Diss. 2. p. 4. opposuit inprimis hoc: si haec fuisset mens scriptoris, alia verborum structura usus fuisset, hunc fere in modum: *ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν υἱός-οὗτος* (loco *καθὼς*) *καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει κ. τ. λ.* 3) *Morus*, *Rosenmüllerus*, *Bauerus* in Logica Paulina p. 60., *Dindorfius* (p. 382.) contendunt, verba v. 5. *ἀλλ' ὁ λαλήσας-γεγέννηκά σε*, solam Dei, tanquam patris I. C. descriptionem continere, nec referendum esse Ps. 2, 7. e consilio scriptoris ad pontificatum a Deo Christo collatum, sed repetiisse nostrum verba Psalmi, ut ostenderet Christum *ab eodem vocatum esse* ad pontificatum, *a quo esset pro filio* vel summo rege *declaratus*, uno verbo, a Patre. Verum

et hanc interpretationem improbavit *Gablerus* Diss. 2. p. 8 et contra monuit haec: a) si hanc sententiam exprimere voluisset ep. auctor, pro λέγει v. 6. vel scripturus fuisset καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγων, addita ex contexta oratione apodosi hac: οὗτος ἐδόξασεν αὐτὸν, vel v. 6. pro καθὼς καὶ scribere debuisset: οὗτος καὶ vel saltim vocula καὶ omissa, καθὼς simpliciter. b) non statui potest καθὼς v. 6. loco γὰρ ab auctore positum esse, ut sententia: καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει plane idem sit quod λέγει γὰρ ἐν ἑτέρῳ; particula enim καθὼς cum καὶ coniuncta in nullo N. T. loco particulae γὰρ respondet, sed solam *comprobandi* et *confirmandi* ea, quae ante dicta fuerunt, vim habet. 4) *Gableri* sententia (Diss. 2. p. 12.), cui praeivit *Surenhusius* in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 50. 621. sq. scriptor eam tantum ob caussam, ut probaret Christum non arrogasse sibi summi sacerdotis provinciam, sed a Deo ipso hos honores accepisse, praemisit Rabbinorum more locum V. T. (Ps. 2, 7.) ex quo *generatim* pateret, Christum, quod obierit munus, qualecunque illud esset, non sibi ipsi, sed Deo debere, deinde vero aliud V. T. oraculum adiecit, quod clare et *definite* doceret, *summi pontificis* partes ipsi a Deo fuisse collatas. Itaque, inquit *Gablerus*, nervus probandi simpliciter quaerendus est in verbis: ἐγὼ γεγέννηκά σε, iisque Rabbinorum more generatim intellectis: mihi debes, quod es, quodque vales, naturam tuam atque conditionem omnem. Ex eo sensu quo auctor epistolae ea excitavit, haec verba simpliciter et universe demonstrant: Christum ratione muneris sui quodcunque illud sit, a Deo pendere. Itaque verba praecedentia υἱός μου εἶ σὺ quoad sensum, si consilium allegandi spectes, h. l. plane redundant. Solent enim scriptores N. T. Iudaeorum more (v. *Surenhusius* p. 54. ss.) loca V. T. quorum pauca modo verba probando vere inserviunt, allegare integra, tum propter nexum, tum vero unde depromtae sint breves istae sententiae, ne lectores lateat. Demonstrata sententia *generali*, transit ep. auctor ad *sacerdotium Christi*, ex alio loco (Ps. 110, 4.) comprobandum v. 6. In hoc allegato ad instituendam rei propositae probationem ipsam pertinent tantum verba: σὺ

ἱερεὺς, reliqua vero εἰς τὸν αἰῶνα — Μελχισεδὲκ h. l. abundant, solius contextus caussa allegata, at infra demum c. 7. accuratius explicanda, fusiusque ad Christum applicanda. — Equidem non possum eo adduci ut hanc interpretationem assensu meo comprobem, cum ea contexto sermoni, et auctoris consilio non accurate respondere, nec simplicitate sese commendare videatur. Scilicet ut iam ad 4, 14. notavimus, comparatur Iesus hoc in capite cum Iudaeorum pontificibus, ita, ut etiam commemorentur ea, in quibus illos antecellat. Itaque v. 4. et 5. epistolae auctor non tantum docere voluit Iesum sibi pontificis dignitatem non arrogasse, eum a Deo constitutum esse pontificem, sicut Iudaeorum pontificibus a Deo hoc munus demandatum sit, sed simul etiam demonstrare voluit Iesum esse singularis conditionis pontificem, qui Iudaeorum pontifices dignitate longissime superet, eum enim esse pontificem regium. Quod ut luculentius appareret, et quo fortius ferirentur lectorum animi, laudavit Ps. 2, 7. ubi Iesus, Messias, rex hominum, a Deo ipso declaretur, et addidit Ps. 110, 4. ubi Iesus, Messias a Deo nuncupetur sacerdos ad rationem Melchisedeci; et hunc Psalmi locum attulit scriptor etiam propterea, ut recte vidit *Carpzovius*, quoniam de sacerdotio I. C. Melchisedeciano data opera expositurus erat, ut Hebraeos ad paulo post dicenda praepararet et excitaret. Neque verba: ἀλλ' ὁ λαλήσας-γεγέννηκά σε esse meram Dei patris descriptionem, neque verba υἱός μου εἶ σὺ redundare ut *Gablerus* voluit, vel docere possunt ea quae infra v. 8. leguntur. In fine v. 5. ex orationis contextu repetendum est ἐδόξασε αὐτὸν Deus ei tribuit dignitatem pontificis. Similem ellipsin v. 4. admittendam esse vidimus. Hanc sententiam praeivit *Camerarius* in Notatione figurarum orationis et mutatae elocutionis in Apostolicis scriptis ad h. l. cuius verba sunt: συλληπτικῶς haec dicuntur μετ' ἐλλείψεως, ὁ Χριστὸς οὐκ ἐδόξασεν ἑαυτὸν τοῦ γεννηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας Θεὸς ἐδόξασεν αὐτὸν *non ipse sibi gloriam sumsit, ut fieret pontifex, sed hunc affecit illa gloria, is qui de eo locutus fuerat, Deus.* Verba igitur scriptoris ita sonant:

Sic neque Christus ipse pontificis dignitatem sibi tribuit, sed is, qui ad eum locutus est haec: *tu es filius meus, nunc te regem constitui, declaravi*, eum pontificem constituit, sicuti etiam (*καὶ etiam* l. *ipse*) alio loco dixit (disertis verbis declaravit), *tu sacerdos es perpetuus ad Melchisedeci rationem.* Verbum δοξάζειν notat *honorare, dignitatem tribuere* Sir. 32, 8. 25, 5. v. *Schleusneri* Lex. in LXX post *Bielium* sub h. v. et vocabulum δόξα haud raro pontificatum designat ut Sir. 45, 23. de Pinehaso: καὶ Φινεὲς υἱὸς Ἐλεάζαρ τρίτος εἰς δόξαν. 2 Macc. 14, 7. τὴν προγονικὴν δόξαν additur: λέγω δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην. Formula autem δοξάζειν ἑαυτὸν *sibi dignitatem arrogare*, vindicare, Ioh. 8, 54. sq. respondet formulae ἑαυτῷ λαμβάνειν τιμὴν, quae v. 4. praecessit. Ad γενηθῆναι intell. ὥστε v. *Fischeri* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 296. *L. Bosii* Ellips. p. 784. ed. *Schaefer*, *Matthiae Gramm.* §. 535. d. Christus non sibi ipse dignitatem tribuit, ut fieret pontifex. υἱός μου εἶ σύ v. not. ad 1, 5.

6. ἐν ἑτέρῳ scl. τόπῳ vel ψαλμῷ. Laudantur verba Ps. 110, 4. e versione Alexandrina, quod carmen Iudaei de Messia explicare solebant v. *Schöttgenius* Horr. Hebrr. ad Matth. 22, 24. De argumento Psalmi v. *Rosenmülleri* Scholia in Psalmos, et librum nostr. *Messianische Weissagungen d. A. T.* p. 82. ss. ἱερεὺς est id. qd. ἀρχιερεὺς coll. v. 10. Sic Aaron Ex. 35, 19. dicitur כֹּהֵן ubi οἱ ό habent: Ἀαρὼν ὁ ἀρχιερεύς. Ioseph. Ant. 6, 12. 1. Ahimelechus pontifex maximus ἱερεὺς nuncupatur, qui paulo ante ἀρχιερεὺς dictus erat v. *Spanhemius* de Praest. Numism. Diss. 12. T. 2. p. 493. Ita quoque Latini usi sunt voc. *pontifex* Flor. 3, 21. *Mucius Scaevola pontifex* Id. 1, 13. *devovente pontifice*, quo utroque loco pontifex maximus intelligendus est conf. *Dukerus*. τάξις significat *seriem, ordinem, classem*, de ordine militum instructo, acie legitur ap. Xen. Cyr. 7, 1. 5. 4, 2. 32. de cohorte 2 Macc. 10, 37. de sacerdotum classe Luc. 1, 8. deinde etiam indicat *rationem, modum, conditionem, die Art, Beschaffenheit* Theophrast. Char. Prooem. 1. τάξις τῶν τρόπων *eiusdem modi mores*. 2 Macc. 9, 18. ἐπιστολὴν ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν. Iam h.

l. interpretes nonnulli voc. *τάξις* eo significatu positum esse statuunt ut denotet *ordinem*, *classem*. Sed de classe quadam sacerdotali, collègio aliquo, aut certa familia, cui prae caeteris sacerdotium demandatum fuerit, ut ordini Aaronis h. l. nomen *τάξις* accipi nequit, historia enim, quod Melchisedecum attinet, hac de re silet v. 7, 3. et Iesus in eo a Iudaeorum sacerdotibus diversus esse dicitur, quod non fuerit sacerdos natus, non e classe sacerdotum, sed e Davidis, non Aaronis familia ortus, et nihilo secius tamen a Deo constitutus pontifex, et quidem pontifex regiam potestatem habens, ut Melchisedecus. Rectius igitur alii verba *κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ* reddiderunt *ad rationem Melchisedeci* h. e. Melchisedeco similis (7, 1. 3.), et ipse scriptor haec verba 7, 15. coll. v. 17. interpretatus est verbis *κατ' ὁμοιότητα Μελχισεδέκ*. *εἰς τὸν αἰῶνα pontifex perpetuus* h. e. si sensum spectamus, in aeternum auctor salutis cultorum suorum coll. v. 9. De Melchisedeco vid. not. ad 7, 1.

7. Monuerat scriptor v. 5. Iesum non sibi arrogasse pontificis dignitatem, sed Deum ipsi eam tribuisse v. 5. 6. Iam docet quare eum Deus pontificem et regem constituerit, videlicet propterea, ut, postquam mortem et cruciatus perpessus esset, atque ita obedientiam Deo praestitisset v. 8., ad summum felicitatis fastigium evectus v. 9. constitutus rex hominum et pontifex coelestis vid. not. ad 2, 9. 10. 4, 16. cultorum suorum esset *σωτὴρ* 5, 9. Haud pauci interpretes statuunt verbis huius versus describi Christi sacerdotium, et cum pontificis fuerit pro populo supplicare Deo; commemorari Christi preces, quibus pro discipulis, cultoribus suis Ioh. 17. omninoque pro hominibus Deum adierit. Hanc vero interpretationem ipse contextus inconcinnitatis arguit, et de precibus a Christo pro se ipso factis sermonem esse docet. Quod cum probe perspicerent alii, qui tamen etiam putarent haec verba descriptionem Christi pontificis continere; accommodari hoc loco ad Christum contenderunt, quod pontifex Iudaeorum die expiationis solenni preces obtulerit non tantum pro populo, sed etiam pro se ipso coll. v. 3. quamvis non eadem

de caussa, Iudaeorum enim pontificem precatum esse a Deo peccatorum suorum veniam, Christum non item. At enimvero v. 3. non de precibus pontificis, sed de sacrificio pro se ipso offerendo sermo erat, et h. l. commemorantur preces a Christo his in terris factae, sed munus pontificis Christus adiit in coelum sublatus v. not. ad 7, 28. Ex aliorum sententia verba huius v. cohaerent cum iis quae 4, 15. 5, 2. leguntur, et scriptor redit ad mentionem calamitatum quibus Iesus afflictus fuit quo facilius humanae imbecillitatis sensu moveretur, et promtius auxilium ferret aliis pari fortuna vexatis coll. 2, 17. 18. Sed si hoc dicere voluisset ep. auctor, v. 8. memoraturus fuisset misericordiam, non obedientiam. ὅς scl. *Χριστὸς* a Deo nuncupatus υἱὸς et ἱερεὺς v. 5. 6. *ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ iis diebus quos corpore mortali indutus transegit.* Syrus interpres: *cum carne esset vestitus.* Theodoretus: *ἡμέρας δὲ σαρκὸς τὸν τῆς θνητότητος ἔφη καιρὸν, τουτέστιν ἡνίκα θνητὸν εἶχε τὸ σῶμα.* Vocabulo enim *σάρξ* scriptores N. T. ita utuntur, ut conditionem vitae tenuem, corporis mortalitatem et imbecillitatem, omnisque generis miseriam quacum homines hac in vita conflictantur indicet vid. not. ad 2, 14. Ioh. 3, 6. *Koppii* Exc. in ep. ad Gal. 9. *Knappius* Opuscc. p. 200. *δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας preces supplices:* sunt vocabula idem valentia, quae etiam ab aliis scriptoribus coniunguntur ut ap. Philon. de Cherub. p. 116. A. *ἱκετήριος, ία, ιον,* dicitur quod ad supplicem pertinet, quod supplicem decet; frequenter autem *ἱκετηρία* scl. *ῥάβδος* vel *θαλλὸς* (Herodi. 7, 8. 19. *ἱκετηρίας θαλλοὺς καὶ τέκνα προτείναντας*) ita usurpatur, ut notet *ramum maxime oleae lana obvolutum, quem supplices gestabant et praetendebant,* unde *oliva* vocatur *supplex* a Statio Theb. 12, 492. *ἱκτὴρ θαλλὸς* Eurip. Suppl. v. 10. Soph. Oed. Tyr. v. 3. *ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι.* Harpocrat. *ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος στέμματι ἐστεμμένος.* Schol. ad Aristoph. Plut. 383. *ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ πεπλήγμένος.* Virg. Aen. 8, 116. *ramus olivae paciferae.* Liv. 29, 16. *obsiti squalore et sordibus, velamenta supplicum, ramos oleae, ut Graecis mos est,*

porrigentes. Stat. Theb. 2, 478. *ramumque precantis olivae Abiicit.* Deinde nomen ἱκετηρία ponitur ita, ut *ipsam supplicationem* indicet ut h. l. 2 Macc. 9, 18. Hesychius: ἱκετηρία, παράκλησις. — πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου] *qui eum posset morti eripere*, a moriendi necessitate liberare. Alii, cum Iesus non liberatus sit a morte, vertunt: ex morte salvum praestare, in vitam revocare, et vocabulo ἐυλάβεια *reverentiae*, *pietatis* notionem subiiciunt; sed significat *metum*, ut mox videbimus. *Abreschius* θάνατος de *metu, terrore mortis* accipit, quae tamen significatio neque necessaria est, neque alio scriptoris loco comprobari potest. μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας] *cum magno clamore et lacrimis effudit.* Formula προσφέρειν δεήσεις occurrit etiam ap. Achill. Tat. 7, 1. p. 151. ed. *Iacobs.* δεύτερον αὐτῷ προσφέρει δέησιν. Long. Pastoral. 2, 23. *Boden.* πάσας δεήσεις προσέφερον. Quod rem attinet, plerique interpretes respici putant ad ea quae Matth. 26, 38 sqq. Luc. 22, 41. 44. ss. enarrantur, ubi Iesus in villa Gethsemane moerore afflictus et angore pressus, mortem deprecatus esse perhibetur; alii laudant locum Matth. 27, 46. ubi Iesus in crucem actus hanc vocem emisisse traditur: Deus mi, cur mihi opem ferre cessas. Prior ratio mihi magis arridet. Caussa anxietatis quae Iesum in villa Gethsemane invaserat erat vario modo aucta et acuta mortis cruentae iam ipsi instantis, et cruciatuum cum ea coniunctorum praesensio. Cum Iesus revera fuerit homo, quid mirum, si humano sensu hominem affici, de instante calamitate gravissima tremiscere videmus, et optare, ut si fieri posset, ab ea liberetur? Si in tantis tamque gravissimis calamitatibus ipsi perferendis nullum anxietatis dolorisque sensum prodidisset, fanaticis eum, et recte quidem, annumerassent ii, qui sine ulla idonea ratione eum inconstantiae accusant. Plura hanc in rem disputarunt *Schusterus* in *Eichhornii Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 9. p. 1012 ss. *Bengelius* in *Archiv für die Theologie B.* 1. *St.* 1. p. 29. ss. *Heydenreichius* in *Zimmermann Monatsschrift* B. 3. St. 3. p. 273. ss. *Goldhornius* in *Schröter und Klein Oppositionsschrift* B. 3. St. 2. *Schröterus* ib.

St. 4. p. 568. *Tiebius* in *Euphron, eine Zeitschrift f*
Religion u. Kirchenthum herausg. von Herold, Schmidt
Tiebe B. 1. Heft. 1. p. 26. *Barthius* in *Tzschirner Maga-*
zin für christl. Prediger B. 4. St. 2. p. 49 sqq. *καὶ εἰσα-*
κουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας] haec verba explicari possun
et exauditus est propter pietatem; aut, *exauditus et libe-*
ratus est ab illo suo timore. Etenim nomen *εὐλάβεια* sa
pius indicat *reverentiam, pietatem erga Deum* Hebr. 1
28. Philo de Cher. p. 113. A. *φιλοφροσύνην καὶ εὐλάβεια*
Θεοῦ humanitatem et erga Deum pietatem. Id. de Opi
mundi p. 36. A. ubi serpens Evae obiecisse dicitur *τὴ*
βραδύτητα καὶ τὴν ἄγαν εὐλάβειαν stupiditatem et nimia
Dei reverentiam. Sic Philemonem *pium* Ovid. Met.
691. *timidum deorum* appellat. *εὐλαβὴς* est *Deum timen*
pius Luc. 2, 25. ubi v. not. Act. 8, 2. 2, 5. quo significat
in versione Alexandrina positum extat, atque Hebr. חסיד
respondet Mich. 7, 2. verba sunt: *ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπ*
τῆς γῆς. Praepositio autem *ἀπὸ* etiam ita usurpari sole
ut significet *propter* ut Matth. 18, 7. Liban. ep. 20. *ἐθαύ-*
μαζον τὸν κράτιστον Ἑρμογένην ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας
Diod. Sic. p. 131. D. *ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας.* Thucyd. 4
98. *τολμᾶν τι ἀπὸ τῶν ξυμφορῶν audere aliquid propte*
calamitatem add. Soph. Ant. 695. Sir. 31, 25. v. *Abre-*
schius Dilucc. Thucydd. p. 144. Phavorinus: *ἀπὸ, πρό-*
θεσις — σημαίνει καὶ αἰτίαν. Ita Hebraei quoque utun
tur particula מִן v. Deut. 7, 7. Ies. 35, 5. Ps. 68, 30. Equi
dem tamen in partes eorum interpretum discedo, qui verb
exprimenda censent: *exauditus et liberatus est ab illo metu*
nempe mortis acerbissimae, ita ut metu vacuus alace
omnes cruciatus perferret. Cum Iesum summa invasisse
anxietas, ut adeo mortem, ita tamen ut se Deo submitte
ret, his verbis deprecaretur: Pater, si fieri potest, de
clina a me hanc miseriam, attamen satis fiat non meae se
tuae voluntati Matth. 26, 39.; Deus eum corroboravit, e
subito animum recepit v. Luc. l. l. Verba haud raro it
ponuntur, ut duas quasi significationes obtineant sive sens
praegnanti adhibeantur, ut Ps. 22, 22. *a cornibus orygum*
עֲנִיתָנִי *me exaudias* i. e. exaudias preces meas et libera m

a cornibus orygum Ps. 118, 5. עָנָנִי בַמֶּרְחָב יָהּ *exaudivit me in loco spatioso* i. e. exaudivit me et eduxit (ex angustiis) in locum late patentem. Iob. 35, 13. LXX. εἰσακούσῃ ἀπὸ ὕβρεως. Xen. Anab. 2, 3. 11. ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα *salvos in Graeciam reducere.* Act. 27, 43. διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν pro διασωθῆναι καὶ ἀφικέσθαι ἐπὶ τὴν γῆν *salvi in terram evaserunt.* Exempla alia attulit *Marklandus* ad Eurip. Suppl. 1205. Vocabulum εὐλάβεια frequenter ita legitur ut *metum*, *anxietatem* significet, ut ap. Herodi. 5, 2. 5. Aeschin. Dial. 2, 16. Ioseph. Ant. 11, 6. 9. Sapient. 17, 8. Act. 23, 10. vid. *Krebsius* ad h. l. Hesychius: εὐλαβεῖσθαι, φοβεῖσθαι. In versione Alexandrina Ios. 22, 24. respondet Hebr. דאגה quod *sollicitum timorem*, *anxietatem* indicat. Itaque interpretationem a nobis probatam confirmat usus loquendi. Defendit eam praeterea etiam *Böhmius* argumentis his: 1) „Caussam cur Iesus fusis precibus a Deo exauditus esset, vel liberatus, non fuit opus adiicere, cum facile lectores ipsi eam cogitando addere possent, praesertim tam universam, qualis esset ἡ εὐλάβεια *pietas.* 2) non facile expediveris, cur hoc insolentiori nec satis finito nomine potius, quam e. c. εὐσεβείας usus sit scriptor. 3) Iesus eo, quod mortem omnino non defugit, Deo patri vel maxime se obedientem praestitit, qua de re statim ab auctore dictum est, qui dictorum ordo aegre patitur h. l. cogitare de resuscitatione Iesu precanti concessa, quam rectius vocabulo τελειωθεὶς demum inclusam existimaveris.“ Addendum vero erat nomen εὐλάβεια *metus*, ne ambigua existeret oratio. Nam quia scripserat epistolae auctor, Iesum precibus adiisse eum, qui ipsum a morte servare h. e. (ut ex ipsa Iesu oratione Luc. l. l. patet) moriendi necessitate liberare posset, si simpliciter scripsisset eum fuisse exauditum, parata erat calumnia, Deum non satisfecisse petenti, ut qui necem perpessus sit crudelissimam. Quare additum legitur, eum exauditum fuisse et liberatum a metu, confirmatum, ita ut omnem metum deponeret.

8. Sine idonea ratione nonnulli interpretes verba huius versus parentheseos nota signanda esse statuunt. Inest

autem his verbis sententia haec: quamquam Dei filius erat, qui antequam in has terras veniret, apud Deum cum eo coniunctissimus extitit, et ab eo Messias, rex summus declaratus erat v. 1, 1-3. 5. 6. tamen ipse mortem et cruciatus tolerando didicit obedientiam cf. 4, 15. 2, 18. *μανθάνειν* de iis ponitur, quae usu et experientia discuntur v. Phil. 4, 11. Tit. 3, 14. Callim. h. in Apoll. v. 64. Sed *ἔμαθεν ὑπακοὴν*, si sensum spectamus, omnino notat: obedientem sese praestitit. Ad commune iudicium, ut apposite monuit *Knappius* Opuscc. p. 59. ed. 2. popularemque intelligentiam oratio accommodata est, laudavit hanc in rem Cic. de Legg. 3, 2. *qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.* Quae autem h. l. leguntur, non tantum eum in finem scripsit ep. auctor, ut doceret Christum de voluntate Patris, cui sese subiecerit, pontificem et regem esse factum, sed etiam lectorum caussa, ut hi quoque malis pressi, Deo obedirent, eaque patienter perferrent (12, 5 sqq.) non dubitantes Deum ipsis auxilio suo adfuturum, *εἰσακουσθεὶς* v. 7. *ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν ἔπαθε* dictum est pro *ἀπ᾽ ἐκείνων, ὧν* s. *ἃ ἔπαθε* v. *L. Bosius* Ellips. p. 141. ed. *Schäfer.* In verbis *ἔμαθεν, ἔπαθε* paronomasiam agnoscunt *Palairetus*, *Valckenarius*, *Heinrichsius*, *Böhmius*, al. Notissimum Croesi dictum Herodot. 1, 207. *τὰ δέ μοι παθήματα τὰ ἐόντα ἀχάριστα, μαθήματα γέγονε.* Huius figurae, qua etiam Paulus mirifice delectatus est, exempla multa congesserunt *Palairetus* ad h. l. *Albertius* ad Act. 8, 31. *Abreschius* ad Aeschyl. p. 370. *Wetstenius* ad h. l. et *Carpzovius* Prolegg. p. 87 sq.

9. 10. Praecessit v. 8. *ἔπαθε*, sequitur v. 9. *καὶ τελειωθεὶς*, eadem ergo his verbis sententia inest, quae 2, 9. ita expressa erat: *διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένος* v. 10. *διὰ παθημάτων τελειωθεὶς* ubi v. not. et mens scriptoris haec est: morte oppetita, in vitam revocatus, ad summam dignitatem et felicitatem evectus, in coelum receptus est, ut coeli et terrae civibus imperaret, est auctor salutis eorum, qui eius praeceptis et legibus parent, is qui vocatus est rex et pontifex. Est

ας, utpote rex, dominus [illegible] et [illegible]
pote pontifex, qui sanguinem suum [illegible]
ostram apud Deum agit. Ita scriptor ipse
explanat 7, 25 sqq. 9, 12. 8, 1 ss. [illegible]
, *effector salutis perennis*, supra 2, 10. [illegible]
τηρίας. Vocabulum αἴτιος bono et malo
ita legitur, ut *auctorem* indicet Ioseph. Ant.
us dicitur Iacobum reddidisse τῆς ἀπὸ [illegible]
ρων προγόνων ἀναχωρήσεως αἴτιον Philo
Agr. p. 201. D. αἴτιος σωτηρίας γενόμενος.
esiphont. p. 282. τῆς μὲν σωτηρίας τῇ πόλει
[illegible] γεγεννημένους. Xen. Cyneg. 7, 11.
τὸν αἴτιον οὐκ ἴσασιν. Mem. 1, 2. 63. τῇ
[illegible] ἄλλου κακοῦ οὐδενὸς αἴτιος ἐγί-
4. 47. τῆς ὅλης κακίας αἴτιος. Hist. Susan.
[illegible] αἰτίους. Hist. Belis et Draconis 42. τοὺς
[illegible] αὐτοῦ. Exempla alia dabunt *Wet-*
[illegible] ad h. l. τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ qui
[illegible] doctrinam profitentur, et calamitatibus
[illegible] imitantur. 10. προσαγορευθεὶς
[illegible] 1 Macc. 14, 40. προσαγορεύονται
[illegible] φίλοι. 2 Macc. 14, 37. καὶ κατὰ
[illegible] τῶν Ἰουδαίων προσαγορευόμενος. [illegible]
[illegible] *Teyl.* καὶ οὐκ ἠσχύνθη τὴν τῆς
[illegible] προσαγορεῦσαι. Hesych.
[illegible]

[illegible] videatur nostro, qui paucis de [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

acerbitatem emollit et mitigat 5, 11-6, 13. Scripsit auctor de Hebraeis coniunctim, quod tantum partem eorum spectabat, et hac orationis forma Paulus quoque in epistolis suis frequenter usus est. Sic 1 Cor. 1, 5. 6. generatim scribit, Corinthios ditatos esse omnibus animi bonis, consecutos esse accuratam omnis doctrinae divinae cognitionem, et nihilominus tamen eos in epistola illa graviter reprehendit ab ignorantia, a studiis pravis 3, 1 sqq. flagitiis c. 5. 6. Verissime Augustinus ep. 59. ad Paulinum Opp. T. 2. p. 301. *scripturae*, scribit, *mos est*, *ita loqui de parte*, *tanquam de toto. Sicut* (Paulus) *Corinthios in primis suae epistolae partibus ita laudat*, *tanquam omnes tales sint*, *cum essent laudabiles quidam eorum*. cf. etiam *Glassius* Phil. S. p. 1243 sq. *Knappius* in edit. N. T. animadvertit, tarditatem Hebraeorum caussam afferri, quae pleniorem huius argumenti (similitudinis Christi cum Melchisedeco) tractationem efflagitet. Me non habet assentientem. Nam πολὺς indicat rei dicendae ubertatem et gravitatem, et νωθροὶ pertinet ad δυσερμήνευτος, ipsa autem copiosior argumenti tractatio ad modum magistrorum Iudaicorum c. 7. instituta, vocatur 5, 14. τελείων στερεὰ τροφὴ 6, 1. τελειότης perfectior institutio, iis qui ampliores in religione progressus fecerunt conveniens. Pronomen οὗ plures interpretes masculino genere positum esse statuunt, et vel ad Christum, vel ad Melchisedecum referunt. Admissa priore sententia, languida existit oratio, ut recte observavit *Peircius*, qui, mirumne, inquit, multa suppetere scriptori nostro dicenda de Christo, religionis auctore, ad quem omnia eius dicta per omnem epistolam referenda erant, et de quo tot iam verba fecerat? Posteriorem sententiam *Peircius*, aliique interpretes amplexi sunt, quibus praeiverunt Syrus interpres et Arabs, qui nomen Melchisedeci interseruerunt. At in proxime antegressis de similitudine inter Christum et Melchisedecum intercedente sermo fuerat, rectissime igitur plerique enarratores περὶ οὗ ad omnem tractationem instituendam, ad similitudinem sacerdotii Melchisedeci cum sacerdotio Christi referunt, ut adeo περὶ οὗ reddendum sit: *qua de*

ιλὺς scl. ἐστὶ, *multa dicenda habeo, sermo mihi ha-*
ι est prolixior; non, *haberem* vel *dicenda essent*, vel
ι disserere ut nonnulli, in his *Er. Schmidius, Gro-*
Hammondus, Reichardus verba explicant, nam ut
monuit *Storrius*, omnino hanc rem c. 7. epistolae
uberius pertractavit. Formula ipsa περὶ οὗ πολὺς
λόγος neque scriptoribus Graecis inusitata est Dion.
Ant. 1, 23. περὶ ὧν πολὺς ἂν εἴη λόγος, εἰ βούλοι-
ἣν ἀκρίβειαν γράφειν v. *Wetstenius et Abreschius*
. ἡμῖν ad scriptorem referendum est. καὶ δυσερμή-
] *licet sermo meus vobis*, plerisque vestrum, *sit ex-*
ι difficilis. Oecumenius: οὐκ ἴσχυον τελειοτέρων
ν δογμάτων. Particula καὶ notat, *licet, quamquam*
ra 3, 9. alii vertunt *sed.* δυσερμήνευτος *explicatu*
is Artemidor. Onirocr. 3, 67. ὄνειροι μεμιγμένοι εἰ-
εἰσὶ ποικίλοι, καὶ τοῖς πολλοῖς δυσερμήνευτοι *somnia*
sunt varia et a plerisque difficulter exponi possunt.
s, Peircius, Ernestius, δυσερμήνευτος explicant *intel-*
ifficilis. Haud male, nam ut *Grotius* ait, qui quod
citur intelligit, id sibi *interpretatur.* ἐπεὶ νωθροὶ
τε ταῖς ἀκοαῖς] *quoniam tardi estis ad audiendum:*
; proprie dicitur *imbecillis, infirmus.* Hesychius: νω-
ἰσθενές. Ap. Heliod. 5. p. 204. *Commelin.* senex se
:ίαν νωθρότερον τὴν ἀκοήν appellat. Iam quoniam
tardi sunt ad agendum, νωθρὸς dicitur etiam *homo*
, segnis Sir. 4, 39. νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς
σου. add. 11, 12. Clemens 1 ep. ad Corinth. 34. ἐρ-
νωθρὸν καὶ παρειμένον. Hesych. νωθρόν, βραδύ.
'yrilli νωθρὸν, βραδὺν, δυσκίνητον. Denique trans-
ιoc vocabulum ad animum, ita, ut *socordem* et *stu-*
indicet vid. *Elsnerus* ad h. l. ταῖς ἀκοαῖς *tardi ad*
lum i. e. discendum. Nam ἀκούειν saepe est id.
νθάνειν Matth. 11, 15. v. *Kypkius* ad 1 Cor. 14,
gerus ad Gal. 4, 21. γεγόνατε *facti estis;* signi-
eos antea fuisse promtiores ad discendum, ad
am religionis cognitionem. Plures Hebraeorum
ιersecutionum, aliisve de caussis proni ad defe-
ι religione, tardiores facti erant ad discendum

v. 14. 12, 25. imo antea percepta paene dedidicerai v. 12.

12. Oratio affectus plena. Notarat scriptor segnitiei Hebraeorum in adaugenda religionis scientia, quae ec impediret, quo minus facile intelligerent doctrinam subli miorem iis proponendam. Iam v. 12. exprobrat iis ignc rantiam ex illa segnitie ortam, eo turpiorem, quo longiu temporis spatium praeterlapsum sit, ex quo christiani fact sint, eamque adeo supinam, ut non solidiores doctrinas sed religionis elementa edocendi sint. *καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον*] *etenim cum propter temporis diuturnitatem doctores esse debeatis:* διδάσκαλοι doctores non tantum elementorum coll. v. extr. sed etiam doctrinarum reconditarum, sublimiorum, v. c. gnari allegoriarum, in eruendis doctrinis christianis ex umbris V. T. exercitati. *διὰ τὸν χρόνον* temporis ratione, si spectem tempus ex quo religionem christianam didicistis. Male *Schulzius* διὰ vertit *post* ut 2, 9. quam significationem neque hoc, neque illo loco obtinet, sed notat *propter* Diod. Sic. p. 16. D. *τὰ δ' ἄλλα ὄντα πλείω κατεφθάρθαι φασὶ διὰ τὸν χρόνον plura quae subsequuntur, propter tempus, vetustate temporis, corrupta esse aiunt.* Plura exempla adscribere piget, eorum qui cupidus sit adeat *Münthium, Raphelium* Polybb. et *Wetstenium* ad h. l. *πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς κ. τ. λ.*] *iterum indigetis eo, qu vos edoceat, quaenam sint prima doctrinae divinae elemen ta.* διδάσκειν positum est pro διδάσκεσθαι ut 1 Thess. 4 9. γράφειν pro γράφεσθαι coll. 1 Thess. 5, 1. v. *Dorvi lius* ad Charit. p. 435. 469. *Hemsterhusius* ad Luc. T. 1 p. 308. *Matthiae Gramm.* §. 534. p. 766. *Grotius* et *Carp zovius* post ἔχετε supplent ἡμᾶς i. με, opus habetis me v docere. Male ac perperam. Pro τίνα *Gronovius* ap. *We sten. Peircius, Cramerus, Rosenmüllerus, Heinrichsiu Dindorfius, Böhmius* legendum esse praecipiunt τινὰ, i ut incisi nota post ὑμᾶς inducatur, et ponatur post pron men τινὰ, atque adeo procedat sententia haec: iterum op habetis ut aliquis vos edoceat. Sed vulgaris lectio ret nenda est. Gravior enim sic existit reprehensio. Not

scriptor supinam multorum Hebraeorum ignorantiam, qui non modo elementa doctrinae christianae non teneant, sed ne hoc quidem quaenam sint nomine et numero, ut adeo edocendi sint non tantum solidiora, sublimiores doctrinas, sed etiam elementa, quin et quaenam ea sint. Confirmatur vulgaris lectio etiam iis quae c. 6, 1 sqq. leguntur, ubi ex illis elementis praecipua saltem nominantur. Vocabulum *στοιχεῖα* ponitur de cuiuscunque rei initio, speciatim autem hoc nomine insigniuntur *institutionis elementa*, *disciplinae initia*, *rudimenta* Col. 2, 8. 20. Sed *στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς* idem valet quod *τὰ πρῶτα στοιχεῖα prima elementa* Horat. Epp. 1, 20. 17. Sermon. 1, 1. 26. Quinctil. Inst. 1, 1. *prima rudimenta* Iustin. 7, 5. Quid per *λόγια τοῦ Θεοῦ* intelligendum sit, disputant interpretes. Nonnulli significari putant oracula V. T. eorumque explanationem et relationem ad Christum eiusque religionem; cui tamen interpretationi contextus refragatur. Scilicet *τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ*, Hebr. דברי אל, אמרות Ps. 139, 38. 58. 119, 168. 105, 19. Num. 24, 4. Act. 7, 38. Rom. 3, 2. 1 Petr. 4, 11. dicuntur *quaevis oracula et effata divina*, et h. l. ita vocatur *doctrina Christi divina*. *καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς*] *iique facti estis qui lacte, non firmiore cibo indigeant*. In literis sacris et Iudaicorum magistrorum scriptis doctrina, institutio, et quicquid animum erudire et emendare potest, comparatur cum alimentis quibus corpus sustentari solet. Sic Philo de Decal. p. 745. D. leges et praecepta divina vocavit *τροφὰς διανοίας*. ib. p. 749. *συμπόσιον*. Sir. 15, 3. *ψωμιεῖ αὐτὸν* (*σοφία*) *ἄρτον συνέσεως, καὶ ὕδωρ σοφίας ποτίσει αὐτόν*. 24, 21. *οἱ ἐσθίοντές με* (*σοφίαν*) *ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσι me multo magis desiderabunt*. v. Ezech. 2, 8 sq. Prov. 10, 11. Ioh. 4, 10. 7, 38. 1 Petr. 2, 2. Apoc. 10, 8 sq. Arrian. Epictet. 2, 16. *Lightfootus* ad Luc. 10, 25. p. 792. Etymol. M. *τροφὴ λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας*. Anonymus Atticista ap. *Villoisonum* Anecdd. Grr. p. 83. T. 2. *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ἐπαιδεύθη καλῶς, ἀγωγῆς ἔτυχε καλῶς, ἢ τροφῆς λέγουσιν· ἐπεὶ καὶ τροφὴ ἡ παιδαγωγία*. Cic. Fin. 5, 4. 6. *Nam sicut infans solidi ac*

fortis cibi capere vim non potest, ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec, firmatis viribus, vesci fortioribus possit; ita et huic oportebat, quia nondum poterat capere divina, prius humana testimonia offerri i. e. philosophorum et historicorum, ut suis potissimum refutaretur auctoribus. Iudaeorum magistri discipulos, cum pueros tum adolescentes, recens conversos *sugentes* תינוקות vocabant. Ialkut Rubeni fol. 169, 3. *Proselytus, qui ad religionem Iud. accessit, est instar infantis recens nati.* Targum Iobi 3, 18. *non audiunt* ינקי בית רבא *discipuli vocem magistri* v. *Schöttgen.* Horr. Hebrr. ad 1 Petr. 2, 2. *γάλα* h. l. designat prima religionis christ. elementa, quae facile intelligi possunt; sed *στερεὰ τροφὴ*, capita doctrinae christianae sublimiora, doctrinas intellectu difficiliores indicat. Eodem sensu *γάλα* opponitur *βρώματι* 1 Cor. 3, 2. ubi v. *Heydenreichius* et *Pottus.*

13. Apposite ad h. l. annotavit *Böhmius*, verba omnia ac singula habere ambiguitatem, qua non minus improprie de institutis ad religionem hominibus, quam de paullatim sensimque educatis proprie possint intelligi, quo dicendi artificio nostrum utrumque, ut defenderet allegoriam et explicaret, consecutum esse. *πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος*] *omnis enim qui lacte utitur*, qui lacte nutriendus est, cui adhuc prima doctrinae christianae elementa ediscenda sunt. *μετέχειν uti, frui* 1 Cor. 10, 17. Lex. Cyrill. MS. Brem. *μετέσχεν, ἐκοινώνησεν, μετέλαβεν.* — *ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης*] *non potest capere doctrinam sublimiorem. ἄπειρος* dicitur *is, qui experientia destituitur, rei ignarus, rudis, insuetus alicuius rei, non aptus, non idoneus ad aliquam rem.* Etym. M. *ἄπειρος, ὁ ἀμαθὴς, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πεῖραν.* Oecumenius explicat *ἀμέτοχος.* Xen. Anab. 2, 2. 3. *μόνος ἐφρόνει ἃ δεῖ τὸν ἄρχοντα, οἱ δὲ ἄλλοι ἄπειροι ἦσαν.* Isocrat. Panegyr. 40. *ἄπειρος τῆς χώρας qui situm et naturam loci non novit.* Ael. H. V. 12, 50. *Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἀπείρως εἶχον.* Herodi. 5, 5. 1. *αὐτὸς γὰρ ἦν νέος τε τὴν ἡλικίαν, πραγμάτων τε καὶ παιδείας ἄπειρος ipse in tenera aetate erat, rerumque et disciplinae rudis* 1 Sam. 17, 39. Davides arma a Saulo ipsi accommo-

data deposuisse perhibetur, utpote talium armorum *insuetus*, in vers. Alex. positum ibi extat vocabulum ἄπειρος. H. l. ut contexta oratio docet, ἄπειρος notat eum *qui aliquid non capere potest.* In explicanda formula λόγος δικαιοσύνης magnopere dissonant voces interpretum. *Carpzovius* λόγος δικαιοσύνης positum statuit pro λόγος περὶ δικαιοσύνης, atque intelligit doctrinam de sacerdotio Melchisedeci; alludi enim ad nomen Hebraicum מַלְכִּי־צֶדֶק coll. 7, 2. atque appellationem βασιλεὺς δικαιοσύνης ad Christum applicari. Quae tamen ratio nimis alte repetita est. *Schottus*, *Böhmius*, *Bretschneiderus* in Lex. intelligunt doctrinam, qua Deo probati reddimur, doctrinam christianam. Alii, doctrinam de gratia divina quam Christo debemus. *Michaelis* in notis ad *Peircium* significari contendit doctrinam christianam, utpote *doctrinam verissimam*, cum Hebr. verbum צדקה saepius ponatur pro אמת *veritas*, et צדק etiam in lingua Arab. sonet *verax fuit.* Sed qui elementa huius doctrinae didicerat, non poterat dici ἄπειρος λόγου δικ. *Rosenmüllerus* et *Morus* explicant: *institutio iusta*, *quae vere institutio dici potest*, *der rechte eigentliche Unterricht.* At etiam ii qui in elementis doctrinae christianae erudiebantur, institutione vera fruebantur. *Abreschio*, *Wahlio* in Clav. al. λόγος δικαιοσύνης est *institutio perfecta et plena*, omnia complectens quae ad perspicuam et distinctam religionis christianae intelligentiam pertineant, cum et Graeci δίκαιον adhibeant de re suis numeris absoluta v. *Ruhnkenius* ad Xen. Mem. 4, 4. 5. p. 326. ut adeo substantivum δικαιοσύνη pro adiectivo δίκαιος positum sit v. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 293. Praeivit his interpretibus *Ernestius*, qui formula λόγος δικαιοσύνης exprimi monuit *doctrinam*, *institutionem perfectiorem* i. e. subtiliorem. Atque haec ratio reliquis praeoptanda videtur. Etenim λόγος δικαιοσύνης opponitur γάλακτι, στοιχείοις, atque idem valet quod τελειότης 6, 1. στερεὰ τροφὴ 5, 14. Praeterea etiam, ut scienter observavit *Ernestius*, Alexandrini Iudaei pro Hebraico voc. תָּמִים *perfectio*, promiscue usi sunt verbis τελειότης, τελείωσις, δικαιοσύνη. Itaque λόγος δικαιο-

σύνης est institutio perfectior, quae versatur in tradend doctrinis subtilioribus; quo pertinent doctrinae religion christ. ex umbris V. T. deductae, doctrina de sacerdoti Christi typis superstructa, comparatio meritorum et bene ficiorum ipsius cum sacrificiis et ritibus Iudaicis, quo ap pareat religionis christianae praestantia et summa Christ auctoris illius dignitas. νήπιος γάρ ἐστι] *est enim infans* lacte enim nutriri solent infantes. Vocabulum autem νήπιος sensu translato adhibetur de iis, qui tales sunt respectu animi, *stulti* Hesiod. Ἔργ. 218. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω *stultus vero malo suo discit.* Soph. Electr. 151. ubi scholiastes: νήπιος ὁ ἐν βρεφικῇ ὢν ἡλικίᾳ, καὶ ἀπὸ τούτου ὁ ἀνόητος. Theognis v. 1035. 1065. iungit ἄφρονας et νηπίους, opponit v. 483. σώφρονα νηπίῳ. Dicuntur etiam νήπιοι *rudes* et *indocti*, ad intelligentiam sublimioris veritatis, accuratioris et subtilioris rerum divinarum scientiae nondum praeparati et apti, ut Rom. 2, 20. 1 Cor. 3, 1. (ubi opponuntur τοῖς τελείοις) Gal. 4, 3. Philo legat. ad Cai. init. ἄχρι τίνος ἡμεῖς οἱ γέροντες ἔτι παῖδες ἐσμὲν, τὰ μὲν σώματα χρόνου μήκει πολιοὶ, τὰς δὲ ψυχὰς ὑπ᾽ ἀναισθησίας κομιδῇ νήπιοι *quousque tandem nos senes erimus pueri, corpore quidem per aetatem cani, animo vero ob imperitiam admodum infantes.* Hesychius: νήπιον, νεογνὸν, νεώτερον, μικρὸν, ἀνόητον, ἄφρονα. cf. etiam *Kypkius* ad Matth. 11, 25. *Loesnerus* ad 1 Cor. 14, 20.

14. τέλειοι sunt *adulti*, qui validioribus et robustioribus alimentis frui possunt, h. l. ita vocantur ii, qui ultra tirocinium sapiunt, qui ampliores in doctrina christiana progressus fecerunt. ἕξις indicat *habitum*, *habitudinem* corporis Xen. Oecon. 7, 2. ἡ ἕξις τοῦ σώματος. Terent. Eun. 2, 2. 11. *corporis habitudo.* Auct. ad Herenn. 4, 10. *bona corporis habitudo.* 1 Sam. 16, 7. LXX. ἕξις τοῦ μεγέθους *habitudo staturae.* Notat etiam *corpus ipsum* Sir. 30, 14. κρείσσων πτωχὸς ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει. Iudd. 14, 9. Alex. ἐκ τῆς ἕξεως τοῦ λέοντος *e corpore leonis*, ubi in textu Hebr. legitur גְּוִיַּת. Dan. 7, 15. ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐν τῇ ἕξει μου *horruit animus meus in corpore meo.* Symmach. Thren. 4, 7. πυῤῥότεροι τὴν ἕξιν *rubi-*

candiores corpore. De animo ita adhibetur hoc nomen, ut significet *indolem et facultatem*, *facilitatem*, *Fertigkeit*, *Gewandheit* v. *Perizonius* ad Ael. H. V. 5, 9. Quinctil. Instit. 10, 1. *facilitas quae apud Graecos ἕξις nominatur.* Denotat etiam *usum*, *exercitationem*, item: *peritiam* Sir. Prolog. ἐν τούτοις (βιβλίοις) ἱκανὴν ἕξιν περιποιησάμενος *in his libris magnam intelligendi peritiam nactus.* Plato Phaedr. 117. τὴν σὴν ἕξιν ἔχοντα *peritiam, scientiam tuam qui habet.* add. Polyb. 1, 51. 4. Hesychius: ἕξις ἐκ τοῦ ἔχειν, ἦθος, φρόνησις, συνήθεια. Vulgatus interpres vertit: *pro consuetudine.* vid. *Gatackerus* ad Antonin. 6, 14. p. 176. In hac orationis serie voc. ἕξις simpliciter positum denotat *usum.* αἰσθητήρια sunt *instrumenta sentiendi*, corporis partes quibus sentimus ut ap. Aeschin. Dial. 3, 5. Hesychius: αἰσθητήρια, τὰ ὄργανα, ἤγουν τὰ μέλη, δι' ὧν αἰσθανόμεθα (ita etiam Phavorinus) καὶ αἱ αἰσθήσεις τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ἐν οἷς καθίδρηται ἡ αἴσθησις. Deinde *sensum ipsum* declarat ut Ier. 4, 19. ubi οἱ ὁ habent: τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας. Vulg. *sensus cordis mei.* Philo lib. 3. Alleg. p. 104. D. ἄνευ συμπαραλήψεως αἰσθητηρίων *sine ministerio sensuum.* Sic quoque nomen αἴσθησις ita usurpatur, ut notet *instrumentum sensus* ut ap. Aristotel. Art. Poet. 7, 11. τοὺς ἀγῶνας καὶ τὴν αἴσθησιν *spectacula et sensus spectatorum.* Herodi. 1, 12. 5. ἐμπιμπλάναι τοὺς πόρους τῶν αἰσθήσεων *implere meatus sensuum* (intellrr. ibi nares et aures) et *sensum ipsum* Xen. Mem. 1, 4. 5. τίς ἂν αἴσθησις ἦν γλυκέων; *intelligentiam* usu et exercitatione comparatam significat Phil. 1, 9. Iam h. l. si respicitur imago qua scriptor usus est, cum praecesserit τροφή, per τὰ αἰσθητήρια intelliguntur organa sensoria, inprimis lingua, palatum. Sed ut contexta oratio docet, transfertur hoc vocabulum ad animum, ita, ut significetur vis et facultas animi, aliquid perspiciendi et diiudicandi. Verbum γυμνάζειν prop. notat *nudum exercere* Med. γυμνάζεσθαι *se exercere.* Adolescentes Graeci in gymnasio se exercebant nudi, vestibus positis, ita tamen ut honori consulerent cingulo, cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, saliendo (Plaut.

Bacchid. 3, 3. 24.) v. *Perizonius* ad Aelian. H. V. 3, 38. p. 226. et nos ad Propert. 3, 14. 2. Inde hoc verbum translatum est ad quodvis exercitium, etiam animi, ita ut denotaret *exercere se in aliqua re*, *adsuefacere se alicui rei.* Phavorinus: *γυμνάζω καὶ γυμνάζομαι ἐπὶ τῶν ἀγωνιζομένων γυμνῶν, καὶ γυμνάσιον, ὁ τόπος ἐν ᾧ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο· καὶ ἀπὸ τούτου γυμνάζεσθαι ἁπλῶς τὸ ἀσκεῖν καὶ παιδεύεσθαι.* Xen. Cyr. 1, 2. 10. *γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις.* Herodi. 6, 4. 5. *γυμνάζων τὲ τοὺς στρατιώτας.* De saltatione Xen. Sympos. 2, 17. 18. Diod. Sic. 3, 4. *μελέτῃ πολυχρονίῳ καὶ μνήμῃ γυμνάζοντες τὰς ψυχάς.* 2 Petr. 2, 14. *καρδία γεγυμνασμένη πλεονεξίας* animus lucro adsuetus i. lucri cupidissimus. 1 Tim. 4, 7. *γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν.* Itaque verbis *τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα,* sensus ratione habita declaratur, ingenium subactum et exercitatum, facultas animi aliquid diiudicandi et perspiciendi usu (*διὰ τὴν ἕξιν*) et studii assiduitate acuta, aucta. *πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ*] *ad discernendum bonum et malum.* Hebraei formula *ignorare bonum et malum* describere solent infantiam rudem et imperitam, quae discernere nescit verum a falso, turpe ab honesto v. Deut. 1, 39. Ion. 4, 11. Ies. 7, 14. 15, 6. Homer. Odys. *ύ*, 309. — *ἤδη γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα iam intelligo et novi singula Bona et mala; antea autem adhuc infans eram.* Interpretes verba *καλὸν* et *κακὸν bonum* et *malum*, quo etiam verum et falsum comprehendatur, ad religionem christianam referunt, ita, ut eo notetur verum et falsum in doctrina christiana (ita iam Oecumenius et Theophylactus haec verba interpretati sunt: *πρὸς τὸ διακρίνειν ποῖα τὰ χρηστὰ καὶ ὑψηλὰ δόγματα, καὶ ποῖα τὰ νόθα καὶ διεφθαρμένα·*), distinctio dogmatum religionis christianae ab erroribus et opinionibus Iudaeorum, aut significetur, religionem christianam antefe-rendam esse Iudaicae. Verum his interpretationibus contextus adversatur. In antegressis enim sermo fuit de doctrinis sublimioribus. Inest igitur sententia verbis haec: Sublimiores doctrinae tradi tantummodo possunt iis, qui

usu iudicium ita subactum sibi acquisiverunt, ut possint veritatem harum sublimiorum doctrinarum mente comprehendere et diiudicare rectene an male ex umbris V. T. ope interpretationis allegoricae Iesu Messiae dignitas et religionis christianae praestantia erui atque probari possit.

CAPUT VI.

1. Cum cibus solidior conveniat adultis, provectioribus, eorum caussa qui inter vos sunt τέλειοι, et ut inter vos ii qui ad audiendum hactenus tardi fuerunt 5, 11. ut etiamnum lacte alendi videantur, ad perfectiorem doctrinae christianae cognitionem sedulo sibi comparandam excitentur, (6, 9. 11. 12.); prima elementa omittam, et ad subliniora progrediar. *διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον*] *omissa igitur elementorum doctrinae christianae tractatione:* διὸ transitioni inservit: consule hanc in rem *Pottum* et *Hottingerum* ad Iac. 1, 19. ἀφιέναι notat *praetermittere, silentio praeterire*, quam verbi significationem *Schulzium* confidenter negasse miror. Legitur sic ap. Theophrast. Char. Prooem. 4. *ἀφεὶς τὸ παροιμιάζεσθαι omittens praefari.* Isocrat. Evag. c. 5. *ὥστε καὶ τῶν ὑπαρχόντων* (quae vere dici possent) *ἀφίημι τὰ τοιαῦτα.* c. 12. *εἰ τοὺς μύθους νῦν ἀφέντες τὴν ἀλήθειαν σκοπῶμεν.* add. Longin. fragm. 5, 7. Verbis *τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον* hypallagen inesse, praeeunte Syro interprete, *Wolfius*, *Bulairetus*, *Heinrichsius*, alii statuunt, ut adeo posita sint pro *τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου τοῦ Χριστοῦ doctrinae christianae elementa.* Sed non necesse est ut ad Hypallagen confugiamus. Nam ut 5, 12. *στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Χριστοῦ* idem valet quod *τὰ πρῶτα στοιχεῖα* τ. λ. τ. X. ita h. l. *τὸν τῆς ἀρχῆς* dictum est pro *τὸν πρῶτον*, et *Χριστὸς* indicat doctrinam christianam, *τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ*, ut saepius, atque *λόγος* est institutio, ut 5, 13. *ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα ad perfectiorem institutionem progrediar. τελειότης* est *institutio perfectior, subtilior* vid. not. ad 5, 13. Sequitur c. 7. comparatio Christi cum Melchisedeco. *μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμε-*

νοι κ. τ. λ.] *non iterum fundamenta ponam tradendo doctrinam de reditu a malefactis miseriam afferentibus ad virtutem.* Nominatim attulit scriptor prima religionis christianae elementa, doctrinas quae initio christianis proponebantur, neque tamen diserte commemoravit doctrinam quae in primis tradebatur, Iesum in crucem actum esse Messiam, salutis auctorem v. 1 Cor. 15, 3. 4. Sed huius doctrinae iam in antegressis mentio facta erat, eaque in sequentibus *τελείοις* convenienter exponitur, et memoravit noster fiduciam in Deo collocandam *πίστιν ἐπὶ Θεόν*, sed haec fiducia quam religio christiana requirebat, coniuncta erat et esse debebat cum persuasione Iesum esse Messiam. *θεμέλιον* proprie *aedificii fundamentum* declarat ut ap. Xen. H. Gr. 5, 2. 5. Herodi. 3, 3. 11. Ioseph. Ant. 11, 2. 1. Luc. 6, 48. al. Saepius autem improprie ponitur Plutarch. E. PP. c. 11. *κάλου καὶ γήρως θεμέλιον ἐν παισὶ ἡ τῶν σωμάτων εὐεξία corporum in pueris firmitas est fundamentum bonae senectutis* add. Ephes. 2, 20. Ita quoque Latini loquuntur Cic. pro Planc. 12. *virtutum omnium fundamentum pietas.* pro Sext. 5. *non aggrediar ad illa maxima et amplissima prius, quam docuero, quibus initiis ac fundamentis hae tantae summis in rebus laudes excitatae sunt.* Nostro loco de primis religionis elementis, prima in religione christiana institutione adhibitum extat, ut Rom. 15, 20. 1 Cor. 3, 10. Etiam verbum *καταβάλλεσθαι* usurpatur *de fundamentis, quae aedificio exstruendo ponuntur* Ioseph. Ant. 15, 11. 3. *ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους καταβαλλόμενος ἑτέρους, ἐπ' αὐτῶν τὸν ναὸν ἤγειρε* vid. *Krebsius* et *Palairetus* ad h. l. Cic. ad Div. 12, 25. *fundamenta reipublicae ieci.* Philipp. 1, 1. *quantum in me fuit ieci fundamenta pacis.* De voce *μετάνοια* vid. not. ad Matth. 3, 2. Hanc doctrinam de animi emendatione ad religionis christianae elementa pertinuisse plures loci docent v. Marc. 1, 15. Luc. 3, 3. Act. 2, 38. *ἔργα* sunt malefacta, ut orationis contextus declarat; per metonym. vocantur *νεκρὰ*, quatenus mortem afferunt, hominem infelicem reddunt, ut 9, 14. coll. 10, 22. add. Iac. 1, 15. Rom. 6, 23. Mortem Hebraeis imaginem infelicitatis fuisse,

s. *βαπτισμοί*. v. infra 9, 10. Marc. 7, 48. Quodsi er
tantummodo lavationem sacram a Christo institutam co
tari voluisset scriptor, ut illi interpretes volunt, scrip
rus fuisset *βαπτισμάτων*. Neque adeo audiendi sunt
qui plurali numero trinam immersionem indicari opi
sunt, cuius praeterea ritus tanta antiquitas probari neq
Neque adeo sententia *Bezae*, *Storrii*, aliorumque re
hensionem effugere potest, qui pluralem numerum
positum esse censent, quod multi sacro fonte initiati
Quam sententiam praeivit *Theodoretus*, cuius verba
πληθυντικῶς τὸ βάπτισμα τέθεικεν, οὐ πολλὰ εἶνα
δάσκων βαπτίσματα, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ τῆς τοῦ β
σματος ἀπολαύουσι χάριτος. Rectius alii intelligunt
tiones Iudaicas, baptismum proselytorum, Iohanni
sanctum christianorum lavacrum. Scribebat enim e
lae conditor christianis antea Iudaeis et ad Iudaeos s
clinantibus, et nosse debebant christiani discrimen
lavationes illas et Christi lavacrum. *ἐπιθέσεώς τε χ*
doctrina de manibus imponendis cuique aqua sa
coetum christianorum recepto. Apud Hebraeos in
positum erat, ut qui alteri aliquo in genere bona
caretur, capiti ipsius manus imponeret v. Gen.
Matth. 19, 13. cf. not. ad Act. 6, 6. quae quidem m
impositio symbolum erat donorum quae Deus impe
imponebantur manus beneficio divino sanandis 2
11. Matth. 9, 18. hominibus muneri publico inau
Num. 27, 18. 23. Deut. 34, 9. 2 Sam. 13, 19. Ac
6, 6. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. quare etiam Apost
cro sacro immersis solenniter manus imponebant,
que precabantur ut iis Spiritus S. dona continge
acciperent *τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος*, ut vi
in animis eorum se efficacem praeberet Act. 2, 3
not. add. Act. 19, 6. *Seb. Schmidius*, *Boltenius*
zovius in vers. vernacula, manuum impositionem
ad inaugurationem ecclesiae doctorum; sed nil in
reperitur, quod hanc interpretationem adiuvet at
firmet. Sermo est de primis religionis christianae
tis, de doctrina qua *νεοφύτοις* opus erat, sacro f

ctis manus imponebantur, necesse ergo erat, ut edocerentur, quaenam huius manuum impositionis ratio esset et significatio, quorumnam donorum Spiritus S. participes redderentur. ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίματος αἰωνίου] *de mortuorum resurrectione, et iudicio aeterno. Schöttgenius, Michaelis, Moldenhauerus, Rosenmüllerus, Storrius*, alii, ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν ad homines probos referunt, et ad felicitatem in altera vita iis exspectandam, verba autem κρίμα αἰώνιον de miseria improbis futura interpretantur. Sed nihil caussae est quare a vulgari verborum interpretatione recedendum sit, ex qua ἀνάστασις de resurrectione omnium hominum, et κρίμα de iudicio extremo accipitur cf. 9, 27. Matth. 25, 31 sq. Sic κρίμα etiam legitur Act. 24, 25. Iudicium autem dicitur *aeternum*, quatenus eius vis et efficacia in aeternum valet v. Matth. 25, 46. Eandem vim obtinet αἰώνιος in formulis αἰωνία λύτρωσις Hebr. 9, 12. διαθήκη αἰώνιος 13, 20.

3. Pro ποιήσομεν *faciemus*, codd. praestantissimi exhibent ποιήσωμεν *faciamus*, quae lectio vulgatae praeferenda videtur, probavit eam etiam *Griesbachius* et in textum recepit *Vaterus*. Haud pauci autem interpretes verba huius versus priora referunt ad prima religionis elementa v. 1 sq. memorata, ut sensus procedat hic: alio tempore, si Deo placet, illa prima religionis capita repetamus. Auctorem ergo his verbis declarare voluisse statuunt, se elementa illa uberius pertractaturum esse, vel ubi ad Hebraeos venisset, vel in alia epistola iis inscribenda. His vero ita statuentibus opposuerunt alii: Si epistolae auctori ipsi necessarium visum fuisset, Hebraeos religionis rudimenta docere (quod tamen etiam per alios ecclesiae doctores fieri potuisset 13, 17. 12, 15.), sapientis doctoris fuisset, non in aliud tempus institutionem differre. Quare plerique huius epistolae enarratores, praeeuntibus Oecumenio, Theodoreto, Theophylacto, verba καὶ τοῦτο π. retulerunt ad verba ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα *ad altiora progrediamur*, quae sunt verba v. 1. praecipua. ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεὸς] et hoc quidem faciamus, *si Deus permiserit*, auxiliante Deo, si Deus vires et vitam concesserit, ut nos dicere solemus

mit Gottes Hülfe. Oecumenius: ὡς ἔθος ἡμῖν λέγειν Θεοῦ διδόντος τοῦτο ποιήσωμεν. Fieri non poterat ut auctor uno tenore epistolam scriberet, temporis intervalli opus erat, ac proinde utpote homo religiosus et humanae imbecillitatis memor, opem divinam implorabat. Theodoretus: εἴωθε δὲ ὁ ἀπόστολος πάντα ἐξαρτᾷν τῆς θείας προμηθείας *solet Apostolus divinae providentiae omnia tribuere.* Similis formula ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ Iac. 4, 13. 16. ubi v. *Hottingerus.* add. 1 Cor. 4, 19. 16, 7.

4. Valde laborarunt interpretes in constituenda verborum cohaerentia. *Peircius* quae hoc in versu leguntur cum iis quae praecesserunt ita copulat: ad ea contendam quae adultis apta sunt, modo eius rei mihi potestatem fecerit Deus, nec vos relicto, priusquam literae meae ad vos perlatae fuerint, Christo, exspectationem meam fefelleritis. *Abreschius*, *Storrius*, alii verba hunc in modum connectunt: alio tempore prima religionis elementa repetam, si vos Deus a defectione custodierit, frustra enim ea, iis qui a religione desciverunt, proponerem. His vero interpretationibus vel ea obstant quae v. 9. leguntur cf. etiam ad v. 3. notata. Ex aliorum sententia mens scriptoris haec est: ad altiora progrediar; etenim mihi nil rei est cum iis qui christianorum sacra deseruerunt 10, 26. neque istorum caussa religionis elementa repetere volo, irritum hoc inceptum foret, nam fieri nequit, ut eiusmodi homines corrigantur. At enimvero 5, 11 sq. non de defectoribus, sed de tarditate et ignorantia multorum Hebraeorum sermo erat, praeterea argumentum quidem epistolae docet, plures Hebraeorum ad defectionem a religione fuisse proclives, sed nonnullos eorum ab ea etiam descivisse, probari nequit cf. v. 9. et not. ad 10, 25. 39. 12, 15. Dicam quod sentio. Particula γὰρ h. l. ut saepius ita posita legitur, ut sententiae omissae ex orationis contextu eruendae rationem reddat. Abrupta autem et lacunosa esse solet eorum oratio, qui animo commoto dicunt aut scribunt. Talis etiam est h. l. scriptoris nostri oratio, cuius animum exasperarat, et gravi offensione affecerat Hebraeorum in adaugenda religionis scientia segnities et inde orta ignorantia. Hanc

segnitiem et ignorantiam acriter reprehenderat 5, 11 sqq. et declararat se nolle prima religionis elementa repetere, sed velle ad altiora progredi 6, 1-3. Iam cogitando hoc supplementum adiiciendum est: renuntiate inertiae, plenam accuratamque religionis cognitionem vobis comparate, ne a religione deficiatis. Sequitur: nam qui religionis luce collustrati sunt, et ab ea deficiunt, ad meliorem frugem revocari non possunt, et poenas luent gravissimas v. 4-8. Continent ergo hi versus severiorem admonitionem ad constantiam et perseverantiam, atque oratio ita composita est, ut graviorum verborum delectu vim verbis addiderit scriptor, et atrocitatem criminis et poenae gravitatem, exitumque funestum ostenderit. Excitare voluit hac admonitione epistolae conditor non tantum tardos ad discendum et eos qui quae perceperant fere dedidicerant, ut aures praeberent doctoribus 13, 17., conventus christianorum frequentarent 10, 25., in religionis cognitione proficerent, ne deficerent, sed simul etiam christianos perfectiores, ut pleniorem et accuratiorem cognitionem doctrinae Christi sibi compararent, eamque constantissime profiterentur. *ἀδύνατον*] quod cohaeret cum verbis v. 6. *πάλιν ἐγκαινίζειν εἰς μετάνοιαν* proprie notat *id quod omnino fieri nequit* ut infra v. 18. deinde *quod longe difficillimum est*, *vix fieri potest*, quod adeo difficile est, ut propemodum sit impossibile, ut h. l. Prov. 30, 18. *τρία δέ ἐστιν ἀδύνατά μοι νοῆσαι*, (Hebr. נִפְלְאוּ) ubi Vulgatus interpres vertit: *difficilia mihi*. Matth. 19, 26. ubi *ἀδύνατον* respondet *τῷ δυσκόλως aegre*, *difficulter*. Lucian. dial. deor. 8. extr. p. 200. *ἀδύνατα αἰτεῖς-ἀδυνάτων ἐρᾷς*. vid. et *Schleusneri* Lex. h. v. cf. *Clericus* ad *Hammondum* p. 220. b. *Doederleinii* Instit. Theol. christ. §. 324. Obs. 2. Sensus igitur est: qui *φωτισθέντες κ. τ. λ.* Christi signa deserunt, difficulter ad meliorem frugem redeunt, cum tanta sit mentis eorum et voluntatis perversitas. *τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας*] *qui semel* religionis christianae *lumine collustrati sunt: ἅπαξ Seb. Schmidius*, *Wolfius*, *Glassius* p. 390. *Schleusnerus* in Lex. et *Bretschneiderus* in Lex. Man. explicant *plane*, *vere*, *perfecte*. Suidas: *ἅπαξ*, *διόλου*, *ὁλοσχερῶς*,

παντελῶς. Sed ἅπαξ refertur h. l. ad πάλιν v. 6. ut 9, 26. 28. ad πολλάκις v. 25. Verbum φωτίζειν in literis sacris frequenter ita adhibetur, ut significet *docere*, quatenus doctrina animos hominum illustrat, ignorantiam depellit v. Sir. 45, 28. Eph. 1, 18. 3, 9. Hesychius: ἐφώτισεν, ἐδίδασκεν. In versione Alexandrina respondet Hebr. הוֹרָה Iudd. 13, 8. 2 Regg. 17, 28. vid. not. ad Ioh. 1, 9. h. l. positum legitur de iis, qui religionis christianae cognitionem consecuti sunt, atque idem valet quod λαμβάνειν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας loco parallelo 10, 26. Veterum enarratorum nonnulli, quibus adstipulati sunt *Ernestius* et *Michaelis* in vers. vernac. secuti auctoritatem Syri interpretis, Theodoreti et Theophylacti, φωτισθέντας explicuerunt: *qui baptismum susceperunt*, ut 10, 31. quo sensu multi patrum tum Graecorum, tum Latinorum hac voce usi sunt v. *Suiceri* Thes. Eccl. s. v. φωτίζω, φωτισμός. Sed baptismum Apostolorum aetate dictum esse φωτισμὸν ex libris N. T. probari nequit, neque idonea ratio afferri potest, cur h. l. a vulgari significatione verbi φωτίζειν recedendum sit. γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου] *coeleste donum degustarunt:* γεύεσθαι ut verbum Hebraicum טעם non tantum notat: *leviter et primoribus labris gustare*, in os sumere saporis explorandi caussa, parum cibi et potionis adhibere v. 2 Sam. 3, 35. Iob. 12, 11. Matth. 27, 4. Ioh. 2, 9. sed etiam omnino *edere*, *cibum capere*, ut 1 Sam. 14, 24. (ubi permutatur cum verbo אכל, cui etiam in vers. Alex. respondet Esdr. 10, 6.) Ion. 3, 7. Act. 10, 10. Col. 2, 21. Ael. H. V. 16, 37. Per translationem verbum γεύεσθαι usurpatur non tantum *de rebus, quae leviter modo velut explorantur, attinguntur* Longin. Fragmm. 3, 9. τοῖς γὰρ ἀπείροις, καὶ τοῖς μήπω τῆς μετροποιΐας γεγευμένοις *qui artem metricam non degustarunt, eius initia cognoverunt* v. *Albertius* ad h. l. ut Lat. *gustare* Cic. N. D. 1, 8. *hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam;* sed etiam quae plene et perfecte *percipiuntur, experientia cognoscuntur, quae quis nanciscitur.* Soph. Trachin. 1101. ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην. ubi scholiastes: ἐγευσάμην, ἐπειράσθην, πεῖραν ἔσχον. Herodot.

6, 5. *γεύεσθαι ἐλευθερίης*. Eurip. Hec. 375. *ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν*. Pind. Isthm. 1, 29. *γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων*. Philo Lib. de somn. p. 590. A. *ψυχαὶ δ', ὅσαι θείων ἐρώτων ἐγεύσασθε at vos, o animae, quotquot percepistis amorem Dei*. Ps. 34, 9. LXX. *γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος*, ubi in textu Hebr. extat verbum טעם. add. 1 Petr. 3, 2. Cic. pro Archia 7. *quodsi ipsi haec neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus*. cf. *Brunckius* ad Soph. Antig. 1005. *Spanhemius* et *Kusterus* ad Aristoph. Ran. 462. *Iacobsius* Animadvv. ad Anthol. Gr. Vol. 1. P. 2. p. 246. *Valckenarius* ad Herodot. 7, 46. et *Krebsius* ad h. l. Construitur hoc verbum vulgo cum Genitivo, rarius cum Accusativo ut v. 5. Sir. 36, 19. et in versione Alexandrina Iob. 12, 11. 34, 3. Per *τὴν δωρεὰν τὴν ἐπουράνιον* donum coelitus concessum per legatum coelestem v. 3, 1. intelligi debet religio christiana cum omnibus commodis et ornamentis quae iis, qui eam profitentur, praebet. Inest ergo verbis notio haec: qui praestantiam doctrinae Christi animo perceperunt. Verbum quod praecessit *φωτίζεσθαι* pertinet ad intelligentiam, *γεύεσθαι* ad sensus ex intellecta doctrina oriundos, ut intelligenter monuit *Böhmius*. *καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου*] *et Spiritus S. donorum participes facti sunt*. Thomas Mag. *γενηθεὶς, ἀντὶ τοῦ γενόμενος, οὐδεὶς τῶν δοκίμων*. Hunc Aoristum scriptores N. T. ab Alexandrinis mutuatos esse, docuit *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 685. cf. etiam *Lobeckius* ad Phrynich. p. 108. *πνεῦμα ἅγιον* indicat facultates et virtutes, quae per religionem christianis divinitus contingunt, quo pertinent singularis animi commotio, qua tanquam divini numinis afflatu, ii qui doctrinae christianae salubritatem agnoverant, se sentiebant impulsos ad eam suscipiendam Act. 10, 47. susceptam impavide profitendam et propagandam, accuratior doctrinae christianae scientia, animi tranquillitas, probitatis studium etc. cf. not. ad 2, 4. Haud male *Böhmius: quicquid peculiare existimabatur, vel in ipsa pietate christiana, vel in eius extraordinariis fructibus*.

5. *καλὸν Θεοῦ ῥῆμα* Chrysostomus, Theophylactus,

bum *ἀνακαινίζειν* nonnulli interpretes subintelligendum esse censent *ἑαυτοὺς* ut se ipsos emendent. Alii *τινὰ aliquem*, et hoc pronomen ad religionis doctores referunt. Equidem accedo interpretibus iis, qui Activum *ἀνακαινίζειν* positum esse statuunt pro Passivo *ἀνακαινίζεσθαι*, ut 5, 11. *διδάσκειν* pro *διδάσκεσθαι* ubi v. not. hoc sensu: ut eos doctor aliquis ad meliorem frugem revocet. *ἀνασταυροῦντες ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας*] *qui in suam perniciem Dei filium denuo in crucem agunt et publicae ignominiae exponunt.* Sunt qui credant verbum *ἀνασταυροῦν* simpliciter reddendum esse *in crucem agere*, cum particula *ἀνὰ* in multis verbis compositis vi omni careat v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 27: et a scriptoribus Graecis verbum *ἀνασταυροῦν* ita usurpari soleat, ut vim verbi simplicis *σταυροῦν* obtineat. Xen. Anab. 3, 1. 12. *βασιλεὺς τεθνηκότος ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα ἀνεσταύρωσεν.* Herodi. 3, 8. 2. *καὶ πέμψας τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἀλβίνου δημοσίᾳ ἀνασταυρωθῆναι κελεύει.* add. Diod. Sic. 2, 1. Ioseph. Ant. 11, 6. 10. coll. §. 11. Exempla plura dant *Albertius*, *Krebsius* et *Wetstenius* ad h. l. Sed dubitari non potest quin h. l. propria verbi significatio, *denuo in crucem agere*, orationi contextae cummaxime accommodata sit, neo in verbo *ἀνακαινίζειν*, quod praecessit, particula *ἀνὰ* sua vi caret. *παραδειγματίζειν* omnino notat; *monstrare aliquid illudque in publicum producere.* Hesychius: *παραδειγματίσαι, φανερῶσαι.* Deinde in deteriorem partem adhibetur de iis, qui aliquem oculis omnium exponunt, *vel* ut notetur ignominia, hinc significat *ignominia aliquem afficere, ludibrio aliquem exponere* ut Matth. 1, 19. legitur *παραδειγματίσαι* quod Basilius Or. de hum. Chr. gen. 6, 11. explicat *δημοσιεῦσαι.* Ezech. 28, 17. *ἐναντίον βασιλέων ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι.* add. Polyb. 29, 7. 5, eundem significatum h. l. verbum obtinet, pro quo infra 10, 33. legitur *θεατρίζειν.* Oecumenius et Theophylactus explicant: *καταισχύνοντας*, *vel*, ut puniatur, hinc valet *publice poena quacunque aliquem afficere*, ut Num. 25, 4. ubi Iudaei Alexandrini verterunt: *καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς κυρίῳ κατέναντι τοῦ ἡλίου.* Textus

tima cum proxime antegressis particula τε arctius connexa, quam particula καὶ, illa priora verba illustrant. Caeterum interpretationem verborum v. 5. a nobis prolatam confirmant etiam ea quae v. 6. leguntur.

6. Prima ac propria verbi παραπίπτειν notio haec est, ut indicet: *iuxta aliquem* s. *aliquid cadere;* deinde usurpatur de hominibus qui *aberrant, deflectunt de via* Polyb. 3, 54. 5. hinc per metaphoram notat *errare, peccare* Xen. H. Gr. 1, 6. 4. ὅτι Λακεδαιμόνιοι μέγιστα παραπίπτοιεν ἐν τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους. add. Sap. 6, 9. 12, 2. Alexandrini Iudaei verbum Hebr. מָעַל quod de iis ponitur qui *a Deo deficiunt* Ezech. 14, 13. 15, 8. expresserunt verbo παραπίπτειν, sed vocabulum מַעַל 2 Chron. 33, 19. reddiderunt ἀπόστασις et 2 Chron. 29, 19. ἀποστασία. H. l. de iis adhibitum extat, qui a religione christiana deficiunt, atque idem valet quod loco parallelo 10, 26. ἁμαρτάνειν, et ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος 3, 12. πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν] *ut eos aliquis ad meliorem frugem revocet.* Particula πάλιν h. l. redundat. Scriptores Graeci quoque hanc particulam verbis cum praepositione ἀνὰ coniunctis frequenter ita adiungunt, ut redundet v. not. ad Act. 18, 21. ἀνακαινίζειν significat *renovare, instaurare,* et ponitur de aedibus quae instaurantur ap. Ioseph. Ant. 9, 8. 2. τὸν δὲ τῶν Ἱεροσολύμων βασιλέα Ἰώασον ὁρμή τις ἔλαβε τὸν ναὸν ἀνακαινίσαι τοῦ Θεοῦ *Ioasum autem Hierosolymorum regem incessit cupido templum Dei instaurandi.* Deinde hoc idem verbum de rebus quibusvis quae ad pristinam meliorem formam et conditionem rediguntur dicitur, transfertur etiam ad animum. Ps. 102, 5. ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου *renovabitur iuventus tua sicut aquilae.* Ps. 103, 31. ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς *novam terrae faciem inducis.* Quibus in locis extat Hebraicum verbum חִדֵּשׁ. Philo Leg. ad Cai. p. 1004. A. ἀνισότητα τὴν ἀδικίας ἀρχὴν ἀνεκαίνισεν ἰσότητι, ἥ τίς ἐστι πηγὴ δικαιοσύνης inaequalitatem iniustitiae originem, aequalitate, *iustitiae fonte restauravit.* Chrysost. Opp. T. 1. p. 738. τὴν ψυχὴν παλαιωθεῖσαν ἀνακαινίζειν. Itaque sensus formulae ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν est: emendare ita, ut ad Christi signa redeant. Ad ver-

Oecumenius, ex recentioribus interpretibu
nestius, *Rosenmüllerus*, *Heinrichsius*, *Sto*
stantia doctrinae christianae explicant, de
praebet animi tranquillitatem, spem remissi
quod legi V. T. oppositum sit, quae esset
τίον ἀβάστακτον v. Act. 15, 10. Ita vero
petitum esset, quod verbis v. 4. γευσαμέ
τῆς ἐπουρανίου expressum erat. Imo ῥῆμ
nem declarat ut Luc. 2, 29. et ῥῆμα καλὸν r
lae Hebraeorum דבר טוב in libris V. T. s
bitae de promissione laeta, ut Ios. 21, 45.
10. 33, 14. 1 Regg. 8, 20. Intelligi auten
sio Messiae, tempore V. T. data, atque a
borum est: quibus γεῦσις illius promission
tigit, qui perceperunt Christi beneficia.
τος αἰῶνος interpretes plures significari
Messiae brevi appariturum, felicitatem in
ram, atque sensum loci hunc in modum
iam his in terris degustarunt quodammo
runt ipsi, quanta olim felicitas parata sit
turo aevo. Vocabulo δυνάμεις indicar
commoda vitae coelestis, et *Abreschius*
propter eorum *excellentiam* et *praest*
vocis significationem comprobandam la
1. extr. ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν Ἔρωτος π
κάλλει σώματος, καὶ δυνάμει, quae
ait per hendiadyn pro δυνάμει τοῦ κά
δύναμις ibi notat virtutem, vim inger
locum docuit. Desidero locum simil
tio voc. δύναμις quam ei *Abreschi*
Equidem arbitror αἰὼν μέλλων ide
οἰκουμένη ἡ μέλλουσα seculum futu
Messiae in hac terra inchoatum,
mandum cf. not. ad 2, 5. et 1, 3. e
μεις indicat *effectus* h. e. bona et
tia inest verbis haec: qui perce
regni, imperii Messiae, quam
suos cultores, regni sui cives, i

stiana traditur, qui eam admiserunt, eiusque dotes perceperunt coll. v. 4. 5. Hominum cum agro comparatio scriptoribus sacris frequens v. Deut. 32, 2. 1 Cor. 3, 6. Matth. 15, 13. 13, 4 sqq. et doctrina comparatur cum pluvia etiam Deut. 32, 2. πολλάκις pluviam crebrius, ex longo tempore immissam v. 5, 12. ἐρχόμενον id. qd. βρέχοντα Apoc. 11, 6. καὶ τίκτουσα βοτάνην κ. τ. λ.] *et gratos fructus parit iis propter quos colitur:* τίκτειν haud raro ponitur de terra et arboribus fruges proferentibus Eurip. Cycl. v. 332. ἡ γῆ τίκτουσα ποίαν. Philo de Opif. p. 30. B. ἀνάγκη τὴν ὑγρὰν οὐσίαν μέρος εἶναι γῆς τῆς πάντα τικτούσης *necesse est humidam essentiam partem esse terrae omnia parientis.* De Merc. p. 862. D. βλαστάνοντα καὶ τίκτοντα καρποὺς ἐπαλλήλους *arbores progerminantes et proferentes fructus continuos* cf. etiam *Wetstenius* ad h. l. Sic quoque Latini terram dicunt *parere* et *gignere* Lucret. 2, 896. *Humorum guttas mater cum terra recepit, Foeta parit nitidas fruges.* Cic. N. D. 1, 2. *quae terra gignat, maturata pubescant.* Gell. N. A. 19, 12. *virgulta pomis frugibusque gignendis felicia.* βοτάνη indicat *gramen* in vers. Alex. 2 Regg. 19, 26. *herbam* Gen. 1, 11. βοτάνην χόρτου *primam herbam graminis.* Eurip. Cycl. 45. ποιηρὰ βοτάνα. De herba salubri medendo apta legitur Sapient. 16, 2. Palaeph. 27, 3. Adhibetur vero etiam de *frugibus* cuiuscunque generis ut in vers. Alex. Ex. 9, 22. 10, 12. 15. ubi respondet Hebr. עֵשֶׂב. H. l. βοτάνη significat *herbam e seminibus eiectam, segetem florentem.* εὔθετος, cui opponitur v. 8. ἀδόκιμος, est *aptus, idoneus* ut Luc. 9, 62. ubi v. not. *probabilis, gratus* ut h. l. *Alberti* Gloss. N. T. p. 173. εὔθετον, εὐάρεστον, εὐδόκιμον. Alii vertunt: *utilis, usibus aptus.* Terra quae fruges profert gratos, significat christianos, qui summo studio in eo elaborant ut in religionis christianae cognitione progressus faciant, ut fiducia in Deo et Christo reposita firmetur et crescat. Verba δι' οὓς haud pauci interpretes vertunt: *per quos*, iisque spectari autumant agrorum cultores, agricolas h. l. religionis christianae doctores. Equidem eorum partes sequor, qui haec verba reddunt *propter quos*, ita ut referantur ad fundi

dominos h. e. Deum et Iesum Messiam. Etenim particula διά, ut iam *Abreschius* animadvertit, Accusativo iuncta, nusquam in hac epistola significat *per*, et semper distinguuntur δι' οὗ et δι' ὅν, ita, ut prius notet *per quem*, posterius *propter quem* v. 1, 2. 2, 10. Praeterea etiam alias quoque ecclesia christiana dicitur ager, vinea Dei, quae per doctores colitur, v. 1 Cor. 3, 9. Matth. 21, 33. 20, 1 sqq. Quod autem, inquit *Böhmius*, ipse Deus quoque vocabulo ἐκείνοις, si rem, non allegoriam spectes, significatus est, confestim rursus suo appellatus nomine; id ex natura allegoriae, figurae saepius non nisi cum quadam orationis incommoditate locum habentis, repetendum est. Caeterum particula καὶ indicat agrum non tantum imbibisse pluviam, verum *etiam* cultura non caruisse. μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ] *a Deo fortunatur:* εὐλογία ut Hebr. בְּרָכָה denotat *bonorum apprecationem.* Quoniam moris erat apud Hebraeos, ut qui alios salutarent iisque bona apprecarentur, iis munera offerrent, factum est ut nomen ברכה Gr. εὐλογία de his muneribus v. Gen. 33, 11. 1 Sam. 25, 27. ac deinde de *muneribus* et *beneficiis* quibusvis adhiberentur v. Iudd. 1, 15. 1 Sam. 30, 26. 2 Regg. 5, 15. Eph. 1, 3. Gal. 3, 14. Quoniam qui bona largiuntur, homines benefici, large et liberaliter dant, εὐλογία etiam usurpabatur de *liberalitate, largitate, beneficiis largis* 2 Cor. 9, 6. de larga messe; ἐπ' εὐλογίας θερίσει *largiter metet*, opponitur ibi φειδομένως. Phavorinus: εὐλογία, πληθυσμὸς ἀγαθῶν, ἐξ ἑκουσιότητος διδόμενος. Iam h. l. sermo est de agro benignitate divina fecundo, ut εὐλογεῖν de agro fertili legitur Gen. 27, 27. atque adeo verba μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ Θεοῦ sonant: terra fertilitatis incrementa capit, ita, ut fruges cum maxima largitate fundat. Sententiae autem summa, imagine omissa, haec est: qui doctrinam christianam admiserunt, eiusque dotes perceperunt, et summo ardore ac studio contendunt atque elaborant, ut doctrinae christianae scientiam accuratam et gravem colligant, ut fides ipsorum firmetur et crescat; horum conatibus Deus prosperum successum praebet, eosque felicissimos reddit in altera vita. Hanc notionem verbis

ultimis inesse, opposita verba v. 8. *κατάρα* et *καῦσις* docent.

8. Initio huius versiculi repetenda sunt verba: *γῆ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ γεωργεῖται*, ager malae indolis, licet pluviam crebro biberit, et bene cultus ac subactus fuerit (apparet ita improbi velut agri culpa), qui nihilominus tamen spinas et tribulos profert etc. *Hezelius* in *Neuem Versuch üb. d. Brief an d. Hebr.* subintelligi vult: *γῆ* (*δὲ*) *ἡ μὴ πιοῦσα ὑετὸν*, quam tamen interpretationem contextus repudiat. Innuuntur enim homines, qui religionem christianam susceperunt, eiusque dotes perceperunt coll. v. 5. 6. Verbo *ἐκφέρειν*, non *τίκτειν*, scriptorem h. l. propterea usum esse putant praeeuntibus Chrysostomo, Oecumenio, Theophylacto, *Grotius* et *Valckenarius*, quod de agro malo sermo sit, vertunt: *eiiciens* velut *abortus*; monent spinas et tribulos considerari tanquam *abortus*. Laudavit *Valckenarius* hanc in rem locum Antonin. Lib. c. 7. *ager nullas fruges*, *ἀλλ' ἔφερεν αὐτῷ σχοίνους καὶ ἀκάνθας*. Sed non argutandum in verbo *ἐκφέρειν*, cum hoc verbum etiam de saluberrimis frugibus ponatur, ut ap. Xen. Oecon. 16, 5. terra *τὰ ἄγρια καλὰ φύουσα δύναται θεραπευομένη καὶ τὰ ἥμερα καλὰ ἐκφέρειν*. Plutarch. PP. E. 4, 10. *γῆ γεωργηθεῖσα γενναίους καρποὺς ἐξήνεγκε*. Hesiod. Ἔργ. 117. — *καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον fructum ferebat fertilis terra sponte multum et copiosum*. Alia exempla dat *Elsnerus* ad h. l. Explicanda autem sunt verba huius versiculi hunc in modum: ager qui sentes et tribulos (facile se diffundentes) magna copia parit (*ἐκφέρουσα ἀκάνθας καὶ τριβόλους*) a fundi dominis spernitur, quippe ad culturam ineptus, cuius spinae et tribuli eradicari non possint (*ἀδόκιμος*), eique instat execratio divina, brevi spinis ac tribulis totus ager obducitur (*κατάρας ἐγγύς*), cuius (agri) finis hic est ut comburatur. Sensus autem huius enuntiationis, quae continet imaginem conditionis et sortis, malae indolis christianorum, ita constitui debet: christiani, qui in religionis cognitione non proficiunt, sed in errores pristinos relabuntur, iisque indulgent,

Deo et Christo improbantur, et permittit Deus ut in erroribus perseverent, et brevi ad eum pervicacis impietatis gradum perveniant, ut a religione christiana deficiant, cuius impietatis et defectionis suae poenas in altera vita dabunt gravissimas. Verba δοκιμάζειν, δοκίμιον, δοκιμὴ, δόκιμος, ἀδόκιμος proprie dicuntur de metallorum exploratoribus. Ac verbum quidem δοκιμάζειν notat: nummos spectare, falsos et adulterinos a genuinis et veris diiudicare et distinguere (qui hoc faciunt dicuntur δοκιμασταὶ s. ἀργυρογνώμονες) atque δοκίμιον indicat id, quo aliquid probatur v. c. catillum quo metalla coquuntur Prov. 27, 21. δοκιμὴ autem probationem metallorum ipsam, et δόκιμον, id quod probatum est v. c. χρυσίον δόκιμον 2 Chron. 9, 17. Deinde verbum δοκιμάζειν per metaphoram signat, *probum*, *idoneum*, *dignum aliquem iudicare* 1 Thess. 2, 4. Herodi. 1, 6. 23. 7, 10. 6. et verbum oppositum ἀδοκιμάζειν *repudiare, reiicere aliquem* Hebr. מאס Ps. 118, 22. Ier. 6, 30. ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς κύριος, atque vocabulum ἀδόκιμος quod proprie usurpatur *de nummis falsis et adulterinis, qui reiiciuntur* Ies. 1, 22. ἀργύριον ἀδόκιμον *argentum minime probum*, per metaphoram adhibetur de *re nullius pretii, et ad omnem usum inutili, quae reiicitur*, ut h. l. et ap. Isocrat. ep. 8. T. 1. p. 488. ed. *Batt.* ubi iunguntur ἀδόκιμος et ἄχρηστος add. Tit. 1, 16. Hesychius: ἀδόκιμον, πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον. κατάρας ἐγγὺς] *execrationi* (divinae) *proximus est.* Terra infecunda, sterilis, Hebraeis dicitur ἐπικατάρατος *diris a Deo devota* v. Gen. 3, 17. Nempe Hebraei omnia quae his in terris eveniunt, sive bona sive mala, etiam ea quae Deus tantum permittit, non impedit, Deo operanti et agenti tribuunt v. Ezech. 20, 25. Rom. 1, 24. (παρέδωκεν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν *permisit ut* etc.) ubi v. *Koppius.* 2 Thess. 2, 11. Eph. 4, 19. Ps. 81, 13. coll. Act. 14, 16. ἐγγὺς construitur h. l. cum Genitivo, ut infra 8, 13. Ael. H. V. 12, 1. ἐγγὺς ἰσοτιμίας Philo Lib. de Cherub. p. 111. B. ἐγγὺς Θεοῦ δυνάμεως. Eurip. Hippol. 1070. cum Dativo Act. 27, 8. Marc. Antonin. p. 64. ἧς τὸ τέλος εἰς

καῦσιν] *cuius finis est combustio*, tempore messis. Pronomen ἧς nonnulli referunt ad κατάρας. Rectius refertur ad vocabulum γῆ in hac tota oratione primarium, etiam ad ἐκφέρουσα repetendum. Cum vero ager ipse non comburatur, nonnulli interpretes, in his *Limborchius*, *Ernestius* monuerunt, scriptorem relicta allegoria, respexisse τοὺς παραπεσόντας (v. 6.) cum agro comparatos. Qua tamen contorta interpretatione non opus est. Sed per metonymiam caussa efficiens pro re effecta posita est, atque intelligi debet spinarum tribulorumque combustio. Virg. Georg. 1, 84 sq. *Saepe etiam steriles incendere profuit agros Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis;* ubi *steriles agros* positum est pro, stipulas agri, ut v. 85. explicatur. Comburebant autem veteres, etiam Orientales, stipulas, spinas et carduos in agris, ut redderentur fecundi v. *Iahn bibl. Archaeologie Th.* 1. *B.* 1. p. 346. Sed stipularum, spinarumque combustio, in literis sacris frequens est imago poenae divinae gravissimae, qua facinorosi afficiuntur v. Nah. 1, 10. Mal. 4, 1. Matth. 3, 12. 13, 30. et sic h. l. insigniuntur poenae gravissimae defectoribus illis in altera vita subeundae. Caeterum hic meminisse iuvabit, in collationibus non omnia ad latum unguem resecanda, nec collationem ultra finem, quem sibi eius auctor proposuit, extendendam esse. τέλος indicat *exitum*, *fata ultima*, *das endliche Schicksal* ut 2 Cor. 11, 15. Phil. 3, 19. 1 Petr. 4, 17. εἰς καῦσιν scl. ἐστί, positum est ex Hebraismo pro καῦσις vid. not. ad Matth. 19, 5.

9. Ne nimis commoverentur lectorum animi, cum multi eorum ad defectionem a religione christiana inclinarent, monitionis acerbitatem epistolae auctor mitigat atque emollit. Meliora de iis auguratur. πέπεισμαι, ut recte plures animadverterunt interpretes, non significat: *certus sum*, *plane mihi persuasum est*, sed *spero*, nam 5, 11. conquestus erat scriptor de Hebraeorum νωθρότητι. Locus similis Gal. 5, 10. ubi legitur: ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν κυρίῳ, ὅτι ἄλλο φρονήσετε, sed c. 3, 1. Galatas ἀνοήτους appellarat. ἀγαπητοὶ, non scripsit auctor ἀδελφοὶ, sed hac blanda compellatione, eaque hoc uno totius epi-

stolae loco usus est, ne existimarent lectores, se male erga ipsos animatum esse. τὰ κρείττονα *meliora* h. e. spero fore, ut vos in cognitione religionis indies proficiatis, eam constantissime profiteamini, atque ita alterius vitae felicitatem impetretis. καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν] *et cum salute vestra coniunctiora, licet ita locutus sim:* ἐχόμενα σωτηρίας Augustinus adv. Crescon. 3, 74. *quibus salus aeterna arcte adhaeret.* Vulgat. *viciniora saluti.* Oecumenius: ἐγγὺς ὄντα. Verbum ἔχεσθαι prop. notat *attingere, contingere, cohaerere* Gloss. Vett. ἔχομαι *haeresco* v. Hom. Odys. ι', 435. Longin. Fragm. 5, 6. ἔχεσθαι δογμάτων *constanter adhaerere placitis, ea tueri.* Liban. Orat. 11. Opp. T. 2. p. 363. ἔμειναν ἐχόμενοι τῆς πατρίδος. Deinde signat *finitimum, vicinum, coniunctum alicui esse, ad aliquem pertinere, quocunque modo*, ita, ut construatur cum Genitivo rei et personae. Plato Protag. p. 223. C. *Franoof.* ἃ διδασκάλων εἴχετο *quae ad magistros pertinent, a magistris doceri possunt.* Arriani Indica c. 36. §. 6. ed. *Schmieder.* τὰ δὲ εὐπετέα τε καὶ κλέους ἤδη ἑτοίμου ἐχόμενα *res faciles quarum gloria iam in promtu est.* Herodot. 4. 176. τούτων ἐχόμενοι Γινδάνες εἰσί *his vicini sunt Gindanes.* Xen. Oecon. 6, 1. τὰ τούτων ἐχόμενα διεκπεραίνειν *absolvere, perficere ea quae cum illis arcto vinculo coniuncta sunt.* Plutarch. PP. E. 3, 1. ἐχόμενον τούτων *proxime sequitur*, ubi v. *Heumanus.* LXX Lev. 6, 11. ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου *iuxta altare*, ubi in Hebraico textu legitur אֵצֶל *iuxta, prope.* Suidas: ἐχόμενος, ἐγγὺς ἢ κατέχων. Etymol. M. ἐχόμενα, ἀντὶ τοῦ παραπλησίως καὶ ἐγγύς. cf. *Kypkius* et *Raphelius* ad h. l. *Vigerus* p. 256. *Herm. Fischerus* Ind. Aeschin. sub v. ἔχειν et nos ad Marc. 1, 38. σωτηρία cui voc. respondet εὐλογία v. 7. felicitatem, inprimis alterius vitae declarat.

10. Caussam laetioris suae de lectoribus persuasionis scriptor non a christianis quidem ipsis, sed a Deo derivat, in eoque spem suam se positam habere affirmat. Deus (δυνάμενος φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους ep. Iud. v. 24.) vestrum religionis studium alet et augebit, vos constantes servabit atque beabit. οὐ γὰρ ἄδικος *non est iniustus*, re-

muneratur recte facta, vindicat malefacta 2 Thess. 1, 6 sq. Alii οὐκ ἄδικος explicant: *non est minus benignus, immitis; citra necessitatem.* ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν κ. τ. λ.] *ut oblivioni tradat*, i. e. ut non remuneretur, *vestram agendi rationem.* Supplendum ὥστε ut Gal. 3, 1. al. Qui alicuius obliviscuntur, eum non curant, eius rationem habent nullam, hinc ἐπιλανθάνεσθαι et ita ponitur, ut declaret *negligere* v. Phil. 3, 14. oppositum μιμνήσκεσθαι legitur Hebr. 13, 3. ubi v. not. Deus in literis sacris facti alicuius oblivisci dicitur, quando illud non remuneratur, aut non punit Ps. 10, 11. 12. hominum recordari, eorum non oblivisci, quando iis opitulatur Ps. 9, 13. Comitem habet h. l. verbum ἐπιλανθάνεσθαι Genitivum, ut infra 13, 2. sed Accusativum Phil. 3, 14. ἔργον ὑμῶν *Seb. Schmidius, Wolfius, Cramerus, Limborchius* al. explicant *fides vestra;* provocant ad 1 Thess. 1, 3. 2 Thess. 1, 11. at ibi additum legitur vocabulum πίστις. Nomen autem ἔργον simpliciter positum hanc significationem obtinere, probari nequit. Alii per τὸ ἔργον intelligunt *beneficentiam, liberalitatem,* laudant hanc in rem 1 Tim. 2, 10. Act. 9, 36. (quibus tamen in locis legitur ἔργα ἀγαθά) Phil. 1, 6. ubi additum comparet vocabulum ἀγαθόν. Mea sententia ἔργον indicat *agendi rationem,* et accuratius definitur hoc vocabulum additis verbis: καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης *nempe in demonstrando amore studium.* Similis locus Tit. 3, 9. μωρὰς δὲ ζητήσεις καὶ γενεαλογίας. Nomen κόπος indicat *fervorem, studium* ut 1 Thess. 1, 3. id. qd. σπουδή v. 11. Alii interpretantur de molestiis ab aliquo susceptis ut liberalis erga alios esse possit. De labore molesto κόπος legitur ap. Plutarch. PP. E. 11, 5. Ioh. 4, 38. ἀγάπη idem valet quod φιλαδελφία 13, 1. (sequitur τοῖς ἁγίοις) *amor erga fratres,* christianos, amor quem christianus christiano debet ut 1 Cor. 13, 1. al. Sed verba τοῦ κόπου omittunt ABCD* 6. 31. 47. 67.** 73. Syr. utr. Erp. Arm. Vulg. Chrysost. Hieron. Theophyl. et recte ea ex ordine eiecerunt *Griesbachius, Knappius, Schottus,* cancellis inclusit *Vaterus. Beza* et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. κόπος pro interpretamento habent vocabuli ἔργον. *Millius* Prolegg. n. 886.

quocum faciunt *Peircius*, *Bengelius*, *Böhmius*, κόπος ex 1 Thess. 1, 3. in hunc locum irrepsisse statuit. ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ] *quem* (amorem) *propter Deum praestitistis*. ἧς positum est pro ἥν. Pronomen relativum, Atticorum more, praecedentis nominis casui, non verbo sequenti respondet v. not. ad Marc. 7, 13. et Act. 1, 1. ἐνδείκνυσθαι *factis demonstrare* Tit. 2, 10. πίστιν. Xen. Anab. 6, 1. 12. εὔνοιαν. Aeschin. Socrat. 3, 2. ἐνδείξασθαι τὴν σοφίαν *documentum dare sapientiae*. Herodi. 2, 10. 19. προθυμίαν ἐνδ. add. Ael. H. V. 14, 5. Diod. Sic. 15, 10. εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ Dei caussa, pietate erga Deum ducti, cuius doctrinam profitemini. εἰς ut Hebr. ב, *propter* v. Act. 26, 16. Marc. 1, 38. Luc. 4, 43. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις, καὶ διακονοῦντες] *dum hominum Deo consecratorum* (christianorum ut Act. 9, 13. al. v. not. ad Hebr. 2, 11.) *commodis inservivistis*, *et inservitis*. Verbum διακονεῖν non tantum de stipe pauperibus data intelligendum, sed latiori sensu capiendum est, de victu et necessariis ad vitam sublevandam suppeditatis, omninoque humanitatis officiis quibuscunque, christianis pauperibus, aegrotis, captivis, peregrinis, exulibus praestitis, ut Matth. 25, 44.

11. Estis in his quidem laudandi, *cupio vero etiam ut unusquisque vestrum idem studium probet in spe certissima ad finem usque retinenda* cf. 3, 12. 13. 14, 1. Vocabulum πληροφορία quod omnino *perfectionem quamlibet* declarat, speciatim *rei alicuius firmitatem* designat. Hesychius: πληροφορία, βεβαιότης. vid. not. ad. Luc. 1, 1. add. Hebr. 10, 22 sq. Itaque πληροφορία τῆς ἐλπίδος est *spei firmitas* et per τὴν ἐλπίδα intelligitur spes salutis (σωτηρίας v. 9.) per Iesum Messiam promissae ut 3, 6. 14. Rom. 12, 12. πρὸς significat, *quod attinet ad* ut 1 Tim. 4, 5. v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 257. verba ἄχρι τέλους *usque ad vitae* finem v. not. ad 3, 6. referri debent ad verbum ἐνδείκνυσθαι. Mens igitur scriptoris haec est: cupio, ut omni studio in eo enitamini, ut spes vestra usque ad vitae finem firmissima sit et certissima h. e. omnino, cupio ut constantissime doctrinam Christi profiteamini cf. 4, 14. 10, 36. Theodoretus: δίχα πάσης ἀμ-

φιβολίας τὰς δεδομένας ὑμῶν τῶν μελλόντων ἐλπίδας κατέχετε sine omni dubitatione vobis datas futurorum bonorum spes retinete. Theophylactus: *ὡς ἂν σπουδάζητε πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος, τουτέστιν, ἵνα πλήρη καὶ τελείαν τὴν ἐλπίδα ἐνδείξησθε, καὶ μὴ σκυλθῆτε ut sitis solliciti ad expletionem spei h. e. ut plenam et perfectam spem ostendatis, et non perturbemini.*

12. Vocabulo *νωθροὶ segnes* supra 5, 11. scriptor ita usus erat, ut eo significaret segnes, tardos ad discendum, sed h. l. sermo est de spe felicitatis per Christum obtinendae, per Christum cuius reditum non longe remotum esse sperabant christiani et nostrae epistolae auctor v. 9, 28. 10, 25. 37. not. ad. 1, 1. et 10, 25. atque adeo *νωθροὶ* h. l. dicuntur ii, *qui tardi sunt ad sperandum*, *πρὸς τὴν ἐλπίδα* coll. v. 11. quorum spes fluctuat, qui ad defectionem sese inclinant. Pro *νωθροὶ Heinrichsius* legendum coniecit *νόθοι* (quod vocabulum legitur 12, 8.) et sensum verbis substituit hunc: ne sitis filii spurii, maioribus vestris quoad *ἐλπίδα* et *πίστιν* indigni, sed potius appareatis imitatores eorum strenui. Ingeniosa quidem coniectura, sed coniectura tamen, qua supersedere possumus. *διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας* per hendiadyn positum est pro *πίστεως μακροθύμου*, v. 15. simpliciter legitur *μακροθυμήσας*. Vocabulum *μακροθυμία* denotat patientiam, atque adeo constantiam in re exspectanda, et *πίστις μακρόθυμος* significat fiduciam, quae neque longinquitate temporis, neque calamitatibus pietatis caussa interim perferendis concutitur et labefactatur. Sic quoque *μακροθυμεῖν* Iac. 5, 7. 8. ita positum extat ut significet: animo tranquillo, *patienter* atque adeo constanter *exspectare*. *κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας*] *promissa consecuti sunt.* Vulgatus interpres *κληρονομούντων* vertit: *haereditabunt*, non legit *κληρονομησόντων*, sed sensum, minus tamen recte, expressit. Ex *Peircii* sententia verba *κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας* non referenda sunt ad Abrahamum et Patriarchas, sed continent imaginem christianorum fide constanti insignium. Provocat hanc in rem ad 11, 13. e quo loco appareat epistolae auctorem h. l. non scribere potuisse

Abrahamum participem esse factum bonorum promissorum, cum ibi diserte legatur Patriarchas non obtinuisse τὰς ἐπαγγελίας. Fallitur, nam scriptoris menti obversatos esse Abrahamum et Patriarchas, satis aperte docet v. 13. cum nostro versiculo particula γὰρ arcte coniunctus. Neque facit ad *Peircii* sententiam firmandam locus 11, 13. vid. infra not. ad v. huius cap. 15. et ad 11, 13. 39. praesens κληρονομούντων vim habet aoristi; sequitur etiam v. 15. ἐπέτυχε. ἐπαγγελίαι sunt *bona ipsa promissa* ut Luc. 24, 49. Act. 1, 4. 2, 33. Gal. 3, 14. supra 4, 1. 10, 36. Non autem sermo est, ut plures volunt, de bonis terrenis, quae patienter exspectarunt Patriarchae vid. ad 11, 13. et consecuti sunt, nam v. 11. praecessit: retinete spem salutis per Christum promissae; v. 12. sequitur: imitamini Patriarcharum exemplum, et v. 17. sermo est de christianis ad quos promissiones pertinent, qui v. 18. confugere dicuntur ad spem propositam. Itaque per τὰς ἐπαγγελίας indicantur promissiones Abrahamo, Isaaco et Iacobo datae, quae spectabant Messiam ex posteris eorum oriundum, et felicitatem in regno ipsius exspectandam. Plurali numero usus est scriptor, quoniam de promissionibus non uni, sed pluribus et diversis temporibus datis loquitur, quae quamvis variae essent v. Gen. 12, 2. 3. 7. 22, 16. 18. 26, 3. 28, 13. tamen omnes ad unam eandemque rem, nempe felicitatem summam in coelis per Iesum Messiam consequendam coniunctim pertinebant vid. v. 17 sq. Act. 13, 32. Gal. 3, 16. Rom. 9, 4.

13. Ut a diffidentia lectores suos avocaret scriptor, eosque ad constantiam in religione christiana profitenda excitaret et incitaret, quo consequerentur felicitatem in regno Christi summam eandemque perennem, in memoriam iis revocarat maiores ipsorum fidei constantia conspicuos; neque tamen h. l. ut infra c. 11. singula fidei exempla recenset, sed in Abrahami exemplo acquiescit, quoniam plurimum valebat apud Iudaeos Abrahami auctoritas, et quoniam Abrahamus primus acceperat promissionem felicitatis summae per Messiam, ex posteris ipsius oriundum, in regno Messiano coelesti v. 11, 10. 16. obtinendae. Con-

καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε] Bene haec verba expressit *B-mius:* nae, ego *fausta quaevis tibi praebebo, et omnibus implebo bonis:* εὐλογεῖν ut Hebr. ברך Gen. 12, 2. 24, 1. 2, 11. Ps. 36, 25. significat: *beneficiis afficere* v. Act. 3, 26. Gal. 3, 8. 9. Eph. 1, 3. Verbo participium eiusdem originis h. l. additum est ex Hebraismo. Solent enim Hebraei temporibus verborum definitis addere participia eorundem verborum, vel Ablativos aut Accusativos nominum ab iisdem verbis ductorum, ita, ut non augeant ipsam vim verborum Hebraeorum ut Hebr. 10, 37. ἐρχόμενος ἥξει (ubi participium quidem non est eiusdem originis, eiusdem tamen significationis) add. Gen. 2, 16. 17. 37, 33. Act. 7, 24. 1 Macc. 5, 40. δυνάμενος δυνήσεται v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 611. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 225. Neque tamen scriptoribus exteris haec forma loquendi inusitata est Xen. Cyr. 8, 4. 9. ἀλλὰ ὑπακούων σχολῇ ὑπήκουσα. Herodot. 4, 23. καταφεύγων καταφύγῃ ubi v. *Gronov.* Diod. Sic. T. 1. p. 717. καταπέμψας ἔπεμψε. Quod autem locum ipsum Gen. 22, 17. h. l. allegatum attinet, eum, ut acute vidit *Böhmius*, epistolae auctor consilio suo convenienter immutavit, ut 10, 5. eadem de caussa in locum vocabuli ὠτία substituit vocem σῶμα. Verba in versione Alexandrina Gen. l. l. ita sonant: καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ κ. τ. λ. Sed quoniam noster h. l. verba facere voluit de beatitate coelesti, christianis quoque speranda; simpliciter scripsit πληθυνῶ σε, ut adeo verba πληθύνων πληθυνῶ σε synonyma sint verborum quae praecesserunt εὐλογῶν εὐλογήσω σε. Verbum πληθύνειν notat *augere, incrementa dare, felicem reddere, beare,* πληθύνεσθαι *abundare, felicem esse* v. Ps. 92, 13 sq. Sap. 10, 10. Alii πληθύνειν proprie accipiunt, ut notet *sobolem augere*, atque contendunt epistolae auctorem omnem quidem locum Gen. 22, 16. respexisse, sed eum amputasse, adeoque σὲ idem valere quod τὸ σπέρμα σου. Alii autumant nostrum scripsisse σε quod locum laudarit memoriter.

15. Verba huius versus adiecit scriptor, ut lectores Abrahami exemplo admoniti, eandem probarent μακροθυ-

μίαν coll. v. 12. extr. Abrahamo promissa erat felicitas per Messiam ex posteris ipsius oriundum consequenda cf. 11, 13. Huius promissionis eventum h. l. Abrahamus vidisse dicitur. Laetabundus in sedibus beatorum cognovit Iesu Messiae in has terras adventum v. Ioh. 8, 56. Ipsam quidem regni Messiani inaugurationem beati post mortem Patriarchae nondum viderant, nec adeo ad plenam et summam felicitatem pervenerant, quod scriptor 11, 13. 39 sq. urget. Sed felicitas illa summa in regno Christi, eo constituto, exspectanda (11, 40.) adeo certa Abrahamo, Isaaco et Iacobo erat, ac si eam iam consecuti essent v. 12, 22. Recte igitur scriptor affirmare poterat, eos bona promissa consecutos esse v. 12. 15. *καὶ οὕτω* reddi debet: *atque ita* h. e. atque hoc promisso, quod iureiurando confirmatum erat, accepto, cum patienter exspectasset Abrahamus etc. De quo usu adverbii *οὕτω* vid. quae notavimus ad Act. 7, 8. *ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας consecutus est bona promissa* cf. v. 14. Verbum *ἐπιτυγχάνειν* h. l. et 11, 33. peculiari modo usurpatum esse, si Genitivum respexeris, observavit *Seyffarthus* de ep. ad Hebr. indole p. 42. Verum *ἐπιτυγχάνειν* ut sit *assequi*, *nancisci* nunc cum Genitivo nunc cum Dativo a probis scriptoribus Graecis copulatur Xen. Oecon. 2, 3. *εἰ ἀγαθοῦ ὠνητοῦ ἐπιτύχοιμι*. Thucyd. 3, 3. *ὁλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχών*. Xen. Oecon. 12, 20. *ὅτε βασιλεὺς ἄρα ἵππου ἐπιτυχὼν ἀγαθοῦ*. Xen. Ephes. 3, 10. *καὶ ἐπιτυγχάνει νεὼς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀναγομένης, καὶ ἐπιβὰς ἀνάγεται*. add. Heliod. 1. p. 16. *Commel.* Lib. 2. p. 119.; cum Dativo Xen. Anab. 1, 9. 25. *ἡδίονι οἴνῳ ἐπιτύχοι*. Mem. 3, 10. 14. *τὸ μὲν γὰρ μὴ ζητοῦντα ἐπιτυχεῖν τινι τῶν δεόντων, εὐτυχίαν οἶμαι εἶναι*. De verbi *τυγχάνειν* cum Accusativo constructione v. *Hermanus* ad *Viger.* p. 762.

16. A promissione Abrahamo data coll. v. 13. 14. arripit epistolae auctor occasionem dicendi de voluntatis divinae firmitate vid. v. 18. *ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι*] *nam homines quidem per* alium ipsis *excelsiorem iurant: μείζων* excelsior, potentior, qui *μείζων πάντων ἐστὶ* Ioh. 10, 26. intelligitur Deus; nam ho-

mines opponuntur h. l. Deo, et appositus est articulus. Se. *I. Schmidius*, *Boltenius*, alii, comparativum positum esse putant pro superlativo, sed ut scite monuit *Böhmius*, satis erat commemorasse magnitudinem eius, per quem iuraretur, superiorem iurante, et concinnius scripsit auctor μείζονος, quia hic comparativus v. 13. praecessit. καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος] *et omnis (contradictionis) controversiae finis, quod attinet rei confirmationem, est iusiurandum*, inservire solet controversiae finiendae, quanto magis ergo promissioni divinae iureiurando interposito confirmatae fidendum. Oecumenius: καὶ πέρας πάσης ἀντιλογίας καὶ ἀμφισβητήσεως εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰ λεγόμενα παρ᾽ αὐτοῦ ἐστὶν ὁ ὅρκος. Philo Lib. de sacrif. Ab. et Cain. p. 146. B. ἄνθρωποί τε τοῦ πιστευθῆναι χάριν, ἀπιστούμενοι καταφεύγουσιν ἐφ᾽ ὅρκον *homines quidem, ut ipsis fides habeatur, ad iusiurandum confugiunt*. Philo de Somniis p. 567. C. τὰ ἐνδοιαζόμενα τῶν πραγμάτων, ὅρκῳ διακρίνεται, καὶ τὰ ἀβέβαια βεβαιοῦται, καὶ τὰ ἄπιστα λαμβάνει πίστιν *adhibito iureiurando, quod ambiguum erat, decernitur, quod incertum confirmatur, quod fidem non inveniebat, creditur*. Cic. Offic. 3, 31. *nullum vinculum ad adstringendam fidem maiores nostri iureiurando arctius esse voluerunt*. Vocabulum ἀντιλογία proprie *contradictionem* declarat, et idem valet quod ἀντίῤῥησις. Sed Phrynichus p. 265. ἀντίῤῥησιν, inquit, μὴ λέγε, ἀντιλογίαν δέ· ubi v. *Lobeckius*. Deinde ita usurpatur, ut indicet *litem*, vel coram iudice agitatam, ut in vers. Alex. legitur Ex. 18, 16. vel aliam quamvis litem v. LXX Ps. 80, 7. Xen. H. Gr. 6, 3. 9. Interpretes nonnulli hac voce h. l. significari contendunt *dubitationem*, propterea quod de promissionibus divinis sermo sit, de fide iis habenda, et de constantia in malis spe felicitatis futurae perferendis. Facile et lubenter largior, hac significatione admissa, commodum sensum, et contextae orationi convenientem prodire, sed vellem viri docti hanc vocis potestatem exemplis comprobassent. Itaque praeoptanda est eorum ratio, qui hoc nomine insigniri statuunt *contradictionem s. controversiam de rei alicuius veritate*, velut te-

stimonii, promissionis. εἰς βεβαίωσιν in quibus verbis multum momenti posuit scriptor coll. v. 19. *Capellus*, *Hammondus*, *Peircius*, *Rosenmüllerus*, alii, referunt ad ὅρκος et subintelligunt πρόσθετος s. προστιθέμενος *iusiurandum ad fidem faciendam datum*. Ita vero scribendum fuisset, ut recte observavit *Abreschius*, ὁ εἰς βεβαίωσιν ὅρκος. Rectius coniungitur cum iis quae praecesserunt: εἰς βεβαίωσιν ad confirmationem i. quod attinet confirmationem rei (v. c. testimonii, promissionis), cum res est confirmanda. πέρας id. qd. τέλος intpp. Alexandrini Nah. 3, 9. πέρας τῆς φυγῆς σου. Ioseph. B. I. 7, 5. 6. πέρας τῶν κακῶν. Hesychius: πέρας, τὸ τέλος.

17. Mens et sententia scriptoris haec est: quamquam effato Dei veracissimi, etiam non interposito iureiurando, fides habenda est, tamen propter hominum imbecillitatem, promissioni iusiurandum adiunxit. Theophylactus: διὸ, ἐπειδὴ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ ὅρκος πᾶσαν πίστιν ἐπιφέρει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ὄμνυσιν. — ἔδει γὰρ καὶ χωρὶς ὅρκου πιστεύεσθαι τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅμως δι' ἡμᾶς συγκάτεισι *propterea quod, quandoquidem ita se res habet, ut hominibus iusiurandum omnem fidem afferat, ob eam rem Deus etiam iurat. — Nam Deo etiam sine iureiurando fides adhibenda erat, propter nos tamen demittit se.* Philo de Abrahamo p. 378. E. Θεὸς τῆς πρὸς αὐτὸν πίστεως ἀγάμενος τὸν Ἀβραὰμ, πίστιν ἀντιδίδωσιν αὐτῷ τὴν δι' ὅρκου βεβαίωσιν ὧν ὑπέσχετο δωρεῶν, οὐκ ἔτι μόνον ὡς ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς φίλος γνωρίμῳ διαλεγόμενος· φησὶ γὰρ, κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, παρ' ᾧ ὁ λόγος ὅρκος ἐστὶ ἕνεκα τοῦ τὴν διάνοιαν ἀκλινῶς καὶ παγίως ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐρηρεῖσθαι *delectatur Deus fide Abrahami, et ipse iureiurando fidem promissorum confirmat, non, ut Deus hominem, sed ut amicus familiarem, alloquens; ait enim: per me ipsum iuro: cum verbum eius vim iurisiurandi habeat, volens nihilominus persuasionem eius firmiorem stabilioremque facere*, ἐν ᾧ περισσότερον κ. τ. λ.] *quare cum luculentius ostendere vellet Deus iis, ad quos promissio pertinebat* (quibus data erat), *voluntatis suae immutabilitatem:* ἐν ᾧ *quare, propterea quod, quia* vid. not. ad 2, 18. Alii

vertunt: *in quo*, *in qua re*, inter Deum et Abraha agenda, vel, in quo promissionis genere, *qua in ca* Adiectivum περισσότερον copulandum est cum verbo ἐπι ξαι, et notat *luculentius*, *gravius* scl. solito, non n tantum verbis. Etenim sermo est de pondere et gravi promissionis iureiurando adaucta. Vulgatus interpres pressit: *abundantius*. Est autem adiectivum neutrum adverbii περισσοτέρως positum ut 7, 15. Long. Pastora p. 16. *Moll.* μέγα οἰμώξας pro μεγάλως. Hom. Il. ν', ἄμοτον μεμαῶτι μάχεσθαι. Plato Phaedo. c. 60. διαμπ pro διαμπερέως. Ael. H. An. 15, 10. τὸ ἀκμαιότατον θοῦντες. Exempla plura quaerentibus dabit *Fisch* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 216 sq. 333. Ve τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας *Morus* significari p Abrahamum, neque displicuit haec sententia *Rosenmüll* At vero ea admissa non perspicitur, cur scriptor num plurali usus sit, neque huic interpretationi favet contex Sed κληρονόμοι ἐπαγγελίας, ii ad quos promissio perti quorum caussa est iureiurando confirmata, ut v. 18. cum hoc v. accurate cohaeret sat evidenter docet, christiani hoc nomine digni, qui alias dicuntur σπέ Ἀβραάμ, ad quos adeo pertinet promissa Abrahamo citas vid. not. ad 2, 16. *Knappii* Opuscc. p. 526. Ἀμετά τον dicitur *id quod suo loco moveri nequit*, *immutabile* D Sic. p. 14. C. ἰσχυρὰ πίστις καὶ ἀμετάθετος *firma fide immota*. p. 342. A. ἀμετάθετον ἔχειν τὴν περὶ τῶν ἀτι μάτων ὠμότητα *implacabili in fortunam adversam odio vire*. add. 3 Macc. 5, 1. 12. Polyb. Hist. 2, 3. ἀμετά τος ἡ ἐπιβουλή. Clem. Alex. Strom. 6. p. 793. ἀμετάθε σωτηρίας ὁδόν. cf. etiam not. infra ad 7, 12. Hesych ἀμετάθετος, ἄτρεπτος, ἀκίνητος, ἀμεταποίητος. A ctivum neutrius generis h. l. positum est pro substan ex usu loquendi Graecorum Thucyd. 2, 44. τὸ εὐτυχὲς ἡ εὐτυχία. 1, 6. τὸ ξυγγενὲς pro ἡ ξυγγένεια. Eurip. An mach. 603. τὸ φίλιον pro ἡ φιλία ubi tamen verior le est τὸν σὸν φίλιον vid. ad h. l. *Koernerus*. Iphig. Taur φαῦλον pro ἡ φαυλότης. Plura exempla adscribere pi eorum qui cupidus sit, adeat *Fischeri* Animadvv. ad *W*

leri Gramm. Vol. 3. P. 2. p. 216. 331 sq. et *Heindorfium* ad Platonis Theaetet. p. 394. 29. Paulus quoque saepius in locum substantivi, adiectivum neutrum substituit v. Rom. 1, 19. 8, 3. 9, 22. 1 Cor. 1, 25. 7, 35. Eph. 6, 12. Phil. 4, 5. al. βουλὴ decretum Dei per Iesum Messiam homines beandi. Fingitur Deus more hominum consilia inire v. Gen. 1, 26. Hom. Il. π', 644. neque tamen, ut homines, institutorum suorum mutationem facit, firmum et immutabile est ipsius consilium. *Michaelis*, *Storrius* βουλὴν et ἐπαγγελίαν non ad promissionem Abrahamo eiusque posteris datam referunt, sed scriptorem in animo habuisse autumant locum Ps. 110, 4. coll. Hebr. 5, 10. 6, 20. ut adeo sensus sit: dum Deus iuravit Iesum Messiam fore sacerdotem ad rationem Melchisedeci, simul iureiurando confirmavit, nos per Iesum M. beatos fore. Haec tamen interpretatio valde contorta videtur, quae enim v. 17 sq. leguntur, accurate cum iis quae praecesserunt cohaerent, cf. etiam not. ad v. 13. ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ] Vulgatus vertit: *interposuit iusiurandum*. Syrus: *obstrinxit se iureiurando*. *Peircius*, *Carpzovius*, *Abreschius*, explicant: *interposuit se cum iureiurando*. *Schottus*: *iureiurando intercessit*. *Böhmius* ad ἐμεσίτευσεν (*vermitteln*) supplet αὐτὴν scl. βουλὴν, et verba reddit: *iuramento interposito* id consilium *sanxit*. Verbum μεσιτεύειν ut notet: *se interponere*, *mediatorem agere*, legitur ap. Diod. Sic. p. 710. C. Ἀκραγαντῖνοι δὲ κατέλυσαν τὸν πρὸς Ἀγαθοκλέα πόλεμον, μεσιτεύσαντος τὰς συνθήκας Ἀμίλκου τοῦ Καρχηδονίου *Agrigentini bellum cum Agathocle composuerunt*, *Amilcare Carthaginiensi foederis sequestro*. *Limborchius*, *Michaelis* ad *Peircium* (vertit: *mediatore usus est iuramento*), *Heinrichsius* statuunt, iusiurandum persona indutum h. l. dici μεσίτην, *mediatorem*. Meo iudicio praeferenda est *Bretschneideri* interpretatio, qui in Lex. Manual. μεσιτεύειν explicat, *sponsorem esse*, *spondere*, *verbürgen*, cum etiam sponsor mediatoris partes agat inter duas partes, ut verba reddenda sint: promissionis veritatem spopondit iureiurando. Ita μεσίτης *sponsor* legitur ap. Ioseph. Ant. 4, 6. 7. ταῦτα ὀμνύντες ἔλεγον καὶ θεὸν μεσίτην ὧν ὑπισχνοῦντο ποιούμενοι.

18. Urget scriptor, quae de iureiurando dixerat. Neque mirandum est, ut praeclare ad h. l. monuit *Heinrichsius*, eum in distinguendo promisso et iureiurando subtiliorem sese gessisse, omnia enim arripiens, quibus lectoribus suis afflictis vel remotissimum solatium praebere queat, multum momenti se allaturum credit, si et huius iurisiurandi disertiorem mentionem intulisset. Repetit solatium in εὐλογίᾳ Abrahamo facta, quoniam illa εὐλογία de futuro Messia et felicitate per eum impetranda explicabatur Gal. 3, 16. διὰ δύο πραγμάτων intelligitur promissio et iusiurandum. Particula ἵνα consilium indicat, ut saepius. ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν] *propter quae fieri non potest ut Deus nos fallat:* ἐν οἷς *propter quae* ut ap. Xen. Hiero. 8, 6. refertur ad ἐπαγγελίαν et ὅρκον. Alii vertunt: *in quibus*, quae cum adsint. ψεύδεσθαι *fallere*, *decipere aliquem*, promissa non servare Xen. Cyr. 3, 1. 21. ὁ σὸς πατὴρ ἐψεύσατο, καὶ οὐκ ἐξημπέδου τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας *pater tuus fidem fefellit, neque pactis inter nos conventis stetit.* 6, 1. 8. οὐδὲν ψεύδεσθαι ὧν ὑπέσχετο *nihil eorum quae pollicitus erat non praestitit* v. *Dresigius* de V. M. p. 574. *Albertius* ad Act. 5, 3. et quae ibi notavimus. Voce παράκλησις *Carpzovius*, *Abreschius*, *Heinrichsius*, *Schulzius*, indicari statuunt *adhortationem*, *incitamentum*, *Ernestius: certum argumentum.* Oecumenius quoque et auctor Lexici Mosq. a *Matthaeio* in Anecdotis Gr. p. 65. editi, παράκλησιν explicant προτροπήν. Theophylactus: παραίνεσιν μεγάλην καὶ προτροπὴν *magnam admonitionem et adhortationem.* Alii contra nomine παράκλησις declarari censent *consolationem*, *solatium* firmum, certum, ἰσχυρὰν, βεβαίαν Hesych. Haec opinio apud plerosque recte praevaluit. Hanc enim interpretationem ea quae sequuntur apprime confirmant, et Hebraei, ut ex pluribus epistolae locis patet, inprimis etiam metu calamitatum ad defectionem proni erant v. 10, 32. 36. 13, 13. 14. οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος] *qui currimus ut spe proposita potiamur.* Voc. ἐλπὶς supra v. 11. ita usurpatum legebatur, ut significaret spem in illa promissione Abrahamo factam, spem felicitatis coelestis per

Iesum Messiam consequendae, sed h. l. ut additum προκειμένης docet, illam ipsam felicitatem indicat ut 1 Cor. 9, 10. Col. 1, 5. 1 Petr. 1, 3. quae tanquam βραβεῖον nempe τῆς πίστεως καὶ μακροθυμίας (v. 12.) proponitur; infra 12, 2. προκειμένη χαρά. Desumta est metaphora a ludis gymnicis, a cursoribus, ab iis qui in stadio currunt coll. v. 20. ut 12, 1. Etenim προκεῖσθαι (quod verbum proprie notat: *positum esse ante aliquem* s. *aliquid* Xen. Mem. 3, 5. 27. τὰ προκείμενα τῆς χώρας ὄρη. Rep. Athen. 2, 13. νῆσος προκειμένη) dicuntur ἆθλα, certaminis praemia, quae publice proponebantur, ut eorum adspectus athletas, cursores, alacriores redderet ad certamen ineundum et victoriam reportandam. Hinc per metaphoram προκεῖσθαι dicitur de rebus omnibus, quarum consequendarum nos spes certissima tenet, quaeque nos, ut amplum aliquod praemium exspectandum, alacriores in aliqua re suscipienda et perficienda reddere potest Ioseph. Ant. 15, 8. 1. οἱ ἀθληταὶ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης γῆς ἐκαλοῦντο κατ' ἐλπίδα τῶν προκειμένων, καὶ τῆς νίκης εὐδοξίαν *ex cunctis finibus athletae et omnis generis ludiones arcessiti erant, spe praemiorum propositorum, gloriaeque ex victoria reportandae.* Id. 19, 1. 16. διὰ τὰ ἆθλα αὐτοῖς προκεῖσθαι τὰς ὀγδόας τῶν οὐσιῶν *quoniam octava bonorum pars praemium illis proposita erat.* Philo de Nom. Mut. p. 1058. C. ὁ δὲ ἀσκήσει χρώμενος, στεφάνων καὶ τῶν προκειμένων ἄθλων (ἐφίεται) φιλοπόνῳ καὶ φιλοθεάμονι ψυχῇ *qui utitur exercitatione, coronas et praemia petit, quae proponuntur animo laboris patienti et spectandi cupido.* Xen. Cyr. 7, 1. 7. ἆθλα πρόκειται τοῖς νικῶσιν-ἀγαθὰ ἔχειν, καλὰ ἀκούειν, ἐλευθέρους εἶναι. Ioseph. Prooem. Ant. 3. τοῖς Θεοῦ γνώμῃ κατακολουθοῦσι— γέρας εὐδαιμονίας πρόκειται παρὰ Θεοῦ *qui Dei voluntati obsequuntur, — iis felicitas ut praemium proposita est.* Aliis interpretibus, quorum in numero sunt *Limborchius, Bengelius, Zachariae, Rosenmüllerus*, metaphora depromta videtur ab iis, qui gravi tempestate iactati, confugiunt ad ancoram, ut in ea navem teneant, ne naufragium facientes pereant. Cui tamen interpretationi obstat verbum προκεῖ-

σθαι, ut iam *Abreschius* monuit. καταφυγόντες κρατῆσαι plenius: ὥστε κρ. vel ἐπὶ τὸ κρατῆσαι. Verbum καταφεύγειν h. l. non significat *fugere*, *confugere*, imo *festinare*, *celeriter currere*, συντόνως τρέχειν. Sic φεύγειν legitur ap. Aristoph. Plut. v. 417. Pindar. Pyth. Od. 9. extr. ubi v. Schol. et Alexandrini Iudaei Ies. 55, 5. verbum יָרוּץ *currere* expresserunt verbo καταφεύγειν, ut Cant. 8, 14. verbo φεύγειν. Ita quoque Latini usi sunt verbo *fugere* v. Cic. epp. ad Div. 7, 26. 1. Sed καταφυγόντες κρατῆσαι gravius dictum est pro οἱ ζητοῦντες κρατῆσαι, qui potiri *contendimus* Cic. Ligar. 3. *Qui stadium, inquit* (*Chrysippus*), *currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat.* Verbum autem κρατεῖν quod referri debet ad ἐλπίδος non significat *retinere*, ut nonnulli volunt, sed *potiri*, *impetrare*, *obtinere* ut Act. 27, 13. τῆς προθέσεως. Prov. 14, 18. αἰσθήσεως.

19. Ab imagine certaminis praemii in stadio propositi defertur scriptor ad imaginem ancorae. Sic et Paulus saepius ab una imagine ad alteram, et a priori maxime diversam transit. Conferre iuvabit quae hanc in rem disputavit *Bauerus* in Rhetorica Paulina Vol. 2. p. 459 sqq. ἥν refer ad ἐλπίδα, quod vocabulum proxime praecessit, non ad nomen παράκλησιν quocum nonnulli etiam coniungunt participium quod sequitur εἰσερχομένην. Sed voc. ἐλπὶς quod v. 18. per metonymiam rem speratam declarat, h. l. *spem* ipsam indicat. Neque scriptoribus sacris insolens est, idem vocabulum eodem loco diverso sensu ponere. Sic ἐλπὶς duplici sensu legitur Rom. 8, 24. nomen οἰκία Matth. 10, 12. domum significat, sed ad pronomen αὐτὴν repetendum, eos qui in domo sunt et habitant cf. *Glassius* p. 1342 sq. *Storrius* Obss. ad Synt. p. 427. Ioh. 1, 33. ubi v. a nobis notata. ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν] *quam tanquam ancoram animi tutam et firmam habemus.* Perquam frequenter etiam scriptores utriusque linguae exteri spem comparare solent cum ancora Heliod. 7. p. 351. *Commel.* οἴχεται τὰ καθ' ἡμᾶς, ἔφη, Χαρικλεία — πᾶσα ἐλπίδος ἄγκυρα παντοίως ἀνέσπασται *actum est de nostris rebus*, *inquit*, *Chariclea* — *omnis spei ancora*

rorsus est evulsa. Eurip. Helen. 284. ἄγκυρα δ' ἥ μου τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη *ancora quae sola sustinebat meam fortunam*, haec erat, maritum meum aliquando venturum, et me liberaturum ex his malis. Ovid. Tristt. 5, 2. 41 sq. *Quo ferar; unde petam lapsis solatia rebus? Ancora iam nostram non tenet ulla ratem.* Senec. epigrr. praefixa Consol. ad Helv. epigr. 6, 1. *Crispe, meae vires, lassarumque ancora rerum: Crispe vel antiquo conspiciende foro.* Spem etiam in nummis saepius sub symbolo ancorae signari observat *Drakenborchius* ad Sil. It. 7, 24. Voc. ψυχὴ additum est illustrationis caussa, ut planior allegoria redderetur v. 1 Petr. 2, 25. Comparatio haec est: sicuti ancora, verbis *Limborchii* utor, navem cui alligata est, securam reddit a naufragio, licet gravi tempestate iactetur, ita haec spes animas nostras in mediis persecutionum tempestatibus securas reddit, ut in Deo acquiescant, et certa felicis exitus exspectatione nullis adversis succumbant, nec fidei naufragium faciant, sed immobiles Deo adhaereant. Oecumenius: ἣν ἐλπίδα, ὡς ἄγκυραν ἔχομεν, ἥτις τὰ σαλευόμενα ἵστησι πλοῖα, καὶ ἡ ἐλπὶς τοὺς σαλευομένους τοῖς πειρασμοῖς, ἀνδρείους καὶ ἑδραίους καὶ ὑπομονητικοὺς ποιεῖ. cf. 1 Tim. 1, 19. ἀσφαλὴς et βέβαιος sunt fere synonyma. Hesychius: βέβαιον, ἀσάλευτον, ἀσφαλές. Idem: βεβαίαν, ἀσάλευτον, μένουσαν. Phavorinus: ἀσφαλής, ἑδραῖος. Idem: ἑδραῖος, σταθηρὸς, ἀσάλευτος, ἀκλόνητος. Iuncta leguntur haec vocabula in Cebet. tab. c. 31. ed. *Schweighäus.* πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόσιν *stabile, certum donum.* Sap. 7, 22 sq. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ (σοφίᾳ) πνεῦμα — βέβαιον, ἀσφαλές. Sap. 14, 3. τρίβον ἀσφαλῆ *semitam tutam ac securam.* Itaque ἄγκυρα dicitur ἀσφαλὴς *ancora tuta*, non fallax, quatenus est βεβαία *firma*, non ob vitium aliquod, vel etiam vi tempestatis abrumpit, et spem navigantium fallit. Neque spes illa fallet sperantem, propter promissi divini iureiurando confirmati veritatem. εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος] *et ingredientem intra aulaeum* adyti. Participium εἰσερχομένην non referendum est cum nonnullis interpretibus ad ἄγκυραν, ut verba sonent: *ancoram ad ady-*

tum coeleste penetrantem, adyto affixam. Hac enim interpretatione admissa, absona plane et abhorrens procedit similitudo: imo participium *εἰσερχομένην*, particula καὶ cum iis quae praecesserunt connexum, referri debet ad ἐλπίδα. Scilicet spes christianorum ut persona inducitur, quae τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος ingreditur. Formula ipsa a summo sacerdote petita est, qui quotannis die expiationis solenni adytum intrabat Levit. 16, 3. οὕτως εἰςελεύσεται Ἀαρὼν εἰς τὸ ἅγιον, ubi v. 2. praecessit εἰς τὸ ἅγιον τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. Duo erant templi aulaea, interius, quo velatum erat adytum (Sanctum Sanctorum) quod Hebr. פָּרֹכֶת ab Alexandrinis Iudaeis καταπέτασμα dicitur Ex. 36, 1. 40, 3. alterum exterius, quod Sanctum ab atrio separabat, ab Hebraeis dictum מָסָךְ ab interpretibus Alexandrinis etiam vocabulo καταπέτασμα expressum Ex. 26, 31. 37. Ut e Philone Lib. 3. de Vit. Mos. p. 667. C. patet, velum interius proprie dicebatur καταπέτασμα, et velum exterius κάλυμμα, verba Philonis sunt: ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν (πορφύρῳ, καὶ κοκκίνῳ καὶ βύσσῳ) τό τε καταπέτασμα καὶ τὸ λεγόμενον κάλυμμα κατεσκευάζετο *ex his ipsis (purpura, coccino et bysso) cum velum, tum velamen confectum fuit.* Sed invaluit utrumque velum vocare καταπέτασμα v. Ioseph. Ant. 8, 11. de utroque usus est voce καταπετάσματα, et ipse Philo l. l. p. 668. scribit: εἴσω καταπετασμάτων· et de Victimis p. 843. E. τὸ πρότερον καταπέτασμα *velamentum sanctuario oppansum;* et huius ep. auctor 9, 3. interius aulaeum τὸ δεύτερον καταπέτασμα dicit. In hac orationis serie τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος designat locum qui est intra aulaeum (τὸ ἔνδοθεν τοῦ καταπετάσματος Num. 18, 7.) i. e. adytum templi coelestis, τὰ ἅγια 9, 12. cf. 4, 16. 10, 19. ibique notata. Imagine omissa sententiae summa haec est: Spes illa coelestium bonorum firma et certa, efficit, ut nullae afflictiones, quamvis graves, fidem et constantiam nostram labefacere possint.

20. Vulgatus interpres, quem *Böhmius* secutus est, ὅπου minus recte expressit: *ubi*, reddi potius debet: *quo*, in quem locum Ruth. 1, 16. ὅπου ἐὰν (אֶל־אֲשֶׁר) πορευθῇς,

πορεύσομαι. add. Ioh. 8, 22. 13, 33. 14, 4. 21, 18. *πρόδρομος* dicitur *praecursor*, omninoque *is*, *qui aliquem praeivit*, *qui prior altero venit*, hinc etiam *praematurus*, *praecox*; de eo qui speculandi et explorandi caussa praemittitur, extat ap. Diod. Sic. 17, 17. Xen. de Mag. Equit. 1, 25. ap. Charit. 8, 6. *πρόδρομοι* dicuntur naves primae et ante alias advectae. Soph. Antig. 108. *φυγάδα πρόδρομον* celeriorem fugam indicat. Plutarch. V. Philopoem. c. 2. *πρόδρομος* servus cursor, ubi v. *Bähriu*; de cursoribus in ludis gymnicis legitur ap. Philon. de Agricult. p. 204. A. Cic. ad Attic. 1, 12. *mihi Pompeiani prodromi nuntiant, aperte Pompeium acturum.* Sap. 12, 8. *ἀπέστειλάς τε προδρόμους τοῦ στρατοπέδου σου σφῆκας*. Plin. H. N. 2, 47. *huius (caniculae) exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt*, *quos prodromos appellant*. Id. l. l. 16, 26. *ficus et praecoces habet*, *quas Athenis prodromos vocant*. Hesychius et Phavorinus *προδρόμους*, *τὰ προακμάζοντα σῦκα*. Num. 13, 21. Alexandrini Iudaei Hebr. בִּכּוּרִים *primitiae* reddiderunt: *πρόδρομοι σταφυλῆς*. H. l. nomen *πρόδρομος* non ita urgendum, ut celeritatis notio adiungatur, sed omnino vim praeeundi obtinet. Formula autem *πρόδρομος εἰσῆλθεν* idem valet quod *προεισῆλθεν nobis prior intravit*, ut ap. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 213. *πρόδρομος ἦλθον* pro *προῆλθον*, et *ὑπὲρ ἡμῶν* est *nostra caussa*, *in commodum nostrum*, ut nobis locum pararet Ioh. 14, 2. Hebr. 10, 20. est *ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας* 2, 10. *ἀρχηγὸς καὶ τελειωτής* 12, 2. *εἰσῆλθε* np. *εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος* intravit penetralia templi coelestis. *κατὰ τὴν τάξιν κ. τ. λ.* vid. not. ad 5, 6. adiecit haec verba scriptor, quia iam in eo erat ut accuratiorem Christi cum Melchisedeco comparationem institueret.

CAPUT VII.

Post longam digressionem cf. 5, 10. orditur epistolae auctor comparationem Christi cum Melchisedeco, rege eodemque sacerdote. Iudaei, qui statuebant personam, fata et beneficia Messiae, Deo volente, vel personis vel institutis quibusdam V. T. temporibus adumbrata fuisse, Mel-

chisedecum pro typo Messiae habebant, ut ex libro So... fol. 60. col. 237. ed. *Sulzbac.* ostenditur in Biblioth. Br... Cl. 3. p. 1085. add. *Schöttgenii* Hor. Hebr. T. 2. p. 645. Hanc Iudaeorum typicam V. T. interpretationem noster, lectorum suorum ingeniis sese accommodans, secutus est v. *Winzerus* de sacerdotis officio, quod Christo tribuitur in ep. ad. Hebr. Comment. 2. p. 5. *Schulzius* Prolegg. ad vers. vernac. ep. ad Hebr. p. 118. *Böhmius* in Commentar. p. 25 s. p. 293. et alibi; *de Wette* in *theol. Zeitschrift* P. 3. p. 9 sqq. et ut doceret, Christum pontificem, etsi non e familia Aaronis ortum v. 7, 14. dignitate et excellentia longe antecedere Iudaeorum sacerdotes et pontifices maximos, studiose et diligenter hoc in capite persecutus est rationes typicas quae Melchisedeco, qui dignitate et auctoritate Abrahamum et Leviticos sacerdotes superasset v. 6 sq. cum Christo intercederent, ita, ut hanc Iudaeorum sententiam de Melchisedeco, Messiae typo, uberius exornarit. Caeterum ut iam *Limborchius*, cuius verba apponam, scienter animadvertit, observandum est, scriptorem sacrum non hoc velle, omnia quae Melchisedeco cum Christo communia dicit, secundum literam praecise esse similia, sed certo quodam modo loquendi: ac proinde de Melchisedeco quaedam dicere, quae de illo non alio sensu dicuntur, nisi quatenus Christo assimilatur, quaeque absolute de Melchisedeco dici non possunt: ac proinde quod ait v. 9. *ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut ita dicam*, idem etiam aliis, quae v. 3. de Melchisedeco ait, applicandum; i. e. certo tantum modo loquendi haec de Melchisedeco dici. Et *Clericus*, postquam ad v. 4. monuit, scriptores Iudaeorum allegoricas huius generis interpretationes vehementer amasse, et innumera loca Messiae aptasse, non grammatica ratione fretos, sed consuetudine quadam vetusta ita explicandae scripturae sacrae; non ergo mirandum, inquit, nec vituperandus scriptor, quod Iudaeis scribens, ad captum eorum stilum suum attemperavit, et docuit Melchisedeci parentes et mortem omissa esse in scriptura eo consilio, ut silentio fieret ille veluti imago Christi.

1. *οὗτος γὰρ κ. τ. λ.* Talis enim Melchisedecus est

np, sacerdos perpetuus. Locus parallelus est Gen. 14, 18 sq. breviter exponit scriptor, quae ibi de Melchisedeco narrata leguntur. Particula γὰρ reddi debet *enim*. Nempe epistolae auctor iam in eo est, ut Melchisedecum, quocum Christus pontifex Ps. 110, 4. (coll. Hebr. 6, 20.) comparatus sit, sacerdotem perpetuum esse comprobet atque confirmet. Hinc vero etiam patet, periodum oratoriam a v. 1. ductam, desinere in verbis v. 3. μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, haec verba pertinere ad Melchisedecum, ea pro praedicato habenda, et reliqua omnia quae praecesserunt subiecto apposita esse pluribus illud describentia, atque adeo cum *Griesbachio*, *Knappio*, *Vatero* v. 3. interpungendum esse: τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, — μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Repudianda igitur est sententia eorum interpretum, qui v. 1. ad nomen ἱερεὺς cogitando adiiciendum esse statuunt ἦν. Μελχισεδὲκ Hebr. מַלְכִּי־צֶדֶק explicatur v. 2. βασιλεὺς δικαιοσύνης. Interpretes plures hoc nomen pro nomine appellativo habuerunt, et titulum honorificum fuisse putarunt, sicut quibusdam principibus Mohammedanis nomen *el Malek ol adel*, rex iustus, tribuatur, ut *Herbelotus* in Bibl. Orient. sub v. *Adl* observavit. Contra vero monuerunt alii, vel ipsam nominis formam docere Μελχισεδὲκ nomen fuisse viri proprium. Etenim honoris titulum exprimendum fuisse מֶלֶךְ צַדִּיק v. Zach. 9, 9. ut מֶלֶךְ הַכָּבוֹד *rex gloriae* i. e. gloriosissimus Ps. 24, 8. sed Iod insertum, quod vim connectendi habeat, nominis proprii notam esse, ut אֲדֹנִי־צֶדֶק *dominus iustitiae*, nomen regis Hierosolymorum Ios. 10, 3. אֲבִימֶלֶךְ *pater regis* Gen. 20, 2. v. *Michaelis* ad *Peirc.* Hebr. 5, 6. not. 137. et *Erklärung d. Briefs an die Hebr.* not. 141. *Gesenii Lehrg.* p. 520. *Rosenmülleri* Schol. ad Gen. 14, 18. Erat autem Melchisedecus dynasta Cananaeorum, rex Salemi, Ioseph. B. I. 7, 17. Χαναναίων δυνάστης Ant. 1, 10. 2. τῆς Σόλυμα πόλεως βασιλεὺς, veri Dei cultor et pontifex. βασιλεὺς, ἱερεὺς] *Sane maiorum haec erat consuetudo, ut rex etiam esset sacerdos, vel pontifex*, quae sunt verba Servii ad Virg. Aen. 3, 80. ubi legitur: *Rex Anius, rex idem hominum, Phoebique sacerdos Vittis et*

sacra redimitus tempora lauro. Ovid. Met. 13, 632. *Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phoebus Rite colebantur, temploque domoque recepit.* Aristot. Polit. 3, 14. heroicis temporibus στρατηγὸς ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος *rex imperator erat et iudex, et rerum divinarum arbiter.* Diogenes Pythagoricus ap. Stobaeum Serm. 46. ἀνάγκα τὸν τέλειον βασιλέα στραταγόν τε ἀγαθὸν ἦμεν, καὶ δικαστὴν καὶ ἱερέα *necesse est perfectum regem imperatorem esse strenuum, et iudicem et sacerdotem.* Iosephus de Aristobulo, Iudaeorum rege B. I. 1, 3. τρία τὰ κράτιστα μόνος εἶχε, τήν τε ἀρχὴν ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν. Melchisedecus dicitur βασιλεὺς Σαλὴμ] *rex Salemi.* Quaenam urbs Palaestinae hoc nomine antiquo insigniatur, non una est interpretum sententia. Hieronymus ad Evangelum T. 2. p. 573. ed. *Martian.* testatur, se ab eruditis Iudaeis accepisse, *Salem non esse Ierusalem, sed oppidum iuxta Scythopolin, quod usque hodie appelletur Salem — de quo in posteriore parte Geneseos* (33, 17 sq.) *scriptum sit* et prope hoc oppidum Iohannem sacro fonte lustrasse Iudaeos. Ipse tamen Hieronymus contendit Hierosolymam fuisse Melchisedeci regiam. Quaest. in Genes. T. 2. p. 520. de Melchisedeco scribit: *rex Ierusalem dicitur, quae prius Salem appellabatur;* et ep. 44. ad Marcellam T. 4. p. 547. ubi de urbe Hierosolyma loquitur, ait: *recurre ad Genesin, et Melchisedec regem Salem, huius principem invenies civitatis* etc. Illi autem opinioni sive traditioni Iudaeorum ab Hieronymo in ep. ad Evang. memoratae obstat hoc, quod Gen. 33, 18. שָׁלֵם non est nomen proprium urbis, sed appellativum, significans *salvus, incolumis* v. *Michaelis* et *Rosenmüllerus* ad Gen. l. l. adversatur etiam scriptio vocabuli Graeca, nam oppidum illud (Ioh. l. l.) scribitur Σαλεὶμ, non Σαλήμ, et Hebraica, nam Σαλεὶμ respondet Hebr. שִׁלְחִים Ios. 15, 32. in edit. Complutensi v. *Michaelis* ad *Peirc.* *Carpzovius*, cuius vestigia pressit *Rosenmüllerus*, Salem, inquit, mihi videtur, si non tota a Iebusaeis, Chittaeorum affinibus, occupata regio, regia tamen in illis sedes esse, haud procul a planitie, quae antea Siddimo-

rum vallis, deinde mare salsum dicebatur, ubi Sodoma ac Gomorra, Adama et Zeboim erant sitae, nec remota nimis a querceto Mambrae Amoraei, Arbel, postea Hebron nominato: quae urbs sequenti forte tempore deleta, desiit esse, aut aliud adepta nomen est. Multum tribuit *Carpzovius* silentio Philonis, qui cum etymologiam Hierosolymorum tradiderit in lib. de somniis, tamen Melchisedecum, regem Salemensem nominans in 3 leg. Alleg. sacrae huius urbis non meminerit, quod, ut *Carpzovius* statuit, haud dubie fecisset, si *Salem* Melchisedeci pro *Hierosolymis* habuisset. Verum e silentio scriptoris argumentum peti non posse, nemo facile negabit. *Heinrichsius*, *Dindorfius*, *Böhmius*, Salem, non Hierosolymae, sed alius urbis nomen fuisse contendunt, cuius? non liquere. Equidem arbitror intelligendam esse urbem, quae postea dicta est Hierosolyma; quam sententiam maxima pars interpretum cum veterum tum recentiorum tuetur. Primum haec urbs dicta est *Salem*, deinde *Iebus* v. Ios. 15, 8. 18, 28. Iudd. 19, 10. 1 Chron. 11, 4. postremo *Ierusalem* v. Hieronymus T. 2. p. 571. Chrysost. Hom. 13. in ep. ad Hebr. p. 814. Haec sententia adiuvatur et confirmatur etiam auctoritate Iosephi, qui Ant. 1, 10. 2. scribit: *τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον* (post Melchisedeci tempora) *ἐκάλουν Ἱεροσόλυμα*, atque loco Ps. 76, 3. ubi poeta usus est vetustissimo urbis nomine שָׁלֵם pro quo Syrus interpres et Chaldaeus ibi posuerunt nomen *Ierusalem*. Leve sane est argumentum, quod contra hanc sententiam protulit *Böhmius*, cuius verba sunt: si (ep. auctor) de Hierosolymis cogitasset potissimum, sane occasionem habuit commodam, hoc urbis nomen ad coelestia illa Hierosolyma Iesu Messiae propria convertendi, qua uti vix omisisset. *ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου summi Dei sacerdos*, non Dei falsi, sed veri Dei, facit ad amplificandam sacerdotis illius excellentiam. Vocabulo כֹּהֵן Ps. 110, 4. quod *οἱ ὁ* expresserunt *ἱερεὺς*, Aben-Esra notionem *ministri* tribuit. Male ac perperam v. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. l. l. *Tütmanus* quoque in Diss. de notione sacerdotis in ep. ad Hebr. Viteb. 1783. 4. contendit, Melchisedecum non fuisse

sacerdotem, qui sacrificia obtulerit, cuius rei Gen. 14, 18. nullum indicium extet, sed *ministrum Dei*, qui verum Deum et ipse coluerit, et alios quoque ad eum colendum quocunque modo adduxerit, cultum publicum pro ratione illorum temporum ordinaverit, omninoque saluti populi in caussa religionis consuluerit. Sacerdotis vocabulum ad Christum translatum, pertinere ait ad ea nomina, quae opus eius salutare in genere exprimant, eoque non praecise contineri notionem sacrificandi et deprecandi, sed in universum notionem ministerii ad salutem generis humani, idemque significari, ac vocabulo *σωτήρ*. Quam Viri sententiam docte et graviter refutavit *Winzerus* in Commentat. tertia, de sacerdotis officio, quod Christo tribuitur in ep. ad Hebr. Lips. 1826. 4. atque demonstravit hanc sententiam neque usui linguae, nec scriptoris nostri menti et consilio, neque effatis eius singulis, neque universae argumentationi respondere. Ac Melchisedecum quidem dici et fuisse sacerdotem talem, qui sacrificia obtulerit, vel inde patet, quod Christus sacerdos, qui se ipsum victimae loco Deo obtulisse dicitur, cum Melchisedeco sacerdote comparatur. Traditur vero etiam Melchisedecus Gen. 14, 19. et h. l. v. 1. Abrahamum *εὐλογῆσαι*, quod, ut mox videbimus, explicandum est de precibus ab eo tanquam sacerdote factis; et Abrahamus Gen. 14, 20. h. l. v. 2. Melchisedeco decimam praedae partem dedisse legitur, in quo si nihil esset, nisi hospitalis antiquissimi temporis consuetudo, ut nonnulli opinantur, cur decimarum, neque omnino munerum mentio facta est? cf. ad v. 2. not. Pertinet etiam huc locus Philonis in lib. de Abrah. p. 381. 382. ubi Melchisedecus *ὁ μέγας ἀρχιερεὺς* vocatur; verba sunt: *θεασάμενος τὸν Ἀβραὰμ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς τοῦ μεγίστου Θεοῦ, ἐπανιόντα καὶ τροπαιοφοροῦντα σῶον μετὰ σῴας τῆς ἰδίας δυνάμεως, οὐδένα γὰρ τῶν συνόντων ἀπέβαλε — τὰς χεῖρας ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν, εὐχαῖς αὐτὸν γεραίρει καὶ τὰ ἐπινίκια ἔθυε redeuntem conspicatus Abrahamum magnus ille pontifex Dei maximi, reducentemque suos universos ad unum incolumes et victores — manus ad coelum tendens, fausta illi precatus est, et sacra fecit ob*

partam victoriam. Melchisedecum, cum Abrahamum salutaret, sacrificium Deo obtulisse Gen. l. l. non commemoratur, sed recentiores Iudaei narrationem de Melchisedeco hoc additamento exornasse videntur. ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ-τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτὸν] *qui obviam profectus et bene precatus est Abrahamo a caede regum reverso.* Gen. 14, 17. non Melchisedecus, sed rex Sodomorum obviam ivisse legitur Abrahamo. Sed cum ibi Melchisedecus ex urbe afferri iussisse perhibeatur cibos, qui Abrahamo offerrentur, per se intelligitur eum etiam obviam occurrisse. Eiusmodi res minutas, quae facile per se intelligi possunt, scriptores omittere solent. κοπὴ est *caedes*, *strages*, Gen. 14, 17. in vers. Alex. respondet Hebr. הַכּוֹת et Ios. 10, 20. nomini מַכָּה *plaga.* Legitur etiam Iudith. 15, 5. Deut. 28, 15. εὐλογήσας αὐτὸν plures interpretes explicant: gratulatus est Abrahamo victoriam de hostibus reportatam, et prospera quaevis ei apprecatus est. Rectius vero alii, in his *Böhmius*, *Winzerus*, hoc verbum sensu eminentiori accipiendum esse statuunt, ita, ut non simpliciter notet: *bona apprecari*, sed ea ut certo eventura apprecari, praenuntiare, ut solebat sacerdos populo v. Levit. 9, 22. Num. 6, 23 sqq. ubi in textu Hebraico legitur verbum בֵּרַךְ in vers. Alex. εὐλογεῖν. cf. et not. infra ad v. 7. et 11, 20. Temperare mihi non possum, quin huc transferam, quae hanc in rem monuit *Winzerus* l. l. p. 12. Etenim v. 7., inquit, tanquam certissimum hoc ponitur, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖσθαι. Enimvero et dignitate inferiores bene precari et gratulari superioribus possunt. Ergo singulare quid ac praecipuum hic innuitur, quod ex auctoritate monituque divino sit praestitum. Deinde v. 6. Melchisedecus εὐλογῆσαι dicitur eum, qui iam excellentissimas a Deo promissiones accepisset, ita ut eius felicitati nihil adiici posse videretur. Quibus in verbis manifesta est emphasis. Itaque oportet confirmatas saltem fuisse promissiones illas eximias; nec meris votis et gratulationibus amicis constare potuit ἡ εὐλογία Melchisedeci.

2. ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραὰμ] *cui*

Abrahamus decimam partem omnium dedit: ἐμέρισεν dedit, impertitus est ut Rom. 12, 3. 1 Cor. 7, 17. δεκάτην scl. μερίδα. Neque tamen decimam omnium bonorum suorum Melchisedeco dedit, sed decimam praedae partem, δεκάτην ἐκ τῶν ἀκροθινίων coll. v. 4. Gen. 14, 20. τὴν δεκάτην τῆς λείας Ioseph. Ant. 1, 10. 2. Decimas, uti eorum, quae ex grege vel agro redirent, ita etiam praedae ex hostibus factae, diis vel sacerdotibus dare solebant gentes antiquae. Xen. Ages. 1, 34. refert Agesilaum decimam praedae partem Apollini Delphico consecrasse. add. Anab. 5, 3. 5. ad quem locum v. *Hutchinsonus*. Arrian. 5, 77. in venatione primitiae diis offerendae sunt οὐ μεῖον, ἢ ἐν νίκῃ πολέμου ἀκροθίνια *non minus quam primitiae spoliorum post victoriam bellicam*. Athenienses, teste Herodoto 9. p. 543. τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν *decimam partem pretii redemtionis captivorum consecrarunt* conf. *Doughtaei* Anal. 5. p. 16. *Seldenii* Diss. de decimis a *Clerico* ex Anglico Latine facta, eiusdemque Commentario in Pentateuchum subiuncta p. 736. *Verschuir* Opuscc. a *Lotzio* edita Trai. ad Rhen. 1810. 8. p. 15. not. k. et *Wetstenius* ad h. l. Divini honoris caussa Abrahamum decimam dedisse, Philo affirmat in libr. congr. quaer. erud. caussa p. 437. D. νικηφόρῳ Θεῷ τὰς δεκάτας χαριστήρια τῆς νίκης ἀνατίθησι *Deo victoriae datori, decimas, ob grates propter victoriam agendas, persolvit*; et *Raschi* ad Gen. l. l. animadvertit: *dedisse ei Abrahamum decimas de omnibus suis, propterea quod esset sacerdos*. πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης κ. τ. λ.] *qui primum quidem, si nomina eius interpreteris, rex probitatis dictus est, deinde vero etiam rex Salemi, quod regem felicitatis significat*. Argumentatur scriptor more inter Iudaeos recepto. Cum ex ipsius sententia Melchisedeco, Iesu Messiae typo, hoc nomen non temere, sed Dei voluntate et instinctu tributum fuerit; Melchisedeci nomen et regiae ipsius explicat, ut ostendat, id quod utroque nomine significetur, vere in Christo esse. Ad ἑρμηνευόμενος mente adiungendum λέγεται, quod idem verbum cogitando adiiciendum est verbis quae sequuntur ἔπειτα δὲ etc. Plena formula ὅ λέγε-

ται ἑρμηνευόμενον legitur Ioh. 1, 38. *Böhmius* qui ἑρμηνευόμενος idem valere notat, quod ὅ ἐστι, ad ἔπειτα δὲ subintelligit ὀνομαζόμενος s. λεγόμενος s. ὤν, quod posterius etiam v. 3. supplendum esse monet. *Storrius* ἑρμηνευόμενος scl. ἐστι positum putat pro ἑρμηνεύεται. Formulam βασιλεὺς δικαιοσύνης plerique interpretes idem declarare statuunt quod βασιλεὺς δίκαιος *rex iustus, a iustitia commendabilis*, praeeunte Iosepho Ant. 1, 10. 2. cuius verba sunt: Μελχισεδέκης, σημαίνει δὲ τοῦτο βασιλεὺς δίκαιος. Quae quidem interpretatio in se spectata improbari nequit. Malim tamen, cum Melchisedecus proponatur tanquam typus Messiae, βασιλεὺς δικαιοσύνης explicare *rex probitatis* h. e. qui sacerdotio et imperio ita perfungitur, ut cives suos probos ac sanctos reddat, מצדיק את יושביו (*iustificans habitatores suos*) uti explicatur מלכי צדק in Bereschith rabba sect. 43. fol. 42, 1. cf. etiam Ies. 53, 11. Haec interpretandi ratio probavit etiam sese *Tellero*, (qui vertit: *König der Tugend*) *Hezelio*, in *Neu. Versuch über d. Brief an d. Hebr.* (*König der Tugend, eines moralischen Reichs, Gesetzgeber der Tugend und Religion*) *Eckermano*, in *Erklärung aller dunkeln Stellen des N. T.* (*König eines Reichs würdiger Verehrer Gottes*) et *Böhmio*, qui animadvertit, pro auctoris consilio, hoc typico nomine notari, eum esse regem divinitus institutum talem, a quo δικαιοσύνη, nimirum ea, qua homo christianus Deo probetur, quam *iustificationem* Theologi dicant, repetenda sit. Similes formulae sunt: ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης infra 13, 20. Phil. 4, 9. 1 Thess. 5, 23. ὁ Θεὸς πάσης παρακλήσεως *Deus omnis solatii* fons atque origo. cf. etiam not. ad 9, 11. βασιλεὺς εἰρήνης] Nomen Hebr. שָׁלֵם appellativo, quem vocant, sensu, est *perfectus*. Neque tamen desunt V. T. loca, in quibus *pacis* (שׁלוֹם quod vocabulum nostro obversabatur,) notionem obtineat v. Gen. 34, 21. Amos. 1, 6. 9. *Gesenii Handwörterbuch* h. v. etiam Philo 3 Alleg. p. 75. βασιλέα Σαλὴμ interpretatus est βασιλέα εἰρήνης vid. *Carpzovius* ad h. l. ut omnis generis felicitatem, ita et perpetuam pacem a Messia exspectabant Iudaei v. *Gesenii Kommentar* ad Ies. 9, 5. Haec autem verba βασιλεὺς εἰρήνης plures

interpretes reddunt: *rex pacificus*, εἰρηνικός. *Böhmius* a h. l. vertit: *pacifer*, atque notat: cogitasse nostrum rui sus h. l. de typo ad Messiam spectante, auctorem illu quidem pacis hominibus cum Deo habendae 13, 20. Rom 5. et *Winzerus* de sacerdotis officio etc. Diss. 2. p. 10. observat, hanc appellationem in Christum etiam bene convenire, quod Deo reconciliaverit homines, atque inimicitiae quae Iudaeos inter et gentiles locum haberet, fomitem extinxerit coll. Eph. 1, 10. 2, 13. Col. 1, 19. *Stolzius* et *Eckermanus* formulam βασιλεὺς εἰρήνης expresserunt: *Heilbringender König*. *Preissius: beglückender König*. *Hezelius: Urheber des Glücks*. Quae interpretatio mihi magis arridet. Sic infra 13, 20. Deus dicitur Θεὸς τῆς εἰρήνης *auctor salutis, felicitatis*, ubi v. not. et Ies. 9, 3. (qui locus de Messia agit) eodem sensu capienda sunt verba שַׂר שָׁלוֹם (LXX. ἄρχων εἰρήνης) coll. v. 6.

3. ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος] *sine patre, sine matre, sine maiorum recensu:* ἀπάτωρ, ἀμήτωρ proprie dicitur *qui patre* et *matre caret*. Pollux Onomast. 3. c. 2. segm. 4. ὁ μὴ ἔχων μητέρα, ἀμήτωρ, ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ· καὶ ἀπάτωρ, ὁ μὴ πατέρα ἔχων, ὡς ὁ Ἥφαιστος (Hesiod. Theog. 926.), καλοῖντο δ' ἂν οὕτω καὶ οἱ ἀποβεβληκότες πατέρας ἢ μητέρας, οὓς λέγομεν ὀρφανούς. Hesychius: ἀμήτορες, μὴ ἔχοντες μητέρας. Suidas: ἀμήτωρ, ἄνευ μητρός. Minerva, ex Iovis cerebro nata, ἀμήτωρ dicitur Eurip. Phoenn. 675. Iulian. Orat. 7. p. 230. ὁ πατὴρ δὲ ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε καὶ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν ἀμήτορα, τὴν παρθένον, ἅμα τῷ ἡλίῳ τὸ παιδάριον ἐκτρέφειν. Apud Lactant. Institut. 1, 7. 1. extat carmen Apollinis, respondentis quaerenti cuidam, quid sit Deus? carminis initium est: αὐτοφυής, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος *ex sese constans, sine matre, a nemine doctus, inconcussus*. Id. Instit. 4, 13. 2. *Ipse pater Deus, et origo et principium omnium rerum, quoniam parentibus caret*, ἀπάτωρ *atque* ἀμήτωρ *a Trismegisto verissime nominatur, quod ex nullo sit procreatus*. 2) Deinde his nominibus significatur, *qui patre, matre orbatus est* v. Pollux supra laud. Soph. Trachin. v. 300. ἀπάτορας. Herodot. 4, 154. θυγάτηρ ἀμήτωρ. Eurip. Orest. 310.

Electra cuius pater maternis fraudibus occubuerat, dicitur ἀπάτωρ. Eurip. Herc. Fur. 114. 115. Herculis liberi mortuo parente vocantur τέκεα πατρὸς ἀπάτορα. Suidas: ἀμήτωρ, μητρὸς ἐστερημένος. 3) Tum *is, cui pater superstes quidem est, sed ob flagitia ita indignatur, ut eum filii loco non habeat* v. Soph. Oed. Colon. 1378. 4) Porro *is cuius parentes obscuri sunt et ignoti.* Sic Eurip. Ion. 110. Ion, quia patrem Apollinem matremque Creusam ignorabat, ἀπάτορα sese vocat et ἀμήτορα. Idem v. 837. ἀμήτωρ vocatur, quia ignobili matre et serva natus credebatur. Apud Latinos saepe nullis parentibus esse dicuntur magni et illustres viri, quorum parentes obscuri sunt, nec memorantur. Senec. ep. 108. *cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii matre dubitatur, Anci pater nullus.* Apud Liv. 4, 3. Servius Tullius, *matre serva, captiva Corniculana natus, patre nullo* dicitur. Cic. de Oratore 2, 64. *St, tacete, quid hoc clamoris? quibus nec mater, nec pater, Tanta confidentia estis? auferte istam enim superbiam.* Horat. Serm. 1, 6. 10. *Multos saepe viros* nullis maioribus ortos *Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos.* 2, 5. 15. is cuius origo haud constat, *sine gente* esse pronuntiatur. 5) Denique *spurius* v. Plutarch. Quaest. Rom. 103. Iam vero quaeritur, quonam sensu h. l. haec vocabula accipienda sint? Diversae sunt interpretum sententiae. A) Haud pauci interpretes verba hunc in modum explicant: *cuius pater et mater in literis sacris non memorantur,* qui adeo certo sensu sine patre et matre dici potest. Quam interpretationem praeiverunt Epiphanius Haer. 55. οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐν θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι. Euseb. Dem. Ev. 4, 3. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, et Syrus interpres qui vertit: *cuius nec pater, nec mater scripti sunt in genealogiis.* Saepius enim quod narratur aut docetur, fieri dicitur v. *Alex. Mori* Notae ad quaedam loca novi foederis p. 197. *Heinsii* Exercitt. S. 16. c. 5. p. 164. ut infra v. 8. ἐκεῖ δὲ scl. δεκάτας λαμβάνει. Accuratius vero

alii verba explanant: *qui non habuit patrem sacerdotem, matrem sacerdotis filiam*, μὴ ἔχων μητέρα, ἱερεῖαν ἐξ ἱερέων *matrem non habens ex genere sacerdotum*, ut Philo loquitur Lib. 2. de monarch. p. 827. C. Nam Melchisedecus sacerdos comparatur h. l. cum Christo sacerdote coll. v. 3. extr. et ipse epistolae auctor explicationis caussa adiecit vocabulum ἀγενεαλόγητος. Ita dicitur is, de cuius genealogia non constat, cuius genus et origo non commemorantur. Sed huius vocis sensum scriptor v. 6. accuratius definivit verbis: μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν scl. υἱῶν Λευΐ. Itaque ἀγενεαλόγητος h. l. significat eum, cui non est genus sacerdotale, qui familiam suam non ex tabulis sacerdotalibus ducit. Apud Iudaeos autem pontificis munere perfungi poterat non nisi is, qui ex Aaronis familia esset, et in tabulis sacerdotalibus natales ostendere posset v. Esr. 2, 62. Neh. 7, 64. *Deylingius* Obss. Sacrr. P. 2. p. 61 sq. *Schöttgenius* Horr. Hebrr. ad h. l. Dum igitur noster animadvertit, de Melchisedeco, qui tamen Dei sacerdos fuerit, cuius ad rationem Messias Ps. l. l. sacerdos dicatur, non relatum legi patrem ipsius et matrem (vid. not. ad Luc. 1, 5. Philo Lib. 2. de monarch. p. 827. C. τῷ μὲν ἀρχιερεῖ μνᾶσθαι προστάξας μὴ μόνον γυναῖκα παρθένον, ἀλλὰ καὶ ἱερεῖαν ἐξ ἱερέων, ἵνα ἐκ μιᾶς οἰκίας καὶ τρόπον τινὰ τοῦ αὐτοῦ αἵματος ὦσιν νυμφίος τε καὶ νύμφη, πρὸς ἁρμονίαν ἐπιδειξόμενος, παρ' ὅλον τὸν βίον κρᾶσιν ἠθῶν βεβαιοτάτην *praescribitur, ut pontifici despondeatur non solum virgo, sed sacerdotalis generis, ut sponsus et sponsa gentiles sint et quodammodo consanguinei, quo magis per totam vitam moribus conveniant*. cf. etiam *Michaelis Mos. Recht* Th. 2. §. 99.) de sacerdotali genere fuisse; inde colligi vult certo Dei consilio et instinctu divino haec suppressa fuisse, nempe propterea, ut Melchisedecus typus esset Christi pontificis, non e stirpe Levitica, sed Iudae familia orti, de qua nihil quod ad sacerdotium pertineret, Moses locutus sit 7, 13. 14. atque adeo neutiquam obstare libros Hebraeorum sacros, quo minus Christus, etsi non ortus sit ex genere sacerdotali, sacerdos agnoscatur, imo illis ipsis libris Christi sacerdotium confirmari. Hanc

verborum interpretationem verissimam iudicandam esse censemus. B) Ex aliorum sententia mens scriptoris haec est: Melchisedecus a Mose ita describitur, ac si non a parentibus, ut homines solent, prognatus ideoque non in genealogias relatus sit, sed a Deo originem habuerit, atque ita adumbrat Christum, qui si divinitatem eius spectes, sine patre fuit; et sine patre quoad humanam ipsius naturam. Sed ut ex iis, quae hactenus disputavimus, clarum esse arbitramur, et ut iam monuit *Cameron*, de Christo haec dicta sunt non ipsius personae, sed sacerdotii ratione habita. Vid. et *Peircius* ad h. l. Neque adeo probare possum *Böhmii* sententiam, qui, siletur, inquit, Gen. l. l. de Melchisedeci parentibus et maioribus, unde rhetor noster eum fuisse sine his praedicare ausus est, simul habet respectum ad I. M. personam, carentis patre terrestri, ac sacerdoti debitis natalibus. C) *Michaelis* in *Erklärung d. Briefs an d. Hebr.* not. 142. sensum verborum ita constituit: qui propter eximiam dignitatem, qua reliquos sacerdotes superat, non habet quod pariter atque illi accuratam patris, matris, maiorum notationem in tabulis genealogicis curet, quam illi tantopere aestimant. Notat V. D. apud Arabes eodem fere modo dici: *non est ei pater*. Cui tamen verborum expositioni et usus loquendi et orationis contextus adversatur. μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων] *neque initium dierum, neque vitae finem habet* i. e. neque vitae eius initium, neque finis in literis sacris commemoratur. In his verbis non minus haeserunt interpretes. *Seb. Schmidius*, *Michaelis* ad *Peirc.*, *Storrius*, *Böhmius* ea referunt ad Christi aeternitatem, hoc sensu: „omissi in historia Melchisedeci diei natalis et supremi (*Michaelis* verba mea facio) hoc consilium, haec vis est, ut Christus, cuius typus Melchisedecus esset, ad cuius similitudinem Melchisedeci informaretur imago, nec initium vitae habere, utpote Deus, atque ab aeterno iam vivens, nec finem dierum, intelligeretur.“ Rectius vero plerique interpretes haec verba ad *sacerdotium* referunt, quam interpretationem ea quae praecesserunt et quae sequuntur suadent. Sed qui hanc sententiam defendunt, ii quoque magnopere

inter se dissentiunt. Ac *Sykesius* quidem statuit Melchisedecum non tantum sacerdotibus, sed generatim omnibus Levitis opponi, Levitis autem certum ministrandi tempus constitutum fuisse, quod definitum initium ac finem habuisset, ab anno nimirum aetatis vicesimo quinto usque ad annum quinquagesimnm cf. Num. 4, 3. (ubi v. *Rosenmüllerus*) 8, 24. Sed ut recte annotarunt *Limborchius* (qui iam ante *Sykesium* hanc interpretationem attigit) et *Cramerus*, scriptor Melchisedecum non Levitis (v. not. ad v. 5.) sed sacerdotibus, speciatim pontificibus apponit, eosque dignitate superare ait. Ex *Peircii* sententia ἀρχὴν adverbii vim obtinet, ita ut significet *prorsus, plane, omnino,* (de qua vocabuli potestate v. quae notavimus ad Ioh. 8, 25.) verba reddidit: *qui prorsus nec dierum finem, nec vitae habet.* Ipse sensit hac interpretatione admissa, ingratam existere tautologiam. Provocavit igitur ad verba Ps. 34, 13. *quis est qui vitam desideret, vitam in qua bonis fruatur?* ibi autem membrum posterius prioris membri sensum accuratius constituit; praeterea μήτε h. l. ante ἀρχὴν, et bis positum, utriusque membri oppositionem facit, quae in verbis ἀρχὴν et τέλος clara est atque perspicua. *Cameron, Limborchius, Moldenhauerus, Chr. Frid. Schmidius* al. contendunt, de Melchisedeco dici, eum non habuisse initium dierum np. sacerdotalium, neque finem vitae np. sacerdotalis, quatenus non habuerit decessorem, nec successorem in sacerdotio, ut sacerdotes Iudaici ac nominatim pontifices, quibus Melchisedecus h. l. opponatur. In horum interpretum vestigiis pedem ponendum esse censeo. Etenim ut iam supra monui vitam sacerdotalem intelligendam esse, verborum vicinia suadet, (cf. et v. 8.) confirmat vero etiam hanc interpretationem usus loquendi. Nam vocabulum ἡμέραι haud raro in literis sacris ponitur de tempore quo quis munere aliquo perfungitur ut Matth. 2, 1. Luc. 1, 5. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. Matth. 11, 12. ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. Ier. 1, 2. בִּימֵי יֹאשִׁיָּהוּ *tempore Iosiae* regis Iudaeorum. Sic h. l. ἀρχὴ ἡμερῶν initium vitae sacerdotalis declarat, et sensus verborum est: non memoratur tempus, quo pontifex conse-

cratus sit. (Sicuti neque Christus inauguratus est.) *ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ*] *sed similis redditus Dei filio* h. e. Messiae typus Dei decreto factus vid. supra not. lit. A. respiciuntur enim ea quae proxime praecesserunt, cf. etiam ad v. 1. notata. Minus recte alii verba explicant: ac proinde Dei filio comparatus, nempe Ps. 110, 4. *μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς*] *sacerdos manet in perpetuum.* Theophylactus: *ὁ δὲ Μελχισεδὲκ ἀτελεύτητον λέγεται ἔχειν τὴν ἱερωσύνην, οὐχ ὅτι ζῇ ἀεί· ἐτεθνήκει γάρ· ἀλλὰ καθὸ οὐκ ἐμφέρεται τῇ γραφῇ τὸ τέλος αὐτοῦ, ἵν' ἐντεῦθεν ἔχοιμεν γινώσκειν, πότε ἡ ἱερωσύνη αὐτοῦ ἐπαύσατο Melchisedecus autem aeternum habere sacerdotium dicitur, non quod vivat semper (mortuus enim est), verum quia non traditur in scriptura finis eius, ut inde possimus cognoscere, quando sacerdotium eius cessaverit.* cf. quae supra ad v. 1. observavimus. *Iac. Cappellus, Peircius, Storrius*, ad verba *μένει ἱερεὺς* subintelligunt pronomen *ὅς*, ut haec verba ad Iesum Messiam referantur, et ita sonent: *nam s. sed similis redditus est Dei filio, qui manet sacerdos in perpetuum.* Male ac perperam. Nam ut ad v. 1. monuimus, comprobare voluit scriptor Melchisedeci sacerdotium perpetuum. *μένει* Melchisedecus Messiae typus, manet pontifex in perpetuum, quatenus, silente historia successorem non habuit, repraesentatur vivens v. Gen. 14, 18. coll. Ps. 110, 4. ubi Melchisedecus quoque, e mente scriptoris nostri, *ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα* appellatur. Et consectariis, quae hic versus continet, ut probe monuit *Griesbachius* Opuscc. Acadd. Vol. 2. p. 444. e silentio, quo Moses Melchisedeci familiam, nativitatem et mortem praeterivit, eliciendis ansam procul dubio dedit effatum Ps. 110. *σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Si enim novus sacerdos, cuius *ἱερωσύνη αἰωνία* a vate celebratur, est *κατὰ τὴν τάξιν* Melchisedeci, absonum non videbatur, ipsum quoque Melchisedecum appellare *ἱερέα εἰς τὸν αἰῶνα.* Rabbinicam haec redolere hermeneuticam, vix erit qui non olfaciat. Sed Hebraei argutas huius generis interpretationes vehementer amabant. Adiectivum *διηνεκὲς continuum, perpetuum* significat ut Hom. Odys. 4, 836. Hesiod. Theog. 627.

812. Appian. B. Civ. 1. p. 351. *Δικτάτωρ εἰς τὸ διηνεκὲς dictator perpetuus* i. per omnem vitam. Heliod. Aethiop. 1. p. 25. *Commel.* φυγῇ με ἐς τὸ διηνεκὲς ἐζημίωσαν *exilio me in perpetuum damnabant.* add. Hebr. 10, 1. Etym. M. διηνεκές· τὸ ἐπιμηκὲς, ἀδιάλειπτον. Hesychius: διηνεκῶς· δι' ὅλου, διὰ βίου. Gloss. Vett. διηνεκὴς, *perpetuus, perennis, continuus.* Sed h. l. formula εἰς τὸ διηνεκὲς aeternitatem indicat, ut Hebr. 10, 12. 14. atque idem valet quod εἰς τὸν αἰῶνα (Ps. 47, 13. Symmachus usus est voce εἰς τὸ διηνεκὲς ubi οἱ ο' habent εἰς τοὺς αἰῶνας); respicit enim noster Ps. 110, 4. ubi Christus dicitur sacerdos לְעוֹלָם, et quidem κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, et h. l. praecessit μήτε ζωῆς τέλος ἔχων.

4. Excitat scriptor lectores suos ad considerandam Melchisedeci sacerdotis praestantiam, et ut demonstret eum dignitate superasse Abrahamum et Iudaeorum sacerdotes, eo provocat quod Abrahamus Melchisedeco decimam praedae partem dederit, et Melchisedecus, ut sacerdos Abrahamo bona apprecatus sit; atque hoc argumentum uberius pertractat. θεωρεῖτε *considerate, animo perpendite.* Sic θεωρεῖν legitur Ceb. tab. c. 38. p. 388. ed. *Schweighäus.* σὺ τοίνυν οὕτω θεώρησον. add. Longin. de sublim. 1, 2. Phavorinus: ὁρῶ μὲν ἐπὶ σώματος, θεωρῶ δὲ ἐπὶ ψυχῆς. — πηλίκος quam insignis, quanta dignitate conspicuus. καὶ *adeo, vel, sogar* ut Matth. 15, 16. de qua vi huius particulae v. *Hemsterhusius* ad Lucian. Somn. 7. T. 1. et *Reizius* ad Lucian. p. 67. T. 2. recte autem interpretes tantum non omnes καὶ coniungunt cum Ἀβραάμ. — δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης] *decimam praedae partem dedit Abrahamus gentis nostrae auctor:* ἀκροθίνιον ex ἄκρον *summum* et θὶν vel θὶς *acervus* compositum, plur. ἀκροθίνια proprie indicat *primitias frugum* Etym. M. ἀκροθίνια λέγονται αἱ ἀπαρχαὶ τῶν καρπῶν, quia capiebantur de summis frugum acervis. Hesychius: ἀκροθίνιον, ἀπαρχὴ τῶν θινῶν, θῖνες δέ εἰσιν οἱ σωροὶ τῶν πυρῶν ἢ κριθῶν *cumuli tritici aut hordei.* Scholiast. ad Eurip. Phoenn. 213. ἀκροθίνια κυρίως αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαὶ, παρὰ τὸν θῖνα, ὅ ἐστι τὸν σωρὸν τῆς

ἄλῳ. Hinc etiam hoc vocabulum adhibitum est de sacrificiis ex primitiis v. Aeschyl. Eumen. 832. Deinde translatum est ad *primitias omnis generis* Hesych.: ἀκροθίνιον· πᾶσα ἀπαρχή· maximeque ad *primitias praedae* Hesychius: λαφύρων ἀπαρχαί. Schol. Eurip. l. l. καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ αἱ ἀπαρχαὶ τῆς λείας Herodot. 8, 121. quae diis dicari solebant, portio praedae diis selecta Xen. Cyr. 7, 5. 35. vid. not. supra ad v. 1. et 2. Denique hoc vocabulum etiam ita usurpatum legitur, ut *praedam ipsam*, omnia quae hostibus erepta sunt, frumenta, pecora etc. indicet. Hesychius: ἀκροθίνιον - σκῦλα. Phavorinus: ἀκροθίνια - τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων λάφυρα. Eurip. Heraclid. 861. de Iolao, qui Eurystheum captivum duxerat, dicitur ἀκροθίνιον κάλλιστον ἥκει τὸν στρατηλάτην ἄγων *praedam pulcherrimam ipsum imperatorem venit adducens*. Alia exempla congessit ad h. l. *Münthius;* atque hac significatione nostro loco ἀκροθίνια accipi debet. Ioseph. Ant. 1, 10. 2. Ἀβράμου δὲ διδόντος καὶ τὴν δεκάτην τῆς λείας αὐτῷ, προσδέχεται τὴν δόσιν *Abramo decimam praedae partem ei donante accepit;* et Philo de Abrah. p. 381. D. historiam Gen. 14. relatam enarrans, usus est verbis λεία et δεκάτη τῆς λείας. Sed voc. λεία omnis generis praedam significat. πατριάρχης *gentis auctor*, *parens et conditor*, respondet Hebr. רֹאשׁ אָבוֹת *caput patrum* in versione Alexandrina 1 Chron. 9, 9. eodem significatu πατὴρ legitur Luc. 16, 24. Ioh. 8, 39. al. Act. 7, 8. Iacobi filii, *tribuum auctores et principes* dicuntur πατριάρχαι, ubi v. not. Habet autem ὁ πατριάρχης h. l. singularem emphasin, tum propter praemissum articulum, ille gentis nostrae auctor, tum quia a nomine Ἀβραὰμ seiunctum et finita sententia adiectum est.

5. καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευῒ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες] *et illi quidem, qui ex posteris Levi sacerdotio funguntur hoc praeceptum habent, ut decimas a populo ex legis praescripto repetant.* Qui decimas accipiebant dignitate superasse eos qui decimas solvebant, inde apparet, quod decimae quas Deus Levitis assignarat (Num. 18, 21.), Levit. 27, 26. 30 sq. Deo debitae, Deo sacrae di-

cuntur. Theophylactus: οἱ ἐκ τῆς Λευιτικῆς φυλῆς ἱερατεύοντες ἐδεκάτουν τὸν λαὸν, πρόδηλον ὡς κρείττους καὶ τιμιώτεροι ὄντες διὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα. Τίνος γὰρ ἄλλου ἕνεκεν οἱ τοῦ λαοῦ κοπτόμενοι αὐτοὶ καὶ ταλαιπωρούμενοι, τοῖς ἱερεῦσιν οὐ κοπιῶσιν, οὐδὲ γεωργοῦσι προςφέρουσι τὰς ἐκ παντὸς γένους δεκάτας, ἢ πάντως ὡς θειοτέροις, καὶ μείζονι ἔργῳ προσασχολουμένοις; *qui ex Levitica tribu sacerdotio fungebantur, decimas sumebant a populo, utpote qui praestantiores atque honoratiores essent propter sacerdotii dignitatem. Nam propter quid aliud populus ipse qui laboribus et aerumnis affligitur, sacerdotibus non laborantibus neque agrum colentibus omnis generis decimas offerunt, nisi quia diviniores sunt, maiorique operi vacant?* Sacerdotes autem non a populo accipiebant decimas, sed Levitae decimas decimarum iis pendebant v. Num. 18, 26-28. Deut. 14, 27. Neh. 10, 37. Ioseph. Ant. 4, 4. ubi Moses perhibetur iussisse Levitas τῆς δεκάτης ἧς παρὰ τοῦ λαοῦ κατ' ἔτος λαμβάνουσι, δεκάτην αὐτοῖς (np. sacerdotibus) ἀπομερίζειν. Multum igitur praestabant Levitae populo, Levitis sacerdotes. Iam ut demonstret scriptor, Melchisedecum dignitate superasse Abrahamum et sacerdotes Iudaicos, sacerdotii praestantiam commemorat, atque ita argumentatur: Magna quidem est sacerdotum Leviticorum dignitas, a tota enim fratrum gente, ab Abrahami posteris iis solvuntur decimae. At Melchisedecus ab ipso Abrahamo, gentis auctore accepit decimas, eique vi muneris ipsi demandati, ut sacerdos, Dei nomine fausta praenuntiavit v. 6. quin et ab ipso Levi eiusque posteris accepit decimas v. 9. 10. ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ] Kehathi, filii Levi, filius erat Amramus Gen. 46, 11. Num. 3, 27. Mosis et Aaronis pater v. Ex. 6, 20. Num. 26, 59. *Relandus* Ant. Hebr. p. 380. *Wolfius* in Curis, et *Peircius*, de Levitis h. l. sermonem esse statuunt. *Heinrichsius* per τοὺς υἱοὺς Λευΐ sacerdotes et Levitas intelligendos esse censet. Sed additum h. l. legitur τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, et scriptor pontificem summum, reliquosque Iudaeorum sacerdotes cum Melchisedeco comparat, adeoque intelligendi sunt sacerdotes e tribu Levi, Aaronis posteri,

qui decimas accipiebant a populo Levitarum ministerio. ἱερατεία *sacerdotium*, munus sacerdotale Hebr. כְּהֻנָּה Ex. 29, 9. 40, 13. Num. 3, 10. Dion. Halic. 2, 73. παραλαμβάνει δὲ τὴν ἱερατείαν ὁ δοκιμασθεὶς, ἐὰν εὐόρνιθες τύχωσιν οἰωνοὶ γενόμενοι. *Böhmius* praeeuntibus *Seb. Schmidio* et *Hammondo* formulam κατὰ τὸν νόμον copulat cum verbis τὸν λαὸν, explicat: *populum qui secundum legem talis est;* populus enim, inquit, distinctus fuit κατὰ τὸν νόμον v. Ex. 19, 24. Num. 18, 20-24. a sacerdotibus omninoque Levitis. Me non habet assentientem. Quodsi enim haec auctoris epistolae mens fuisset, scripsisset: τὸν κατὰ τὸν νόμον λαὸν, vel τὸν λαὸν τὸν κατὰ νόμον. Vocabulum ἐντολὴ *Heinrichsius*, *Dindorfius*, alii vertunt *mandatum*, *der Auftrag* v. Ioh. 10, 18. Act. 17, 15. *Rosenmüllerus*, *Bretschneiderus*, alii, explicant *ius*, conferunt Hebr. מִשְׁפָּט, cui tamen verbum ἐντολὴ in versione Alexandrina non respondet. Malim vulgarem notionem *praecepti* retinere, ut κατὰ τὸν νόμον *secundum legem* indicet modum decimas exigendi, atque adeo verba sonent: praeceptum acceperunt exigendi decimas a popularibus, eo modo qui lege definitus est. *Schulzius: sie sind befeligt den Zehnten zu nehmen dem Gesetz gemäss.* Verba δεκατοῦν et ἀποδεκατοῦν in antiquiorum Graeciae scriptorum libris non leguntur, qui usi sunt verbo δεκατεύειν v. Harpocration. Xen. Anab. 5, 3. 10. H. G. 6, 3. 9. sed sunt verba dialecto Alexandrinae propria v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 696. respondent Hebr. עשׂר atque significant *decimas exigere et accipere*, *decimare*, δεκάτην λαμβάνειν ut h. l. LXX 1 Sam. 8, 15. 17. et *decimas dare*, δεκάτην τελεῖν v. nos ad Matth. 23, 23. τουτέστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, κ. τ. λ.] h. e. *a popularibus suis*, *quamquam ab Abrahamo genus deducentibus.* Formula ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινὸς *exire ex lumbis alicuius*, Hebraica est, et idem valet quod γεννᾶσθαι ὑπό τινος *gigni*, *nasci ab aliquo*, omninoque *originem ducere ab aliquo*, ut Gen. 35, 11. ubi οἱ ο′ habent: βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται *reges ex lumbis tuis exibunt* i. e. ortum a te ducent. Eadem formula extat 2 Chron. 6, 9. sed loco parallelo 1 Regg. 8, 19. legitur

ἐξελθὼν ἐκ τῶν πλευρῶν σου. vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 714 sq.

6. 7. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ] *ille vero qui originem ex illis non ducebat, decimas ab Abrahamo accepit.* Melchisedecus, homo peregrinus, qui genus non ducebat ex posteris Levi et Aaronis, adeoque non legalis Iudaicus sacerdos erat, ab Abrahamo Israelitarum, adeoque totius generis Levitici auctore et parente, qui solam in eo sacerdotalem dignitatem reveritus est, decimas accepit. Deus ergo constituere sacerdotes potest quoscunque velit, et Melchisedecus Abrahamo et sacerdotibus Leviticis maior erat. Ad ὁ δὲ supplendum ἱερατείαν λαβὼν, respiciuntur enim verba οἱ μὲν ἱερατείαν λαμβάνοντες quae v. 5. praecesserunt. μὴ γενεαλογούμενος vid. not. ad v. 3. ἐξ αὐτῶν interpretes nonnulli ad Abrahamum eiusque posteros referunt. Sed omnis argumentatio docet, ad ἐξ αὐτῶν cogitando adiiciendum esse τῶν υἱῶν Λευῒ ex sacerdotibus e tribu Levi oriundis. Etenim agitur de dignitate Melchisedeci sacerdotali, et scriptor eum comparat cum Iudaeorum sacerdotibus, qui genus ducere debebant ex posteris Levi. Nomini Ἀβραὰμ emphasis inest; Abrahamus, ὁ πατριάρχης, gentis auctor coll. v. 4. καὶ τὸν ἔχοντα ἐπαγγελίας εὐλόγηκε] *eidemque qui promissiones acceperat, bene precatus est.* τὰς ἐπαγγελίας vid. not. ad 6, 12. 15. Gen. 12, 2. 3. 7. Verbum εὐλογεῖν h. l. non simpliciter notat *bona alicui apprecari*, optare ut bona eveniant, sed ea nomine et auctoritate Dei *promittere* et *praenuntiare*. Hoc sensu verbum εὐλογεῖν Hebr. בֵּרַךְ de Dei ministris et interpretibus, prophetis ac sacerdotibus saepius adhibitum legitur, ut de Mose Ex. 39, 43. Isaaco Gen. 27, 23. 27. Iacobo Gen. 48, 9. Balaamo Num. 23, 20. 24, 1. et ap. Philon. Lib. 1. vit. Mos. p. 643. B. de sacerdote Iudaeorum summo Num. 6, 22 sq. vid. not. ad 11, 20. Hoc sensu nostro loco ut v. 1. de Melchisedeco verbum εὐλογεῖν positum extare, satis aperte docent verba v. 7. χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας κ. τ. λ. quae vertenda sunt: *sine controversia minori a maiori bona annuntiari* et quasi impertiri *solent.* Absona prorsus his verbis inesset

sententia, si εὐλογεῖν nil amplius significaret quam *fausta apprecari*, nam usitatum erat ut etiam inferiores superioribus gratularentur et fausta apprecarentur v. Gen. 47, 7. 10. et not. supra ad v. 1. Sed sacerdotes, quia etiam ministris et instrumentis adscribi solet effectus, praestantiores erant iis, quibus bona futura annuntiabant, et ea quasi tribuebant, quatenus Deus eorum precés et praedictiones ratas se habiturum esse promittebat, adeoque etiam Melchisedecus Abrahamo maior et excellentior erat. De vi ac potestate voc. κρεῖττον vid. not. ad 1, 4. Neutrum positum est pro masculino, pro οἱ ἐλάττονες ὑπὸ τῶν κρειττόνων ut Ioh. 6, 37. πᾶν pro πᾶς. 1 Cor. 6, 11. ταῦτα pro οὗτοι. 2 Thess. 2, 6. τὸ κατέχον. add. Matth. 18, 11. 1 Cor. 1, 27 sq. Gal. 3, 22. 1 Tim. 6, 13.

8. ὧδε in s. ex lege Levitica, (Theophylactus: ὧδε τουτέστι ἐν τῷ νόμῳ) quae sacerdotibus Leviticis potestatem dat decimas accipiendi coll. v. 5. ἐκεῖ in historia de rebus Melchisedeci Gen. l. l. Theophylactus: ἐν τῷ κατὰ τὸν Μελχισεδὲκ πράγματι. Ad ἐκεῖ repetendum est: δεκάτας λαμβάνει *accepisse fertur decimas*. Voces ὧδε et ἐκεῖ pro particulis locum designantibus habent *Cappellus* et *Peircius*, explicant *hic*, in civitate Iudaica, inter Iudaeos; *ibi*, ubi Melchisedecus Abrahamo obviam factus est. Sed ut recte monuit *Carpzovius*, hic non tam ad locum, quam potius ad sacerdotium respicitur. Ad vocem ἐκεῖ, ut contextus docet, cogitando adiiciendum est: δεκάτας λαμβάνει. Plurali numero δεκάτας nostrum h. l. propterea usum esse statuit *Böhmius*, quod Levitis atque sacerdotibus Leviticis e pluribus rebus decimae dari solerent, cum Abrahamus Melchisedeco nonnisi ex manubiis tum suis decimam partem tribuisset coll. v. 4. Sed et praeda quam Abrahamus ceperat, varii generis erat cf. v. 2. Gen. 14, 20., putaverim potius variandae orationis caussa pluralem numerum positum esse. Idem V. D. observat, pluralem huius nominis in libris quidem V. T. apocryphis, nullibi vero in versione Alexandrina legi. Errat v. Neh. 12, 44. ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι sacerdotes qui moriuntur, et morte sua aliis locum cedunt v. 23. μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ

cui vitae testimonium datur h. e. sacerdos de cuius morte et successore nulla mentio facta est in libris sacris (Gen. l. l.), cuius tantum vita memoratur, et qui (Ps. 110, 4.) semper vivere dicitur vid. not. ad v. 3. Theophylactus: τὸ δὲ ζῆν ἀεὶ τὸν Μελχισεδὲκ, οὕτω δέξαι, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται· τουτέστιν, ὡς μὴ μνημονευομένης τῆς τελευτῆς αὐτοῦ παρὰ τῇ γραφῇ *vivere autem semper Melchisedecum, sic intellige perinde ac supra memoratum est, h. e. quod scriptura non faciat mentionem obitus eius.*

9. 10. καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευῒ-δεδεκάτωται] *et, ut ita dicam, per Abrahamum tribus Levitica* (Λευῒ) *quae decimas accipit, eas solvit.* Sacerdotes Levitici a fratribus suis decimas accipiunt, et hac in parte iis sunt eminentiores v. 5. 7. sed hi ipsi sacerdotes per Abrahamum Melchisedeco decimas dederunt, qui adeo iis longe superior est. διὰ Ἀβραὰμ scl. δεδεκατωμένον *per Abrahamum*, quod quomodo capiendum sit, v. 10. exponit. Audaciorem autem hanc et argutam locutionem, Levi eiusque posteri, tunc nondum nati, decimas dederunt Melchisedeco, ut scriptor emolliret, addidit: ὡς ἔπος εἰπεῖν, quae quidem formula reddenda: *ut ita dicam*, adhibetur, praesertim ab oratoribus, ad emollienda durius et audacius enuntiata. Quinctil. Instit. Or. 8, 13. *si quid periculosius finxisse videmur, quibusdam remediis praemuniendum est: ut ita dicam, si licet dicere, quodammodo.* Cic de Orat. 3, 41. *Si vereare, ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo: ut si olim, M. Catone mortuo, pupillum senatum quis relictum diceret, paulo durius: si, ut ita dicam, pupillum, paulo mitius est.* Longinus de sublim. 32, 3. διόπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Θεόφραστος μειλίγματά φασί τινα τῶν θρασειῶν εἶναι ταῦτα μεταφορῶν, τὰ· ὡσπερεὶ φάναι, καὶ· οἱονεί, καὶ· εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον, καί· εἰ δεῖ παρακινδυνευτικώτερον λέξαι. ἡ γὰρ ὑποτίμησις, φασίν, ἰᾶται τὰ τολμηρά· *itaque Aristoteles et Theophrastus audacium metaphorarum has tanquam emollitiones esse dicunt:* ut ita dicam, velut, si hoc modo loqui licet; si paulo audacius dicendum est: *nam aestimatio metaphorae audaciae medetur.* Philo lib. de

profugis p. 455. B. ἀλλ' εἰ χρὴ τὸν τρόπον εἰπεῖν τοῦτον, νηφάλια μεθυσθήσῃ *sed ut ita dicam, salva sobrietate fit ebrius.* Id de plantat. Noë p. 236. C. τὰς δὲ πράξεις γενέσεως καὶ σπουδῆς ἀξίας, καὶ αὐτὰς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄῤῥενας ἐξεθήλυναν, αἰσχρὰς ἀντὶ καλῶν ἐργαζόμενοι *actiones item studio dignas, ipsas quoque fecerunt ex masculis, ut ita dicam, femineas, et turpes ex honestis.* Aeschyl. Pers. 711. διαπεπόρθηται τὰ Περσῶν πράγμαθ' (*eversae sunt Persarum res*) ὡς εἰπεῖν ἔπος *ut ita dicam.* add. Xen. Oecon. 3, 4. 12, 8. ubi legitur ὡς εἰπεῖν. Exempla plura alia dant *Raphelius* Obss. Xenophh. et Herodot. *Kypkius, Carpzovius, Wetstenius* ad h. l. et *Wesselingius* ad Herodot. 2, 109. p. 129. Haec vero ipsa formula ὡς ἔπος εἰπεῖν notat etiam: *ut verbo dicam, ut uno verbo eloquar* (similes formulae: ὡς συνελόντι εἰπεῖν Xen. Mem. 4, 3. 7. ὡς συντόμως εἰπεῖν Xen. Oecon. 12, 19.) Philo in lib. quod det. pot. insid. p. 168. E. ἀφραίνοντες, ἀκολασταίνοντες, ἀδικοῦντες, ἀσεβοῦντες, πάνθ' ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώπεια καὶ θεῖα συγχέοντές τε καὶ ἀνατρέποντες εὑρίσκονται *desipiunt, lasciviunt, iniuste impieque se gerunt,* uno verbo *deprehenduntur omne ius et fas confundere ac subvertere* add. Platon. Apol. Socr. c. 7. c. 8. Polyb. 1, 1. 2. Exempla alia ex Platone, Euripide collegit *Leopardus* Emendatt. 8, 21. in *Gruteri* Lamp. Crit. T. 3. p. 166. Atque hac significatione hanc vocem *Er. Schmidius, Cappellus* et *Wolfius* h. l. accipiendam statuunt, eamque conferunt cum formula κεφάλαιον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις 8, 1. Sed ut recte animadvertit *Carpzovius,* phrasis ὡς ἔπος εἰπεῖν notat *uno verbo* tum demum, quando, ubi plura praecesserunt verba, dicendorum iam finem facimus. Theophylactus utramque vocis interpretationem attulit, sed recte praetulit priorem illam, quam h. l. verborum vicinia non tam postulat, quam potius flagitat. Verba eius sunt: τὸ δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ τοῦτο σημαίνει, ὅτι καὶ ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἵν' οὕτως εἴπω. Ἐπειδὴ γὰρ τόλμημα ἐδόκει τὸ εἰπεῖν, ὅτι ὁ Λευῒ, μήπω εἰς γένεσιν παραχθεὶς, ἐδεκατώθη παρὰ τοῦ Μελχισεδὲκ, ἐκόλασε τοῦτο. *Quod autem ait,* ὡς ἔπος εἰπεῖν, *vel hoc significat, ut breviter*

dicam, vel, ut sic dicam. Quia enim audacius dictum videbatur, affirmare quod Levi priusquam in mundum productus esset per nativitatem, decimas dederit Melchisedeco, correxit hoc. Neque adeo audiendus est *Elsnerus*, qui verba reddidit: *quod res est* v. quae contra eum monuerunt *Wolfius* et *Carpzovius* ad h. l. ἐν ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν *in lumbis patris erat* quasi una erat cum patre persona vid. not. supra ad v. 5. πατὴρ *auctor gentis* v. ad v. 4. not.

11. Posteaquam epistolae auctor ostendit, Melchisedecum eminentiorem esse sacerdotibus Iudaicis, respiciens locum Ps. 110. cf. 6, 20. 7, 17. nunc demonstrat, adventu Christi sacerdotis Melchisedeciani, omnibus Leviticis sacerdotibus longe praestantioris, Aaroniticum s. Leviticum sacerdotium, utpote minus idoneum, ad tribuendam salutem haud sufficiens, sublatum, ac proinde etiam legem Mosaicam abrogatam esse 11 - fin. εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευιτικῆς ἱερωσύνης] *quodsi igitur per Leviticum sacerdotium perfecta effici potuisset expiatio.* Particulae εἰ μὲν οὖν usurpantur in oratione continuanda, cum quadam conclusionis significatione v. *Hermanus* ad *Viger.* p. 845. *Wahlii* Clav. sub h. v. ἱερωσύνη *officium, negotium sacerdotis* ut ap. Herodi. 5, 5. 4. c. 7, 2. Ex Grotii sententia τελείωσις h. l. indicat id quod in sacerdotio Levitico praestantissimum est. Haec interpretandi ratio probavit sese *Moro, Hezelio, Reichardo, Iaspisio,* aliis, qui adeo verba reddiderunt: *si in sacerdotio Levitico perfecti aliquid fuisset* s. *si Leviticum sacerdotium plene ac perfecte suffecisset.* Sed iam *Clericus* contra *Grotium* verissime monuit, si haec fuisset mens scriptoris, eum rem ita exprimere debuisse: εἰ μὲν οὖν τελείωσις ἐν τῇ Λευιτικῇ ἱερωσύνῃ ἦν *si ergo erat perfectio in Levitico sacerdotio.* Rectius igitur cum interpretibus probatissimis, *Limborchio, Knappio, Schleusnero, Bretschneidero, Wahlio,* aliis voc. τελείωσις quod generatim perfectionem, *consummationem* [ita h. l. Vulgat. expressit] indicat, eo sensu accipitur ut *plenam et perfectam expiationem* declaret. Sermo enim est de sacerdotibus Leviticis, ad quorum munus spectabat sacrificiis offerendis populum expiare, et his sacerdotibus oppo-

nitur Christus sacerdos Melchisedecianus cf. etiam v. 27. et quae ad 2, 10. de verbo τελειοῦν disputavimus. ἦν *fuisset;* indicativus positus est pro coniunctivo v. *Vigerus* p. 196. *Matthiae Gramm.* §. 510. et imperfectum vim habet aoristi v. *Matthiae* §. 505. ὁ λαὸς γὰρ ἐπ᾽ αὐτῇ νενομοθέτητο] *lex enim data erat populo sub eius* (sacerdotii *Levitici*) *conditione* i. e. ut subiectus, adstrictus esset sacerdotio Levitico. ἐπ᾽ αὐτῇ νενομ. Oecumenius: τουτέστι ταύτῃ κεχρῆσθαι, ταύτῃ στοιχεῖν, ὑπὸ ταύτης ἄγεσθαι. Adiecit haec scriptor, quoniam ostendere volebat, constituto sacerdote ad rationem Melchisedeci, sacerdotium Leviticum, quo omnis lex niteretur (exprimitur simul his verbis muneris sacerdotalis gravitas), adeoque legem ipsam esse sublatam. Praepositio ἐπὶ saepius conditionem indicat, sub qua aliquid fit aut factum est ut h. l. infra 8, 6. 9, 17. ap. Aristoph. Avv. 153. Ὀπούντιος οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου. Hom. Il. κ', 304. δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ. Lucian. Dial. Mort. T. 1. p. 274. *Graev.* Ἑρμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα, ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ. Exempla plura hanc in rem attulerunt *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. 3. P. 2. p. 239. *Elsnerus* et *Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 2. p. 138. νενομοθέτητο] omissa est litera ε quae temporibus plusquamperfectorum praefigi solet (ἐνομοθέτητο), Atticorum more, qui hoc augmentum haud raro praetermiserunt, ut auribus et expeditae pronuntiandi suavitati consulerent. vid. *Hemsterhusius* Obss. Miscell. Vol. 4. p. 291. ad Xen. Ephes. p. 196. ed. *Locell.* et quos laudavit *Fischerus* l. c. Vol. 2. p. 318. qui ibi observat hanc plusquamperfecti mutilationem ex dialecto Attica profectam esse in Macedonicam novam et Alexandrinam. Verbum autem νομοθετεῖν significat *legem ferre* Xen. Apol. 15. Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίοις νομοθετήσαντος. Palaeph. 53, 2. νομοθετεῖν σωφροσύνην *legem pudicitiae dare* ubi v. Ind. *Fischeri.* In vers. Alex. respondet Hebr הוֹרָה *docuit, praecepit* Ex. 24, 12. Deut. 17, 10. Ps. 24, 9. Hesychius: νομοθετεῖ, νομοποιεῖ. Suidas: νομοθετῶ, δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ. Passivum νομοθετοῦμαι notat: *lex mihi datur.* Quod verbi constructionem

h. l. attinet, tenendum est, Graecos verbis quibus in activo dativus personae iungitur, passiva forma usurpatis, addere loco dativi, nominativum personae, et in verbis quae cum accusativo tum personae, tum rei construuntur, eum mutare in nominativum, ubi idem verbum passiva forma ponitur v. *Valckenarius* in Scholis ad 1 Cor. 9, 17. *Krebsius* et *Wetstenius* ad Rom. 3, 2. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 438. *Wahlii* Clav. Vol. 2. p. 597. *Wineri Gramm. Th.* 1. p. 112. *Limborchius* et *Michaelis* ad *Pricaeum* verba reddiderunt: *populus super illo* (sacerdotio) *legem accepit*, hoc sensu, populus legem accepit, cuius basis quasi et fundamentum est sacerdotium Leviticum. τίς ἔτι χρεία, κατὰ — ἱερέα] *quid adhuc opus erat, ut alius existeret ad rationem Melchisedeci sacerdos?* quid opus erat tantam ἱερωσύνης inducere mutationem, cum legis mutatione coniunctam, nisi ea re manifesto declararetur, per Leviticum sacerdotium non effici posse τελείωσιν, adeoque Leviticos sacerdotes esse Christo sacerdote longe inferiores? cf. 10, 1. ἕτερον ex alia tribu oriundum v. 13. ἕτερος in versione Alexandrina respondet Hebr. זר Ex. 30, 9. אחר Iudd. 2, 10. ἀναστῆναι *existere, exoriri* Hebr. קום adhibetur etiam de *aditu muneris publici, praecipue regii* Sir. 47, 1. καὶ μετὰ τοῦτο ἀνέστη Νάθαν. Act. 7, 18. ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος ex alia familia ortus. add. Ex. 1, 8. 2 Regg. 23, 25. Herodot. 3, 66. ἱερέα id. qd. ἀρχιερέα coll. 6, 20. add. not. ad 5, 6. usus autem est scriptor vocabulo ἱερεὺς, quia Ps. 110, 4. hoc nomen extat, et quia de ἱερωσύνῃ generatim locutus erat. καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι] *neque ad Aaronis rationem constitueretur?* Verbum λέγεσθαι *Heinrichsius* positum esse statuit pro εἶναι. *Baumgartenius*, *Moldenhauerus*, explicant *promittere*. Rectius *Schottus*, *Iaspisius*, *Schleusnerus*, *Bretschneiderus*, *Wahlius*, ei tribuunt notionem *constituendi*, *eligendi*, quo sensu adhibere solent Latini verbum *nominare* v. Cic. Phil. 2, 2. Liv. 1, 32. Hesychius: λέγεσθαι, ἐκλέγεσθαι. Temere *Millius* Prolegg. n. 1217. verba: καὶ οὐ — λέγεσθαι commentarium marginalem primitus fuisse opinatur.

12. *Mutato autem sacerdotio* Levitico, i. transferendo

eo in aliam tribum, *legis etiam mutatio fiat*, *necesse est:* *μετατίθημι transpono*, *transfero* Act. 7, 16. erat verbum proprium in ludo duodecim calculorum, ubi *μετατιθέναι* dicebatur is, qui calculum ita positum, ut poeniteret, retractabat, et in alium locum transferebat. Suidas in voc. *ἀνατίθεμαι· ἀναθέσθαι, τὸ μετατίθεσθαι, μεταβουλεύεσθαι, μεταγνῶναι· ἀπὸ τῶν πεττευόντων, καὶ τὰς κεκινημένας ἤδη ψήφους διορθούντων.* Philo leg. ad Cai. init. p. 992. A. *ὑπαλλαττόμεθα γὰρ καθάπερ ἐν ταῖς πεττείαις τὰς πράξεις μετατιθέντες permutamus enim veluti in lusu calculorum rerum aestimationem transferendo.* Deinde notat *mutare* Xen. Mem. 4, 4. 14. *νόμους — μετατίθενται.* Ioseph. B. I. 1, 28. 4. *μεταθεῖναι τοὺς γάμους matrimonium mutare*, add. Sir. 6, 9. v. *Gatackerus* ad M. Antonin. Lib. 8. c. 16. Advers. Miscell. c. 19. p. 741. *Gesnerus* ad Lucian. T. 3. p. 549. *Dresigius* de V. M. p. 334. *Fisch. Loesnerus*, *Münthius*, *Borgerus*, *Valckenarius* in Scholis ad Gal. 1, 6. et *Krebsius* ad h. l. in versione Alexandrina hoc verbo exprimitur Hebr. הסיג quod de termino amoto legitur Deut. 27, 17. Hos. 5, 16. מוט *moveor* Ps. 46, 3. Caeterum, ut annotavit ad h. l. *Böhmius*, mitiori vocabulo scriptor *μετάθεσιν* appellat h. l. caute et modeste, quam v. 18. re ulterius disputata *ἀθέτησιν* audet dicere gravius. Per *τὸν νόμον Michaelis*, *Schmidius* in Obss. super ep. ad Hebr., *Rosenmüllerus*, *Schulzius*, legem sacerdotalem intelligunt. Alii, ut *Carpzovius*, *Dindorfius*, legem ritualem. Rectius alii, quorum in numero sunt *Seb. Schmidius*, *Limborchius*, *Heinrichsius*, *Böhmius*, totam legem Mosaicam hac voce significari censent. Cum enim tantam subiret *ἡ ἱερωσύνη* mutationem, necesse etiam erat, ut lex mutaretur, quippe quae tota sacerdotio Levitico niteretur. cf. etiam infra ad v. 18. not. Ex *Böhmii* sententia scriptor, quoniam Iudaei aeternitatem legis suae gloriabundi iactabant, caute posuit vocabulum *νόμος* sine articulo, quasi non loqueretur de lege Mosaica. Non possum eo adduci ut assentiar. Videlicet scriptores N. T. qui non sunt in verbis et formulis ad Graecorum scriptorum diligentissimorum normam exigendi (quam regulam qui neglexerunt,

haud raro in contortas et absonas interpretationes delapsi sunt), articulum interdum posuerunt ubi abesse poterat imo debebat (Ioh. 3, 10.) et omiserunt ubi addendus fuisset v. *Bretschneideri* Lex. Man. sub ὁ T. 2. p. 128. lit. D. Sic Hebr. 1, 1. legitur ἐν υἱῷ (τὸν υἱὸν v. 8, 5, 14. al.) 9, 27. κρίσις v. 28. σωτηρίᾳ 9, 4. ἐν ᾗ στάμνος, ubi sequitur ἡ ῥάβδος ἡ βλαστήσασα. 9, 14. διὰ πνεύματος, quam vocem cum articulus desit, *Böhmius* vertit: *per spiritum quendam*, qui idem V. D. 2, 4. μερισμοῖς πνεύματος reddidit: *Spiritus S. partitionibus*. 6, 4. μέτοχοι πνεύματος ἁγίου *participes facti Sp. S.* Gal. 5, 18. οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον i. e. *non subestis legi Mosaicae*. add. Hebr. 10, 28. Ita etiam h. l. νόμος etsi omissus sit articulus, *legem Mosaicam* indicat. Nam per τὴν ἱερωσύνην intelligi debet sacerdotium Leviticum, v. 5. τοῦ νόμου legis Mosaicae mentio facta erat, praecessit v. 11. verbum νενομοθέτητο, sequitur v. 19. οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος. Et ut recte animadvertit *Winerus* in Diss. inscripta: disputatur de sensu vocum κύριος et ὁ κύριος in Actis et epp. Apostolor. Erlang. 1828. 4. p. 7. cuius verba mea facio: articulus qui appellativis nominibus praemittendus erat, haud raro deest, ubi haec ipsa vocabula saepius deinceps repetuntur. Nam crebra ista repetitione efficitur, ut quod natura sua de compluribus rebus dici poterat vocabulum, in una quadam re sedem habere legenti tibi videatur, nec opus amplius sit articulo. Ita Paulus, qui iterum iterumque de lege disputat, quamquam fere semper legem Iudaeis olim scriptam dicit, eam non solum τὸν νόμον sed saepenumero etiam νόμον vocat ut Rom. 2, 25. 27. 4, 14. 5, 13. (v. 14.) 7, 1. 10, 4. Gal. 6, 13.

13. Sacerdotium Leviticum et legem Mosaicam abrogata esse, ulterius nunc probatur, et quidem argumento duplici, altero, quod Christus pontifex non e tribu Levi, sed e tribu Iuda exortus sit v. 13. 14. altero, quod sit sacerdos perpetuus, adeoque nulla amplius sacerdotii mutatio exspectanda sit v. 16. 17. ἐφ' ὃν Vulg. *in quo;* verte: *de quo*, ut πρὸς ὃν legitur 1, 7. ubi v. not. ταῦτα λέγεται *haec dicuntur* np. quod sit sacerdos ad rationem Melchise-

deci Ps. 110, 4. ad quem locum noster v. 11. respexit. φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν] *alia de tribu natus est:* μετέχειν notat *participem esse* s. *fieri*; construitur cum genitivo ut supra 2, 13. 1 Cor. 9, 10. 12. Xen. Hiero. 2, 6. τῶν μεγίστων ἀγαθῶν μετέχειν. Isocr. Ev. 10. μετέχειν τῆς νίκης. add. Eurip. Ion. 508. Herodi. 8, 4. 21. et cum accusativo Aristoph. Plut. 1144. οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγάς. Soph. Oed. Col. 1475. Thucyd. 6, 40. init. h. l. significat: *ex alia tribu esse, ad aliam tribum pertinere,* ἀλλόφυλον, ἑτερόφυλον εἶναι. Diod. Sic. p. 217. D. μετέχειν τῆς παραλίου *ex ora maritima esse, ad oram maritimam pertinere.* ἀφ᾽ ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ] *ex qua nemo unquam rem divinam fecit.* Verbum προσέχειν de cuius vi ac potestate disputavimus ad 2, 1. in hac orationis serie declarat *operam navare* ut ap. Thucyd. 1, 15. οἱ προσέχοντες τοῖς ναυτικοῖς *qui in re nautica operam navant* i. nautae, et προσέχειν τῷ θυσιαστηρίῳ curare officia ad altare omnino notat ἱερέα εἶναι, praecessit v. 14. ἱερωσύνη. Pro hac formula 1 Cor. 9, 13. legitur προσεδρεύειν τῷ θυσιαστηρίῳ. Oecumenius: ἥτις Ἰούδα φυλὴ οὐδέποτε ὡς ἱερεύουσα παρέστη ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. Caeterum verbis μετέσχηκεν, προσέσχηκε paronomasia inest, quam noster amat; et vel hanc ob caussam probare nequeo lectionem προσέσχεν quam codd. nonnulli exhibent, quae librariorum incuriae originem suam debere videtur, neque προσέστηκε quae glossema redolet. cf. etiam *Matthaeius* ad h. l.

14. πρόδηλον *notum est, constat.* Satis erat dixisse δῆλον γάρ, sed ut appareret (verbis *Valckenarii* utor) rem omnibus esse exploratam, adiecta praepositione significationem intendente ponitur πρόδηλον, ut v. seq. κατάδηλον. Nulla igitur, ut *Limborchius* et *Bengelius* ad h. l. annotarunt, illo tempore difficultate laborabat Christi genealogia. Et e tribu Iuda atque Davidis familia proditurum esse Messiam Iudaeorum vulgus (v. quae observavimus ad Ioh. 7, 27.) statuebat v. Matth. 2, 6. 22, 42. Act. 13, 23. ἐξ Ἰούδα est id. qd. ἐκ φυλῆς Ἰούδα ut legitur Apoc. 5, 5. 7, 5. ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν] *dominum nostrum ortum esse.* ἀνατέλλειν intransitive positum signat: *exoriri, progerminare,*

adhibetur de ortu solis ap. Xen. Anab. 2, 3. 1. ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι. add. Matth. 13, 6. siderum, v. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 124 sq. 2 Petr. 1, 19. de plantis, Ioseph. Ant. 1, 1. 1. καθ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν φυτά τε καὶ σπέρματα γῆθεν ἀνέτειλε. Suidas: ἀνατεῖλαι δοτικῇ ἀνθῆσαι ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοτάνων. In versione Alexandrina respondet verbo צמח Gen. 3, 18. τριβόλους ἀνατελεῖ *tribulos proferet*. Ez. 16, 7. ἀνατολὴ τοῦ ἀγροῦ. Per metaphoram autem significat *nasci*, *ortum habere* ut h. l. Neque enim putaverim Christum h. l. comparari cum luce, sole ut Luc. 1, 78. ubi v. not. et ad Matth. 4, 16. sed cum additum legatur nomen φυλὴ, et Hebraeorum prophetae Messiam nomine צֶמַח *germen* insigniverint v. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ies. 4, 2. quod Alexandrini Iudaei Zach. 3, 8. 6, 12. Ier. 23, 5. reddiderunt ἀνατολὴ, Symmach. Ier. l. l. βλάστημα· scriptorem nostrum *germinis* notionem respexisse arbitror, aut surculi propullulantis ex radice arboris. εἰς ἣν *de qua*, εἰς id. qd. περὶ ut Eph. 5, 32. Act. 2, 25. ubi v. not.

15. *Et hoc* np. mutato sacerdotio Levitico per Iesum pontificem, etiam legem totam immutatam esse, *multo clarius inde patet*. περισσότερον pro περισσοτέρως vid. ad 6, 17. 2, 1. εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα κ. τ. λ.] *quod alius existit sacerdos Melchisedeco similis*. Particula εἰ h. l. vim obtinet particulae ὅτι *quod* ut Act. 26, 8. 23. Xen. Mem. 1, 1. 13. Plato. Apol. c. 23. init. Marc. 15, 44. ubi v. not. Demosth. Orat. in Midiam c. 23. ed. *Buttman*. cf. *Vigerus* p. 504. *Herm*. *Bährius* ad Plutarch. Philopoemen. p. 116. *Marklandus* ad Lysiam p. 583. κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ id. qd. κατὰ τὴν τάξιν *M*. 5, 6. coll. v. 11. utramque vocem etiam Syrus interpres eodem voc. np. ܛܘܼܟܣܐ expressit. Supra v. 3. ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ.

16. ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν] *qui non ex lege quae praeceptis abrogandis constat*, *factus est* pontifex. Pronomen ὃς referendum est ad Christum, non cum Theophylacto ad Melchisedecum. *Boltenius* κατὰ νόμον ἐντ. σαρκ. per Hypallagen positum putat pro: κατ' ἐν-

τολὴν νόμου σαρκικοῦ vermöge der Vorschriften eines vergänglichen Gesetzes. Sed non necesse est ut ad Hypallagen confugiamus. Bene Oecumenius verba interpretatus est: *ὁ νόμος τὰς ἐντολὰς σαρκικὰς εἶχεν.* Cum supra v. 12. epistolae conditor simpliciter scripserit *νόμου μετάθεσις γίνεται,* et infra 18. pro *νόμος* usus sit vocabulo *ἐντολή* coll. v. 19. in aprico positum est, numerum singularem vim obtinere numeri pluralis, sed praeoptavit scriptor singularem plurali, propterea quod, ut recte annotavit *Böhmius*, singularis numerus in opposito *ζωῆς ἀκαταλύτου* necessario extat. Itaque *νόμος ἐντολῆς* est id. qd. *δικαιώματα τοῦ νόμου* Rom. 2, 26. Commode scribere potuisset noster *κατὰ νόμον σαρκικὸν*, sed concinnitatis caussa, cum sequatur *κατὰ δύναμιν ζ. ἀ.* hac circumlocutione usus est. Haec vero ipsa ultima v. verba docent, quaenam significatio tribuenda sit formulae *ἐντολὴ σαρκική*, indicat *legem abrogandam* s. *mortalem* Liv. 34, 6. *leges mortales, ut ita dicam, et temporibus ipsis mutabiles.* Nam *σαρκικὸν* dicitur etiam id quod non est firmum, non perpetuum, sed *caducum, interiturum*, sicuti etiam vocabulo *σάρξ*, cum de hominibus usurpatur, saepius inhaeret notio fragilitatis, mortalitatis v. *Knappii* Opuscc. p. 200. ed. 2. Confirmant hanc verborum interpretationem verba v. 18. *ἀθέτησις γίνεται ἐντολῆς.* Est ergo *ἐντολὴ σαρκικὴ* lex cuius fieri potest mutatio *μετάθεσις* v. 12. quae abrogari potest et abrogatur v. 18. Legem Mosaicam per Christum abrogatam esse, et religionem Mosaicam ad tempus tantum durare ac florere debuisse, est etiam Pauli doctrina v. Eph. 2, 15. al. Praeceptum autem de sacerdotio arcte coniungit noster cum omni lege Mosaica, *ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ (ἱερωσύνῃ) νενομοθέτητο* coll. v. 19. Aliter verba *κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς* intellexit Theodoretus, qui ea hunc in modum explicuit: *καθάπερ ἐκεῖνος (Μελχισεδὲκ) τῆς ἱερωσύνης διαδόχους οὐκ ἔσχεν, οὕτως οὐδὲ οὗτος ταύτην εἰς ἕτερον παραπέμψει. Σαρκικὴν γὰρ ἐντολὴν τοῦτο κέκληκεν, ὡς τοῦ νόμου διὰ τὸ θνητὸν τῶν ἀνθρώπων κελεύοντος, μετὰ τὴν τοῦ ἀρχιερέως τελευτὴν τὸν ἐκείνου παῖδα τὴν ἱερωσύνην λαμβάνειν sicuti ille* (Melchisedecus) *non habuit suc-*

cessores sacerdotii, ita neque hic (Christus) *suum ad alios transmittet. Carnale enim praeceptum hoc vocavit, lege nimirum, propterea quod homines sunt mortales, praecipiente, ut post mortem pontificis, illius filius accipiat sacerdotium.* Quae quidem Theodoreti sententia etiam ex recentioribus haud paucos adstipulatores nacta est, qui verba *κατὰ ν. ἐντολῆς σ.* interpretati sunt: *ἡ καθίσταται ἱερέας σαρκικοὺς* i. *ἀσθενεῖς, θανάτῳ ὑποχειρίους,* lex quae agebat de sacerdotibus mortalibus, eorumque successores constituebat, vel, ex lege cuius praecepta ad carnem pertinent i. quae de hac vita terrestri praecipit. Sed praeferenda est interpretatio quam supra proposuimus, quae simplicitate et intelligendi facilitate sese commendat, quam etiam orationis contextus adiuvat atque confirmat. Caeterum pro *σαρκικῆς* plures optimae notae codd. exhibent *σαρκίνης,* quam lectionem, meo iudicio recte in ordinem receperunt *Griesbachius* et *Schottus,* extat hoc vocabulum etiam 2 Cor. 3, 3. et ita quoque legendum est 1 Cor. 3, 1. scilicet librarii verbum rarius occurrens mutarunt in frequens usurpatum. *ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου*] *sed ex vi* s. *per vim vitae perennis* (np. *ἱερεὺς γέγονε*), ut adeo perpetuo hoc munere fungi possit coll. v. 23. 24. Bene *Schulzius: vermöge seiner Kraft ewig zu leben. ἀκατάλυτος qui dissolvi nequit* h. l. id. qd. *ἄφθαρτος. Carpzovius δύναμις* positum esse statuit pro *νόμος,* quod *νόμος* h. l. notet *τὴν ἀσθένειαν* legem infirmam. *Heinrichsius* verba explicat: *κατ' ἐντολὴν ζῶσαν, δυνατὴν καὶ ἀκατάλυτον. Iaspisius* vertit: *sed legis perpetuo valore vigentis.* Quae tamen interpretationes contortae, neque orationis seriei consentaneae videntur cf. v. 17.

17. *Testatur enim Deus. γὰρ Storrius* vertit *scilicet,* citra necessitatem. Verbo *μαρτυρεῖ* mente adiungi debet *ὁ Θεὸς* coll. v. 21. vel *γραφὴ* ut 4, 4. Pro *μαρτυρεῖ* codd. nonnulli vers. Copt. Chrysost. Cyrill. Theophyl. habent *μαρτυρεῖται,* quam lectionem probavit *Griesbachius,* neque tamen in textum recepit. Retinenda est vulgaris lectio, utpote durior, cum subiecto careat; *μαρτυρεῖται* a correctore profectum est, qui fortassis v. 8. respexit. Par-

ticula ὅτι declarat ipsa verba loquentis afferri, Latine reddi nec potest, nec debet, ut Matth. 5, 31. 7, 23. al. Philo lib. Deus immutab. p. 312. B. φησὶ γάρ· ὅτι ἐὰν γένηται ἁφὴ λέπρας ἐν οἰκίᾳ. v. *Gatackerus* Opp. T. 1. p. 834. *Bosius* Exercitt. Sacrr. p. 23. *Carpzovius* ad h. l. *Vigerus* p. 191. 548. Verba εἰς τὸν αἰῶνα primaria sunt h. l. in hac sententia verba. Demonstrandum enim erat, Iesum esse ἱερέα κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου.

18. Quae hactenus disputavit epistolae auctor de mutata lege et sacerdotio, ea clarius et gravius exponit atque affirmat, ita, ut huius mutationis rationem reddat. Cohaeret igitur hic versus, ut probe monuit *Böhmius*, proxime cum verbis Psalmi et potissimum cum verbis κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, nam hic ordo rerum contrarius erat legi Mosaicae. ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς] *nam abrogatur quidem lex prior.* Oecumenius et Theophylactus: ἀθέτησις, τοῦτ᾽ ἔστιν ἀναλλαγὴ καὶ ἐκβολὴ τῆς προαγούσης ἐντολῆς. Phavorinus: ἀθέτησις, ἐκβολὴ, ἄμειψις· οὕτως ὁ ἀπόστολος, ἀθέτησις γὰρ γίνεται κ. τ. λ. Nomen ἀθέτησις recurrit infra 9, 26. sed neque in reliquis N. T. libris, neque in versione Alexandrina, neque in libris scriptorum Graecorum adhibitum extat, verbum autem ἀθετεῖν saepius recurrit, et frequenter ponitur de legibus quae abrogantur, ut adeo notet *abrogare, auctoritate sua privare legem* Marc. 7, 9. Gal. 3, 15. Polyb. 31, 18, 1. vid. *Kypkius* ad Luc. 7, 30. de iis qui legem violant et negligunt legitur in vers. Alexandrina Ies. 21, 2. 24, 17. Dan. 3, 28. Hebr. 10, 28. Noli tamen putare a nostro fictum esse vocabulum ἀθέτησις. Liceat adscribere notam *Salmasii* Commentarr. de Hellenistica p. 107. „sane, inquit, nullum ferme est eorum nominum, quae tanquam nimis protritae, et abiectae loquelae improbant critici, quorum pleraque in vetere, novoque Testamento extant, quin apud aliquem etiam veterum auctorum reperiatur. Quodsi quaedam non alibi inveniantur, praeterquam in sacris literis, caussa in eo est, quod non omnes habemus auctores, qui Graece scripserunt. Vix millesima pars restat eorum, qui aliquid commentati sunt. Si omnes extarent: nulla vox

tam *μονήρης* in nova et vetere pagina reperiretur, quin *χρῆσις* eius ex aliquo auctore, qui periit, confirmari posset: praecipue si illi extarent, qui plebeio stilo, et idiotico, res ac vitas privatorum scripserunt." *ἀθέτησις γίνεται* dictum est pro *ἀθετεῖται abrogatur* ap. Ps. l. l. coll. v. 13. lex et sacerdotium, et promittitur ibi sacerdos et lex praestantior. *μὲν* refer ad *δὲ* v. 19. *προάγειν* intransitive significat *praecedere, priorem esse,* hinc *προάγουσα prior, superior* 1 Tim. 1, 18. *κατὰ τὰς προαγούσας ἐντολάς.* Herodi. 8, 8. 8. *κατὰ προάγουσαν ὑπατείαν propter superiorem consulatum.* Nomen *ἐντολὴ* non tantum significat praeceptum de sacerdotio, ut plures interpretes statuunt, sed latiori sensu sumendum, et de tota lege Mosaica accipiendum est, ut adeo idem valeat quod *νόμος*, quocum vocabulo v. 19. commutatur, ex qua utriusque vocabuli commutatione recte iudicari potest, haec vocabula esse potestate paria. Sic *ἐντολὴ* latiori significatu legitur etiam Marc. 7, 8. 9. et in versione Alexandrina respondet Hebr. תּוֹרָה 2 Regg. 21, 8. 2 Chron. 12, 1. doctrinam christianam signat 2 Petr. 2, 21. 3, 2. *διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές*] *quia manca est et inutilis.* Paulus quoque in epistolis ad Romanos et Galatas variis modis demonstrat, legem Mosaicam, quam *σάρκα* Rom. 7, 5. Gal. 3, 3. *ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου* Gal. 4, 9. *παλαιότητα γράμματος* Rom. 7, 6. *δουλείαν* Gal. 5, 1. vocat, imperfectam esse, nec amplius vim et auctoritatem habere. Docet, nonnisi eos qui legi penitus satis fecissent *δικαίους*, (favoris divini participes) existere Rom. 4, 15. 10, 5. Deut. 27, 26. neminem vero omnia quae lex postularet praestitisse, adeoque poenas divinas metuendas fuisse omnibus Rom. 2, 12. 3, 20. Col. 2, 14. Gal. 2, 16. 3, 10. 22. nec potuisse legem quae ad obedientiam poenis propositis Iudaeos impelleret, quorum tamen mores ea non emendati fuerint, plene et perfecte expiare ac vere tranquillare. Ex hac autem miseria exemisse homines Dei benignitatem, qui Christum in has terras miserit, ut mortem cruentam hominum salutis caussa oppeteret, quo ii, qui ipsi fidem haberent, amore Dei aliorumque hominum ducti Rom. 7, 6.

pietati et virtuti studerent, etsi non obedientiam omnibus partibus absolutam praestarent Rom. 10, 5. 9. Gal. 3, 10. 12. plenam peccatorum veniam nanciscerentur, a poenis liberi redderentur Gal. 1, 4. et felicitatem perennem consequerentur Rom. 6, 14. Hoc sensu etiam Rom. 10, 4. legitur τέλος νόμου Χριστὸς h. e. Christus finem fecit legi Mosaicae, hoc consilio, ut quisquis ipsi fidem haberet, impunitatem adipisceretur et salutem Gal. 3, 24. Eph. 2, 14 sq. Consuli merentur qui haec copiosius pertractarunt *Meyerus* in *Entwickelung des Paulin. Lehrbegriffs* p. 126 sq. *Winerus* in Excurs. 1. explicationi ep. ad Galatas subiuncto. Eadem est scriptoris nostri doctrina, qui praeterea pluribus demonstrat, peccatorum veniam sanguine brutorum conciliari non posse 9, 9. 10. coll. 7, 19. 10, 1-4. sacrificia non valuisse ad animos hominum peccatorum conscientia perterritorum tranquillandos 9, 9. nec quemquam de Numinis favore satis certum reddidisse 10, 4. 11. sed nonnisi externam quandam, legalem illam, munditiem effecisse 9, 10. 13.

19. οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος] *neminem enim lex illa* cum sacerdotio et victimis (10, 1.) *plane et perfecte expiavit* s. plenam peccatorum veniam conciliavit. De verbo τελειοῦν vid. not. ad 2, 10. 7, 11. Parentheseos nota haec verba a reliquis seiungenda sunt, continent sententiae praecedentis veluti explicationem. οὐδὲν κ. τ. λ. *Castellio* vertit: *quandoquidem nihil perfecit lex. Schottus: quandoquidem lex nihil consummavit* (ita et *Böhmius*) explicat: expiationem non perfecte praestitit. *Iaspisius: non ab omni parte perfecta fuit.* Rectissime plerique interpretes, suadente tota scriptoris disputatione, et praeeunte Theophylacto, οὐδὲν positum esse contendunt pro οὐδένα, ut supra v. 7. neutrum ἔλαττον adhibitum est pro masculino vid. ibi not. ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος] *introducitur vero post eam*, substituitur in eius locum, *praestantior spes:* ἐπεισαγωγὴ δὲ scl. γίνεται, quod verbum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum est (ut v. 28. καθίστησιν. 10, 27. ἀπολείπεται), manifestum enim est antitheton ἀθέτησις μὲν v. 18. ἐπεισαγωγὴ δὲ v. 19. sed ἐπεισαγωγὴ γίνεται est id.

qd. ἐπεισάγεται. Vocabulum ἐπεισαγωγὴ paulo rarius, significat *introductionem, accessionem novae alicuius rei*, cum post alia quae iam inducta sunt, alia quaedam inducuntur. Ioseph. Ant. 11, 6. 3. ubi amici regis Artaxerxis, ob uxorem dimissam contristati, ei id consilii dant, ut ex toto regno virginum conquisitarum unam sibi in matrimonium eligat: *σβέννυσθαι γὰρ τὸ πρὸς τὴν προτέραν φιλόστοργον ἑτέρας ἐπεισαγωγῇ, καὶ τὸ πρὸς ἐκείνην εὔνουν, ἀποσπώμενον, κατὰ μικρὸν γίνεσθαι τῆς συνούσης nova introducta* (in thalamum), *fore, ut prioris uxoris sensim extinguatur cupiditas et benivolentia, illi paullulum subtracta, in ipsam transeat, quae cum eo versabitur.* De *loco per quem introitus patet*, legitur apud Thucyd. 8, 92. *τεῖχος καὶ πυλίδας ἔχον καὶ εἰσόδους, καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων*. Urgenda est autem h. l. vis vocis ἐπεισαγωγή. Hac voce usus est noster, non vocabulo εἰσαγωγή, concinnitatis caussa, quia praecessit προάγουσα ἐντολή. Sermo enim est de religione christiana, post legem Mosaicam introducta. Praepositio autem ἐπὶ etiam in verbis compositis, rem notat postmodum factam, et idem valet quod μετὰ v. 28. Polyb. 1, 50. ἐπιπλέειν navigando subsequi v. *Vigerus* p. 621. 623. ἐλπὶς *Capello* et *Rosenmüllero* h. l. dicitur Christus ut 1 Tim. 1, 1. Col. 1, 27. Alii hoc vocabulo indicari putant: spem salutis per Christum partam v. 6, 11. 18. Sed ἐλπὶς opponitur ἐντολῇ v. 18. quod vocabulum commutatur v. 19. cum vocabulo νόμος, et pro κρείττων ἐλπὶς infra v. 22. legitur κρείττων διαθήκη. 8, 6. κρείττων διαθήκη, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται. Insignitur ergo voce ἐλπὶς *religio christiana*, in locum legis antiquatae substituta, quae ita dicitur, quia spem praebet certissimam veniae peccatorum et felicitatis perennis. Alii post ἐλπίδος repetunt ἐτελείωσε ἡμᾶς et ἐπεισαγωγὴ positum accipiunt pro ἐπεισαχθεῖσα vel ἐπεισαγομένη atque verba ἐπεισαγωγὴ δὲ κρ. ἐλπ. copulanda cum verbis οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, et ita capienda esse monent ac si legeretur: ὁ γὰρ νόμος οὐδένα ἐτελείωσεν, ἀλλὰ ἐλπὶς κρείττων ἔπειτα εἰσαγομένη, ut sensus sit: nihil enim (quod praestandum erat) lex praestitit, sed

praestare id valet spes praestantior nunc introducta s. quae introducitur. δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ] *qua spe freti ad Deum accedimus.* „Christi enim doctrinam, si bona mente amplectimur, cum summa fiducia et sine ullo timore adorare Deum, laetaque omnia ab eo exspectare possumus.“ Quae sunt verba *Koppii* ad Eph. 3, 12. ubi legitur: ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Formula ἐγγίζειν τῷ Θεῷ significat: Deum adire precibus, exorare sibi Dei favorem et optima quaeque sperare cf. not. ad 4, 16. 9, 8. infra v. 25. pro hac formula legitur προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ. Minus recte alii eam explicant: Deum colere, al. in Dei favore acquiescere.

20. Christus pontifices Iudaeorum longissime superat; nam Deus sacerdotium ipsius iureiurando interposito stabilivit, quod Iudaeorum pontificibus non contigit, hi simplici lege constituti sunt v. 20-22. Sacerdotes ab Aaronis stirpe oriundi, morte impediuntur perpetuo munere fungi, Christi vero, qui perpetuo vivit, sacerdotium perpetuum est v. 23-25. Christus vitiorum labe non contaminatus, peccatorum dissimillimus, non necesse habuit pro suis peccatis sacrificia offerre, sed semetipsum Deo obtulit, Iudaeorum contra pontifices primum pro suis, tum pro populi peccatis sacrificare debent v. 26-fin. καὶ καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας] *et quatenus iureiurando* factus est foederis sponsor. Cohaerent huius versus verba cum verbis v. 22. et parentheseos nota signandus est v. 21. Cum Deus iurat, indicio est, ut bene monuit ad h. l. *Ernestius*, rem agi gravissimam, rem maximi pretii, eumque quasi laborare, ut homines credant; cf. etiam not. ad 6, 17. Verbis οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας *Storrius* mente adiungenda esse statuit verba v. 18. ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος γίνεται. *Lud. Capellus*, *Carpzovius* et *Schulzius* supplent ἐλπίς. Plerique interpretes praeeuntibus Oecumenio et Theophylacto subintelligunt ἱερεὺς γέγονε. Sed verba καθ' ὅσον spectant voces κατὰ τοσοῦτον v. 22. Quare rectissime *Seb. Schmidius* et *Böhmius* cogitando adiiciunt: διαθήκης ἔγγυος γέγονεν. Hoc ipsum, inquit *Böhmius*, est ex scriptoris artificiis,

quod, quae accuratius sumta de *pontifice* valerent, de quo statim verbis sacris allatis probantur, postea, quasi eodem iure et argumento, ad eum tanquam *ἔγγυον διαθήκης* transtulit. vid. not. ad v. 22. Vocabulum *ὁρκωμοσία iusiurandum*, id. qd. *ὅρκος*, quo h. l. et v. 21. 28. usus est noster, alias in N. T. non legitur, sed reperitur in vers. Alex. Ez. 17, 18. 19. ubi respondet Hebr. אָלָה *exsecratio*, quoniam iusiurandum cum exsecratione coniunctum erat; legitur etiam 3 Esr. 8, 93. *ἐν τούτῳ γινέσθω ἡμῖν ὁρκωμοσία πρὸς τὸν κύριον*, ubi in textu Hebr. Esr. 10, 3. exstat nomen בְּרִית. Graeci scriptores usurpant *ὁρκωμόσιον* in plur. *ὁρκωμόσιά* de iureiurando, quo foedus adhibitis etiam sacrificiis confirmari solet, et de sacrificiis ipsis. Hesychius: *ὁρκωμόσια· θύματα, ἐφ' ὧν οἱ ὅρκοι γίνονται.* Phot. Lex. MS. *ὁρκωμόσια· τὰ θύματα, καὶ ἱερεῖα.* In Attica locus erat, in quo rex Theseus olim foedus cum Amazonibus pepigerat, is a iureiurando, quo foedus firmatum fuerat, dictus *ὁρκωμόσιον*; vid. Plutarch. V. Thes. c. 26.

21. *Illi quidem*, Aaronici, *sine iureiurando facti sunt sacerdotes.* Libri sacri ea de re silent. *ἱερεῖς* pontifices coll. v. 26. add. not. ad 4, 14. *εἰσὶν γεγονότες* id. qd. *γεγόνασι* coll. v. 22. 23. Verbum *εἰμὶ* participio iunctum verbi finiti periphrasin facit Matth. 7, 29. *ἦν διδάσκων.* Luc. 1, 21. *ἦν προσδοκῶν.* Act. 25, 10. *ἑστὼς εἰμι.* Thucyd. 1, 38. *ἀρέσκοντές ἐσμεν.* vid. not. ad Hebr. 2, 13. *ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας*] *hic vero* (Iesus Messias) *interposito iureiurando* intell. *ἐστὶν ἱερεὺς γεγονώς.* cf. Ps. 110, 4. *διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτὸν Peircius, Baumgartenius, Moldenhauerus, Storrius, Böhmius* al. per *τὸν λέγοντα* Deum intelligunt, vertunt: *per Deum* s. *a Deo qui ei dixit.* Neque obstare aiunt, quod sequatur *ὤμοσε κύριος*, non simpliciter *ὤμοσα.* Deum enim Orientalium more h. l. de se per tertiam, quam vocant, personam loquentem induci v. Ps. 50, 14. cf. etiam *Storrius* Obss. ad Anal. et Syntaxin Hebr. p. 107. Aliis *ὁ λέγων* est auctor hymni, Davides, *πρὸς* idem valere statuunt quod *περὶ de* ut 1, 7. et sensum ita constituunt: per Davidem cum iureiurando constitutus es

i. e. Davides cecinit eum interposito iureiurando constitutum esse sacerdotem summum. Sed prior ratio felicitate et simplicitate multum huic praestat. καὶ οὐ μεταμεληθήσεται i. e. nunquam decretum suum mutabit. Quae verba ornandae orationis caussa addita sunt, augetur iis τοῦ ὤμοσε gravitas. *Nunquam eum poenitebit*, de Deo humano more dictum est. Homines quos facti sui poenitet, illud mutare solent. Augustinus de Civit. Dei 17, 7. *Dei poenitentia non est post errorem, sed rerum in eius potestate constitutarum mutatio; ubi enim legitur, quod poeniteat Deum, mutatio rerum significatur, immutabili praescientia manente divina, et ubi non poenitere dicitur, non mutare intelligitur.* cf. 1 Sam. 15, 11. 2 Sam. 24, 16. Ier. 42, 10. Amos. 7, 3. *Glassii* Phil. S. p. 944. *Doederleinii* Instit. theol. christ. T. I. Lib. 1. c. 1. Sect. 2. §. 91.

22. κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς] *eatenus praestantioris foederis sponsor Christus extitit.* διαθήκη omnino dicitur *constitutio, dispositio quaecunque*, hinc *foedus, pactum* ap. Aristoph. Avv. 438. Suidas: διαθήκη, συνθήκη. Hesychius: διαθήκη, συνωμοσία. Cum foedus constet promissionibus et conditionibus, legibus, easque etiam religio Mosaica contineret, Hebraei hanc religionem suam dicebant בְּרִית, διαθήκην, eamque sibi tanquam foedus Deum inter et Israelitas factum cogitabant v. Gal. 4, 24. 2 Cor. 3, 14. 1 Macc. 2, 20. Hunc usum loquendi Hebraeorum secuti sunt scriptores N. T. et religionis christianae oeconomiam nuncuparunt διαθήκην, et διαθήκην νέαν Hebr. 12, 24. καινὴν Matth. 26, 28. Hebr. 8, 8. hoc sensu etiam h. l. vocabulum διαθήκη adhibitum extat; opponitur enim προαγούσῃ ἐντολῇ i. e. τῷ νόμῳ v. 18. 19. Dicitur autem religio christiana κρείττων διαθήκη, quoniam ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις, quam religio Mosaica vid. not. ad v. 19., νενομοθέτηται, ut legitur 8, 6. maiora bona, iis qui fiduciam suam in Christo collocant, eiusque doctrinan sequuntur promittit, plenam peccatorum veniam, favorem Dei, animi tranquillitatem, et felicitatem perennem. Huius praestantioris foederis s. religionis Christus vocatur ἔγγυος *sponsor*, *der Bürge*, quod

vocabulum praeter hunc locum in N. T. non occurrit, legitur autem Sir. 29, 15. 16. 2 Macc. 10, 28. ἐγγύη sponsio Sir. 29, 18. 19. ἐγγυᾶσθαι in vers. Alex. Prov. 19, 28. Sir. 29, 17. Hoc nomine apud veteres insigniebatur, qui debitum praestandum in se recipiebat, si debitor non esset solvendo, omninoque omnis cuiuscunque rei pro altero sponsor, ut ἐγγυᾶσθαι dicebantur ii, qui sponsionem faciebant pro aliquo, ut in caussa pecuniaria, ita etiam in caussa publica, eaque capitali. Diligenter de hoc vocabulo exposuit *Salmasius* de modo Usurr. c. 16. Hesychius: ἔγγυος, ἀνάδοχος. Moeris: ἔγγυον, Ἀττικῶς· ἐγγυητὴν, Ἑλληνικῶς. Sed ἐγγυητὴς de sponsore pro pecunia solvenda extat ap. Plat. Apol. 28. pro pecunia qua redimerentur captivi Xen. H. Gr. 7, 2. 17. sponsor in caussa capitis 1, 7. 12. add. Xen. de Vectig. 3, 14. populo. H. l. improprie hoc vocabulum positum est, et, ut recte monuerunt *Heinrichsius* p. 234. *Böhmius*, alii, idem valet quod μεσίτης, qua voce Theophylactus et Oecumenius nomen ἔγγυος interpretati sunt. Etenim Christus qui h. l. dicitur ἔγγυος κρείττονος διαθήκης infra 8, 6. appellatur κρείττονος διαθήκης μεσίτης et 12, 24. διαθήκης νέας μεσίτης. Suidas: μεσέγγυος, μεσίτης, ἐγγυητὴς, μέσος δύο μέρων (1 Tim. 2, 5.). Nominatur autem Christus qua sacerdos (v. 21. ὁ δὲ scl. ἱερεὺς) μεσίτης, quatenus novum foedus inter Deum et homines fecit (1 Tim. 2, 5.) idque suo sanguine sanxit, dum semet ipsum 7, 27. 9, 14. corpus suum 10, 10. sanguinem suum 9, 12. adytum coeleste ingressus Deo obtulit 9, 11. 8, 1. et ἔγγυος quatenus novum foedus spopondit, sanxit, dum coram Deo cum sanguine suo comparuit 9, 24. Sacrificia apud veteres foedere pangendo offerebantur. Sponsores s. mediatores sacerdotes erant. Foedus quod Deus cum Israelitis fecerat, foedus antiquum (Hebr. 8, 9.), sacrificio erat sancitum. Morte Christi, qui novum condidit foedus, e mente auctoris nostri, nititur ipsius munus sacerdotis, sponsoris sive mediatoris. Sensus autem verborum κρείττονος διαθήκης ἔγγυος omnino est: factus est auctor religionis praestantioris. Caeterum scriptorem nostrum paronomasiae studiosum, sonoque verbi ἐγγίζομεν

v. 19. ductum, non adhibuisse nomen *μεσίτου* hac in re solennius, sed usum esse vocabulo rariori *ἐγγύου*, observarunt *Peircius*, *Carpzovius*, *Dindorfius*, *Schulzius*, *Böhmius* ad h. l.

23. *Et illi quidem plures numero fuere, quoniam morte impediebantur, quo minus permanerent.* Verbum *παραμένειν* haud pauci interpretes explicant: *in vita permanere*, ut sit id. qd. *μένειν ἐν τῷ ζῆν* ap. Aeschin. Socr. 3, 6. Neque negari potest *παραμένειν* et *μένειν* saepius ita legi; *μένειν* Ioh. 21, 23. 1 Cor. 15, 6. Herod. 1, 30. Soph. Trachin. v. 179. schol. *μένειν, ἀντὶ τοῦ ζῆν.* add. LXX Ps. 89, 36. ubi in textu Hebr. positum reperitur verbum היה. Verbum *παραμένειν* hoc sensu occurrit ap. Artemidor. Onirocr. 2, 27. *γυναῖκά τε καὶ παῖδας μὴ παραμένειν μαντεύεται.* ib. c. 72. *ἀπόθεσιν τέκνων σημαίνει γενέσθαι οὐ παραμενόντων οὐκ ἀνατρεφησομένων.* Sed *παραμένειν* ut *μένειν* notat etiam *in statu et conditione sua permanere, in aliqua re permanere, alicui permanere* ap. Herodi. 1, 13. 3. *μένων ἐν ἡσυχίᾳ in otio.* 2, 5. 4. *οὐκ ἔμενον non manserunt in loco et statione sua.* add. Hebr. 12, 27. Ioseph. Ant. 11, 8. 2. *ἱερατικῆς τιμῆς — ἐν τῷ γένει παραμενούσης.* Herodi. 6, 2. 20. *τοῖς ἐπὶ πλεῖστον παρέμενεν ἡ ἀρχή.* Ael. H. V. 13, 13. *παρέμεινεν αὐτοῖς φιλία.* Et haec verbi notio omnino praeferenda est, atque e contexta oratione subintelligendum *ἐν τῇ ἱερωσύνῃ.* Quis enim hic sensus foret: quoniam propter mortem impediti sunt, quo minus in vita manerent? Iudaicum autem sacerdotium variabat, et variare debebat, quia singulos mors impediebat, quo minus in munere manerent.

24. Ut h. l. verbo *μένειν vivendi* notionem substituamus, contextus flagitat. *ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην*] *sacerdotium ipsius est immutabile*, nullum in sacerdotio successorem habet. *Ἀπαράβατος* (quod vocabulum neque in versione Alexandr., neque in libris N. T. praeter hunc locum legitur, a scriptoribus Graecis serioribus v. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 313.) active dicitur, terminos constitutos non excedens, legem non transgrediens Ioseph. c. Apion. 2, 41. *εὐσεβείας ἀπαραβάτου* quae legem religiose observat. Passive *ἀπαρά-*

βατον significat: *quod mutari nequit, immutabile* Epictet. Enchir. c. 51. §. 2. ed. *Schweigh.* νόμος ἀπαράβατος. Plutarch. de orac. def. p. 410. Solis ordinem immutabilem τάξιν ἀπαράβατον dicit. Id. de Fato 1. λόγος θεῖος ἀπαράβατος. Theophylactus: ἀπαράβατον, ἀδιάκοπον, ἀδιάδοχον. Oecumenius: ἀδιάδοχον, ἀτέλευτον.

25. *Unde etiam*, quoniam aeternus pontifex est *semper afferre potest salutem*, plenam peccatorum veniam conciliare et beatos reddere (10, 1. 14.) *qui per ipsum* tanquam summum pontificem *Deum adeunt.* Ex sententia *Carpzovii*, *Heinrichsii*, *Storrii*, *Dindorfii*, quod verbum σώζειν attinet, imago desumta est a iudicio, cui Deus tanquam iudex praeesse dicatur. Observant ἐντυγχάνειν adhiberi de eo, qui se alterius caussa interponat, eum defendat, et ἔγγυον s. μεσίτην eum dici qui opera sua et vadimonio efficiat, ut alter absolvatur, et in iudicio vocem σώζουσα aut nude positam, aut cum adiecto ψῆφος significare *sententiam absolutoriam*, a Philone lib. de iudice p. 719. σωτηρίαν dictam, cui opponatur μέλαινα s. καθαιροῦσα. Non possum eo adduci ut assentiar. Verissime observavit ad h. l. *Böhmius*, verbum σώζειν, cum τῇ σωτηρίᾳ (cuius auctor sit Christus) saepius a nostro praedicata conferendum, solenniter et sacro verbi sensu de *pontifice* illo, qui morte seu sacrificio quodam expiatorio interveniente salvos beatosque τοὺς πιστοὺς praestiterit et adhuc praestet, dictum esse. vid. 2, 17. et quae supra de verbo ἔγγυος ad v. 22. disputavimus. In explicanda formula εἰς τὸ παντελὲς in eo dissentiunt interpretes, utrum ea referenda sit ad verbum σώζειν an ad δύναται. Scilicet εἰς τὸ παντελὲς notat *prorsus, perfecte, omnino* ut Luc. 13, 11. ubi v. *Kypkius.* Aeschin. Dial. 3, 4. εἰς παντελῆ μεταβάλλειν ἀναισθησίαν *omnem omnino sensum amittere.* Sic παντελῶς legitur ap. Xen. Sympos. 4, 60. Ages. 10, 1. Ioseph. Ant. 4, 6. 5. 2 Macc. 3, 12. 7, 40. 11, 1. 14, 46. significat vero etiam *semper* Ael. H. V. 12, 20. τὴν δὲ χελιδόνα οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀγρυπνεῖν. add. 7, 2. ut παντελῶς legitur ap. Plutarch. PP. E. 14, 5. Priori significatione hanc vocem accipiunt ii, qui eam ad verbum σώζειν

eferunt, posteriori qui eam cum verbo *δύναται* coniungendam esse iudicant. *Schottus* vertit: *quovis tempore.* Rectius, meo iudicio, *εἰς τὸ παντελὲς* cum verbo *δύναται* copulatur. Sequitur enim *πάντοτε ζῶν*, et sententia inest verbis haec: quia in sacerdotio nullos successores habet, sed semper vivit, eoque fungitur, semper potest salutem afferre iis qui Deum adeunt. *δύναται* aptus est et idoneus vid. ad 5, 2. *τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ qui Deum adeunt* precibus, Dei favorem sibi exorant, et optima quaeque ab eo sperant coll. v. 19. 4, 16. *δι' αὐτοῦ per eum* Christo sacerdote et mediatore freti. *δύναται σώζειν* iis peccatorum veniam et felicitatem perennem conciliare. *πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν*] *quia perpetuo vivit, ut pro iis deprecetur. πάντοτε* id. qd. *εἰς τὸν αἰῶνα* v. 21. *ἐντυγχάνειν τινὶ* proprie valet: *incidere in aliquem, occurrere alicui,* de personis Xen. Anab. 1, 2. 27. 8, 1. 10. Theophrast. Char. 1, 2. *τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις προστάξαι ἐπανελθεῖν.* Hesychius: *ἐντυγχάνει, προσέρχεται.* v. *Kypkius* ad Rom. 11, 2. Hinc notat adire aliquem *vel,* ut ab eo tibi aliquid expetas, unde *preces facere* Sapient. 8, 21. *ἐνέτυχον τῷ κυρίῳ καὶ ἐδεήθην αὐτοῦ.* 16, 28. *καὶ πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς ἐντυγχάνειν σοι (δεῖ) ad ortum solis precari fas est: vel,* ut depreceris pro aliquo, unde *ἐντυγχάνειν* et simpliciter positum, Philo de Vit. Mos. p. 629. B. Moses *ἐνετύγχανεν ἀφανῶς τῷ Θεῷ, ἵνα ἐξ ἀμηχάνων ῥύσηται συμφορῶν supplex clam Deum adibat, ut eos a desperatis rebus eriperet;* et addita praepositione *ὑπὲρ* significat: *deprecari* Rom. 8, 27. 28. *vel* ut omnino caussam alicuius agas quovis modo, hinc *caussam alicuius agere* 2 Macc. 15, 12. 14. Ael. H. V. 1, 21. *vel,* ut alterum accuses, unde *ἐντυγχάνειν* sequente praepositione *κατὰ* indicat *criminari, accusare aliquem, conqueri de aliquo* Rom. 11, 2. 1 Macc. 8, 32. 10, 61. 63. 11, 25. Apoc. 12, 10. et 1 Macc. 10, 64. *οἱ ἐντυγχάνοντες* omissa praepositione *κατὰ* sunt *accusatores, delatores.* Quaeritur iam quo sensu h. l. haec formula capienda sit. Vulgatus vertit: *ad interpellandum pro nobis. Castellio: ad supplicandum pro iis. Reichardus: eorum caussam acturus.*

Schottus: ut pro iis apud Deum intercedat. Fuerunt qui existimarent hac formula significari precationem Christi precibus humanis similem. At recentiores theologi, tantum non omnes, haec verba non proprie accipienda, sed iis omnino hunc sensum inesse statuunt: etiam post Christi mortem non cessant eius de beandis hominibus merita, sed pergit in coelis saluti hominum prospicere et consulere; est adhuc et manet caussa salutis nostrae et dator, ut Rom. 8, 34. (ubi tamen non est sermo de Christo sacerdote.) vid. *Doederleinius* Instit. theol. Christ. Lib. 2. P. 2. sect. 1. §. 266. *Morus* Opuscc. Vol. 1. p. 300 sqq. (qui verba ἐντυγχάνειν et σώζειν synonyma esse contendit) *Knappius* Opuscc. p. 136. ed. 2. Dicam quod sentio. Sacerdotes Iudaeorum in sanctuario quotidie ad aram suffitus odores incendebant, quo facto pro salute populi precabantur vid. *Grotius* ad Luc. 1, 11. *Witsius* Miscell. Sacrr. Vol. 2. p. 383. Etiam pontifex maximus die expiationis solenni in adyto odores spargebat et pro populo deprecabatur. Moses quidem in Pentateucho non perhibetur hoc officium precum faciendarum praescripsisse, sed pontificem ibi pro populo preces et vota fecisse, testis satis locuples (vid. ad 9, 7.) est Philo Legat. ad Cai. c. 77. T. 2. p. 591. ed. *Mang.* Facit etiam Philo λόγον suum, παράκλητον et ἱκέτην sacerdotes apud Deum adiuvantem de Vit. Mos. p. 673. C. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν τὸν ἱερωμένον τῷ τοῦ κόσμου πατρὶ παρακλήτῳ χρῆσθαι τελειοτάτῳ τὴν ἀρετὴν υἱῷ πρός τε ἀμνηστίαν ἁμαρτημάτων καὶ χορηγίαν ἀφθονωτάτων ἀγαθῶν *necessarium enim erat, ut sacerdos supplicaturus Patri omnipotenti deprecatore uteretur perfectissimo eius filio, ad impetrandam erratorum veniam et uberrimam in posterum gratiam.* Etiam 1 Ioh. 2, 2. Christus dicitur παράκλητος *deprecator, Fürbitter, Fürsprecher*, quoniam est, ut ipse Iohannes v. 2. addit: ἱλασμὸς expiationis auctor. Iam vero h. l. Christus pontifex (ἀρχιερεὺς v. 26.) comparatur cum Iudaeorum pontifice, qui quotannis die expiationis solenni cum sanguine victimarum in adytum templi intrabat Levit. 16. Hebr. 9, 25. et pro populo deprecabatur. Hoc alterum pontificis officium verbis ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν respicitur. Itaque

precandi notio in verbo ἐντυγχάνειν praeoptanda est. Hic vero loquendi modus translatus est a rebus humanis ad divina, et ut scienter monuit *Morus* l. l. p. 306. „res ita concipienda est, ut ne Christo regnante, aut Deo Patre longe clementissimo indigna sit, h. e. illum humilem reddat, hunc tanquam sine fine denuo placandum, et inclinandum ad voluntatem, et exorandum describat." Ut Christi sacrificium excellentius et alius generis erat quam sacrificia a pontifice et sacerdotibus Iudaicis Deo oblata, ita et efficaciores et alius generis sunt preces ipsius. Christus apud Deum deprecator pro hominibus adest, eorum res Deo commendat h. e. tropo remoto, Christi mors etiam post eius in coelum reditum, nobis in perpetuum prodest, vis mortis ipsius ad Dei favorem hominibus impetrandum est perennis, ita quidem, ut Deus Christi mortem quasi intuens, humano generi perpetuo sit propitius, hoc sensu Christus dicitur deprecando hominum caussam apud Deum agere. Non ergo talis deprecatio et intercessio intelligenda est, quae constet verbis et fiat ore. Apposite autem *Knappius* l. l. p. 137. scribit: *nec defuisse reor ipsa Apostolorum aetate, qui sic* (de precatione quae verbis peragatur, verba) *intelligere mallent.* Credebant enim etiam Iudaei pios mortuos apud Deum intercedere pro suis v. 2 Macc. 15, 12. 14. cf. *Frischius* in *Eichhornii Allg. Biblioth. d. bibl. Literatur* B. 4. p. 716 sq. Quis vero, inquit *Morus* p. 306. vituperet sacros scriptores, si, quam rem alibi planissime exhibuerunt intelligentiae nostrae, eandem alio loco sensibus quoque admoveant, et velut adspectabilem reddant?

26. *τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς κ. τ. λ.*] *talis enimvero nobis conveniebat pontifex:* γὰρ h. l. affirmat, *enimvero, utique* v. *Vigerus p.* 479. *Herm.* Sic *enim* legitur ap. Virg. Aen. 10, 874. *nam* Aen. 6, 378. ἔπρεπε rei consentaneum, necesse erat ὤφειλε vid. ad 2, 10. ut plenam peccatorum veniam nancisceremur, et summae felicitatis participes redderemur, talis nobis esse debebat pontifex. ὅσιος *pius in Deum, Deum pie colens;* ὅσιος ad res divinas, ad officia Deo debita, δίκαιος ad res humanas, ad

officia hominibus praestanda pertinet, ut Lat. *ius* et *fas*. Polyb. 23, 10. 8. τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. Charit. Aphrod. 1, 10. ἅμα δὲ καὶ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ πρὸς θεοὺς ὅσια ταῦτα ποιήσομεν. Schol. ad Eurip. Hec. 788. τὸ μὲν πρὸς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον, ὅσιον καλούμενον, τὸ δὲ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιον. cf. de hoc discrimine *Dorvillius* ad Charit. p. 267. *Perizonius* ad Ael. H. V. 8, 1. p. 397. *Irmischius* ad Herodi. 2, 13. 16. ἄκακος *probus* (Chrysost. ἀπόνηρος. Theophyl. ἄδολος καὶ ἀπόνηρος) proprie dicitur *is, a quo nihil mali proficiscitur, qui neminem dicto factoque laedit*. Timaeus ἄκακοι, οἱ ἔξω κακίας ubi v. *Ruhnkenius* p. 11. Hebr. תָּם Iob. 8, 20. sed frequenter usurpatur *de homine ingenuae simplicitatis, et ab omni malitia et fraude alieno*. Plato Alcib. 2. p. 39. F. ἕτεροι δὲ ἀκάκους καὶ ἀπείρους: de infantibus Aristot. Rhet. 2, 12. extr. νοῦν ἄπειρον *mentem sine malitia*. Sap. 4, 12. de animantibus malitiae expertibus, mansuetis, ut de agnis in vers. Alex. Ier. 11, 19. ἀμίαντος *intaminatus* [Horat. Carm. 3, 2. 18.] proprie *non pollutus*, per metaphoram *vitiorum labe non pollutus*. Iac. 1, 27. καρδία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος. *Böhmius* hanc vocem explicat de officiis erga se ipsum praestandis. κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν] *a peccatoribus seiunctus*, a caeteris hominibus peccatoribus diversissimus, non ex eorum numero, qui non necesse habet pro suis peccatis victimas offere v. 27. utpote χωρὶς ἁμαρτίας 4, 15. Synonyma sunt cumulata ad exprimendam Christi pontificis sanctitatem, vitaeque integritatem summam. Similibus laudibus Iudaei suos pontifices extollebant Philo Lib. 2. de Monarch. p. 828. B. βούλεται γὰρ αὐτὸν ὁ νόμος μείζονος μεμοιρᾶσθαι φύσεως, ἢ κατ' ἄνθρωπον, ἐγγυτέρω προσιόντα τῆς θείας, μεθόριον, εἰ δεῖ τἀληθὲς λέγειν, ἀμφοῖν, ἵνα διὰ μέσου τινὸς ἄνθρωποι μὲν ἱλάσκονται Θεὸν *postulat enim lex in eo viro praestantiorem homine indolem, quippe qui Deo sit familiaris prae caeteris, situs in quodam, divinae humanaeque naturae, ut ita dicam, confinio, ut hoc mediatore Deus propitietur hominibus*. Itaque scriptor ostendere voluit, tantis laudibus solummodo Christum extollendum

esse, nequaquam vero illos. *καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος*] *et coelis sublimior factus est:* 5, 14. *διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς* ubi v. not. 1, 4. *ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ* [*τοῦ θρόνου* 8, 1.] *τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς.* Voluit scriptor hoc elogio praeludere iis, quae 8, 1. sequuntur. Praedicat Iesum Messiam Deo *σύνθρονον.* cf. Ioh. 17, 5. Eph. 4, 10. Apoc. 3, 21. *Tellerus* in *Wörterbuch des N. T.* p. 311. ed. 5. vocem *οὐρανοὶ* de templo et ecclesia Iudaica explicandam statuit. *Blaschius* in *Systematischer Kommentar üb. den Brief an d. Hebr.* in hac omni epistola, *coelum* improprie de oeconomia N. T. accipit, verba nostra interpretatur: Christus est ecclesiae suae dominus. Docte et accurate has opiniones refutavit *Rauius* in Dissert. 11. de Christo coelis altiore Erlang. 1784. 85. emissis. cf. *Dindorfius* ad h. l.

27. Ad verbum *ἔχει* neque cum *Ernestio* subintelligendum est *ἄν*, neque cum *Seb. Schmidio*, *Bauero* in Philol. Thucyd. Paulin. p. 84. aliis, statuendum, *ἔχει* positum esse pro *ἔχῃ qui non haberet opus.* Sed, ut recte animadvertit *Böhmius*, epistolae conditor scripsit *ἔχει*, quia de coelesti, ideoque praesenti, cogitabat pontifice. De verbis *καθ' ἡμέραν* multa disputarunt ad h. l. interpretes. Haud pauci in ea versantur sententia, ut de quolibet expiationis die solenni h. l. agi credant, et cogitando adiiciendum statuant *ὡρισμένην* vel *τεταγμένην certo et constituto die*, qui quotannis recurrebat, quo pontifex pro suis et populi peccatis sacrificium offerebat v. Levit. 16, 11. 24. Hebr. 9, 7. Notant, diem expiationis *κατ' ἐξοχὴν* Iudaeis dictum esse יומא v. *Lakemacherus* Obss. Philol. P. 1. p. 166. et Hebr. 9, 7. ubi sermo sit de pontificis introitu in adytum die expiationis pro *καθ' ἡμέραν* legi *κατ' ἐνιαυτόν.* At enimvero *καθ' ἡμέραν* ubi occurrit, hac praedita est potestate, ut declaret *quotidie*, plena formula *καθ' ἑκάστην ἡμέραν* extat Hebr. 3, 13. Loquitur ergo scriptor de sacrificiis a pontifice quotidie faciundis. Quaenam vero sacrificia intelligenda sint, ab interpretibus disceptatum est. Fuerunt qui cum loco nostro conferrent Ex. 29, 35. Levit. 6, 20. Sed ab his locis nihil potest subsidii peti ad verba

nostra illustranda. Agitur enim ibi de consecratione Aaronis eiusque filiorum. Itaque alii, quo probarent pontificem quotidie pro suis pariter atque populi peccatis sacrificium piaculare obtulisse, provocarunt ad Levit 4, 3. Sed locus Levit. huc non pertinet. Pontifex enim ibi legitur (non quotidie, sed) quotiescunque ex oblivione et inconsideratione peccasset, iuvencum immolare debuisse. Non defuerunt etiam qui contenderent, sacrificium iuge h. l. respici, quod constabat duobus agnis, quorum alter mane, alter circa vesperam cum ferto similae, quotidie Deo offerebatur v. Num. 28, 3. Verum enimvero hoc sacrificium non erat *ἱλαστικὸν*, sed e genere *εὐχαριστικῷ*, grates solvebantur hoc sacrificio Deo, pro beneficiis quotidianis populo Israelitico exhibitis. Philo de victimis p. 836. *καθ' ἑκάστην μὲν οὖν ἡμέραν δύο ἀμνοὺς ἀνάγειν διείρηται, τὸν μὲν ἅμα τῇ ἕῳ, τὸν δὲ δείλης ἡμέρας, ὑπὲρ εὐχαριστίας ἑκάτερον, τὸν μὲν ὑπὲρ τῶν μεθ' ἡμέραν, τὸν δ' ὑπὲρ τῶν νύκτωρ εὐεργεσιῶν, ὡς ἀπαύστως καὶ ἀδιαστάτως τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ὁ Θεὸς χορηγεῖ.* Conf. etiam quae hanc in rem disputavimus in Commentar. in Ioh. p. 161 sqq. ed. 3. ad Ioh. 1, 29. Itaque in eorum interpretum partes discedo qui *καθ' ἡμέραν* populariter dictum esse censent, ut Marc. 14, 49. Act. 16, 5., atque intelligenda esse praecipiunt sacrificia a pontifice pro se oblata, quotiescunque sibi peccatorum conscius esset, et sacrificium quod pro peccatis suis die expiationis solenni offerebat v. Levit. 4, 3. 16, 11. 24. Dum autem noster sacrificia pontificum Iudaicorum pro ipsorum peccatis oblata cum uno Christi sacrificio contulit, et Christi sanctitatem summam, et sacrificii ipsius vim atque praestantiam ante oculos proponere voluit. *ἰδίων* idem valet quod *ἑαυτῶν* Matth. 22, 5. 1 Cor. 7, 2. Hebr. 9, 12. 13, 12. Alexandrini interpretes hac voce exprimere solent suffixum ו v. Iob. 7, 10. Prov. 27, 8. Verbum *ἀναφέρειν* prop. *sursum ferre, ducere, e loco inferiori in altum tollere*, in versione Alexandrina et libris N. T. notat *sacrificium offerre, sacrificare* ut Iac. 2, 21. (ubi legitur *ἀναφέρειν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*) 1 Petr. 2, 5. Hebr. 13, 15. Victimae enim attolli

solebant in locum superiorem arae, ad quam per gradus adscendendum erat, quare etiam ab Hebraeis victima ipsa dicebatur עוֹלָה ab עלה *adscendere*, quia in aram quasi adscendebat. Pro θυσίας DE. al. nonnulli codd. habent θυσίαν, e glossemate; nam ut recte observavit *Böhmius*, pluralis numerus adhibitus est, quia de pluribus pontificibus, plura offerentibus, sermo est. ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ conferre iuvabit ea quae disputata sunt ad 5, 1. τοῦτο γὰρ ἐποίησε ἐφάπαξ *hoc enim semel fecit.* Referenda sunt haec verba ad ea quae proxime praecesserunt hoc sensu: quod attinet officium pontificis pro populo sacrificia faciendi, populum per sacrificium expiandi, Iesus Messias unum tantum sacrificium, idque perpetuo valiturum, obtulit. Sic infra 13, 17. τοῦτο ultimo loco positum, referri debet ad στενάζοντες. *Grotius* verba τοῦτο γὰρ ἐποίησε ἐφάπαξ ad omnem orationem antegressam πρότερον κ. τ. λ. pertinere autumat, quod tamen cum aperte repugnet iis quae v. 16. de Christo peccati experte leguntur add. 4, 15. ἁμαρτία accipit de doloribus qui solent poenae peccatorum esse, quos Christus propter peccata hominum sustinuerit, et a quibus per mortem acceleratam liberatus fuerit. Absonam hanc interpretationem esse iudicandam, et ab usu loquendi N. T. alienam, nemo, qui nulla opinione praeoccupatus ad hunc locum legendum accesserit, infitias ibit.

28. ὁ νόμος vid. not. ad v. 11. 16. 19. γὰρ non tantum spectat proxime antegressa, sed omnia quae de discrimine inter pontifices Leviticos et Christum pontificem dicta erant. Verbis ἄνθρωποι ἔχοντες ἀσθένειαν (de hoc voc. cf. not. ad 4, 15. 5, 2.) significantur homines *peccatores* et *mortales* coll. v. 23-27. Miror *Böhmium* (praeeunte *Heinrichsio*) haec verba explicuisse tantum de morali imbecillitate, cum tamen ipse notarit, particulam γὰρ non tantum ea quae proxime praecesserunt spectare. Male *Ernestius* et *Michaelis* ad *Peircium* per τὴν ἀσθένειαν tantum naturam caducam et mortalem intelligunt. καθίστησιν vid. ad 5, 1. ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας effatum Dei iureiurando firmatum vid. v. 21. et 6, 18. τῆς μετά· Bene *Böhmius:* „τῆς non τοῦ posuit auctor, quamquam praecessit λόγου, quia in τῇ

ὁρκωμοσίᾳ ipsius rei maior inerat praestantia, nam le: hanc non habuerat coll. 5, 2. 3.“ μετὰ τὸν νόμον scl. γενο μένης diu post legem latam, quam abrogatam esse hi verbis innuitur. υἱὸν scl. τοῦ θεοῦ Messiam vid. ad 1, εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον ad summam dignitatem et pe petuam beatitatem evectum cf. not. ad 2, 10. 5, 9. *Kna pii* Opuscc. p. 257. Iam ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repete καθίστησ constituit aeternum pontificem cf. 10, 1. 7, 16. 24.

CAPUT VIII.

1. Ut scriptor porro demonstret, Christum ratio dignitatis et officii Iudaeorum pontificibus longe praestan tiorem esse, quae breviter ante attigerat v. 24. 26. nempe eum pontificis munere in coelo defungi, copiosius pertractat c. 8. 9. Sed disceptatum est ab interpretibus, utrum auctoris epistolae sententia haec sit: Christum, sacerdotem perpetuum, in coelo demum pontificis munere fungi coepisse? an haec: Christum iam his in terris, nempe morientem, offerendo sacrificio, pontificis partibus functum esse? Posteriorem sententiam praeter alios defenderunt *Limborchius* in Comment. in ep. ad Hebr. p. 623. ad 7, 28. (filius, inquit, pontificatum suum inchoavit in terra, seque ut victimam piacularem pro nobis in mortem tradidit, sed ex morte resuscitatus, perfecte beatus, nec morti ullisve adversis obnoxius, ad omnes sacerdotii partes explendum in aeternum est consummatus.) *Cramerus* in *Erklärung des Briefs a. d. Hebr. Th.* 2. p. 157 sq. *Gablerus* in Diss. inscripta: quo argumentandi genere usus sit auctor ep. ad Hebr. c. 5, 5. 6. Quaestio prior Ienae 1814. 4. p. 16. (Summi sacerdotii munere tum maxime Christus defunctus fuit, cum sanguinem effusum Deo Patri in sanctissimo coeli loco obtulisset; sed illa oblatio sacrificii in coelis, tanquam summo sanctuario, in hac epistola commemorata, eaque ex comparatione Christi cum summo Hebraeorum pontifice orta, non excludit aliam oblationem victimae in cruce quasi iam factam 10, 10. 11. variis enim imaginibus in ep. ad Hebr. describitur Christi persona) *Winzerus* in

Commentat. l. de sacerdotis officio quod Christo tribuitur in ep. ad Hebraeos Lips. 1825. 4. p. 6. (Quemadmodum, scribit, apud Iudaeos duabus maxime rebus occupatos fuisse constat pontifices summos et sacerdotes nempe *sacrificiis pro peccatis hominum faciendis* s. peccatorum expiatione, atque *intercessione pro populo*, ita hanc utramque partem ad sacerdotale officium Christi sic noster refert, ut eum prius illud negotium in terrestri vita peregisse doceat, alterum hoc in augustiori conditione, qua iam in coelo utatur, continuo gerere affirmet) *Böhmius* p. 407 sq. 227. Alii vero in hanc opinionem discesserunt, ut statuerent, Christum sacerdotis summi munus tum demum adiisse, cum coelum ingressus esset ut *Peircius* ad Hebr. 5, 6. p. 217. *Tittmanus* in Diss. de notione sacerdotis in ep. ad Hebr. p. 10. cf. eiusd. Opuscc. p. 221 sq. *Storrius* in *Erklärung des Briefs a. d. Hebr.* p. 138. eiusd. *Lehrbuch der christl. Dogmatik* p. 581. *Griesbachius* in Commentat. de imaginibus Iudaicis quibus auctor ep. ad Hebr. in describenda Messiae provincia usus est, Ienae 1791. 4. inserta ipsius Opuscc. a *Gablero* editis Ienae 1825. 8. Vol. 2. p. 430. 436. [Christus, perpessionibus, et inprimis morte, quam subiit, cruenta, *inauguratus* fuit sacerdos 2, 10. et sacerdotis officium *adiit* exaltatus in coelum.]. *Schulzius der Brf. a. d. Hebr. übersetzt mit Anmerkk.* ad 5, 8. Equidem in horum interpretum partes discedo. Etenim 1) nusquam in hac epistola disertis verbis scriptum legitur, Christum in subeunda morte pontificis munere functum esse. 2) Victimae instar mori non sacerdotis erat v. *Michaelis Erklärung des Briefs a. d. Hebr.* p. 218 sq.; pontificis provincia constabat offerendo victimae sanguinem in sanctuario, quod Christus his in terris non habebat 8, 4. 9, 11. 3) Cap. 8, v. 4. scriptor profitetur Christum his in terris non potuisse sacerdotis munere fungi, et 9, 12. 24. 10, 10-12. 14, 8. 1. Christus diserte perhibetur mortem perpessus cum sanguine suo coelum intrasse, se victimae loco ibi Deo obtulisse, et sacerdotis atque regis partes suscepisse. Comparavit ergo epistolae conditor non terrestre, sed coeleste Christi opus cum officio sacerdotali. Adiit munus suum in coelo sangui-

nis oblatione, et perpetuo illud gerit, dum pro hominibus peccantibus intercedit 6, 25.

1. *κεφάλαιον,* notante *Valckenario* ad h. l. eximie significat *numerum in unam summam* ductum, qua notione Diophanto et caeteris arithmeticis adhibetur. Theoph. Char. 14, 1. *λογισάμενος ταῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας.* Id. 24, 3. *τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διωθεῖν καὶ κεφάλαιον ποιήσαντι κ. τ. λ.* de *summa pecuniae* legitur etiam in versione Alexandrina Num. 5, 7. ubi respondet Hebr. ראש Levit. 6, 4. Act. 22, 28. ubi v. not. Deinde per metaphoram indicat *summam rei, den Inhalt, das Resultat.* Plato in Gorgia p. 453. A. artis oratoriae *τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ.* Xen. Ages. 11, 1. *βούλομαι δὲ καὶ ἐν κεφαλαίοις ἐπανελθεῖν τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ virtutem eius summatim repetere volo;* et *quod praecipuum, primarium est* Isocrat. Nicocl. p. 90. *κεφάλαιον τῶν εἰρημένων.* Philo Lib. de Cherub. p. 111. A. *τουτέστι τὸ κεφάλαιον δόγματ.* v. *Elsnerus* ad h. l. add. Lucian. Dial. Mort. p. 304. (ed. Amstel. 1687.) Thucyd. 4, 49. Iam plures interpretes verba versus priora vertunt: *ut illa quae dicta sunt summatim strictimque complectar* s. *eorum quae diximus haec est summa.* Sed haec vocabuli *κεφάλαιον* interpretatio ab hoc loco aliena est. Nam quae sequuntur, non repetitionem dictorum continent, sed quae antea leviter attigerat epistolae auctor, nunc copiosius pertractat, et uberius demonstrat Christum esse pontificem coelestem. Rectius igitur *κεφάλαιον* exprimitur *caput rei*, praecipuum eorum quae dicta sunt. Etiam Oecumenius et Theophylactus vocem *κεφάλαιον* per *μέγιστον* interpretati sunt. *ἐπὶ τοῖς λεγομένοις*] post *λεγομένοις* colon poni debet. Praepositionem *ἐπὶ* haud pauci interpretes reddunt *praeter*, quo significatu occurrit Luc. 16, 26. Eph. 6, 13. Tob. 2, 14. *ἐπὶ τῷ μισθῷ praeter mercedem.* add. Xen. Cyr. 4, 5. 38. verum scriptor, ut supra notavimus h. l. non novum argumentum pertractare orditur. *Böhmius ἐπὶ* explicat *bey* ut 9, 17. *ἐπὶ νεκροῖς* (ubi v. not.) vertit: quae iam a nobis de I. M. pontifice dicuntur, et verba *ἐπὶ τοῖς λεγομένοις* circumlocutionem quandam genitivi continere statuit. Laudat Viger. p. 605. (624.

bi tamen nihil notatum reperi, quod caussam eius iuva-
it. Alii ἐπὶ vertunt *post* ut legitur ap. Xen. Cyr. 2, 3. 7.
nab. 3, 2. 4. Herodi. 1, 17. 2. v. *Fischerus* ad *Weller.*
l. 3. P. 2. p. 237. *Krebsius* et *Loesnerus* ad Marc. 6,
. Mihi praeferenda videtur *Schotti* et *Schulzii* sententia,
i ἐπὶ interpretati sunt: *ratione habita eorum, quae dicta*
it. Schulzius: Hauptsache in Betreff des schon gesag-
, ut Hebr. 11, 4. v. *Vigerus* p. 617. praepositio ἐπὶ
m accusativo iuncta significat *quod attinet ad*, ut docuit
erus p. 860. ὃς ἐκάθισεν κ. τ. λ.] vid. not. ad 1, 3. 7,
dignitatem regiam pontificali adiunxit. ἐκάθισεν sa-
dotes Aaronici in templo stare debebant v. 10, 11. 12.
que notata.

2. τῶν ἁγίων λειτουργὸς *sanctuarii minister.* Sermo
de sanctuario coelesti, et ἀληθινῆς non tantum ad σκη-
, sed etiam ad τὰ ἅγια (ἅγια ἁγίων 9, 3.) pertinet, ut
acute vidit *Storrius.* Frequentatur autem vocabulum
ἅγια in hac epistola de adyto coelesti v. 9, 8. 12. 24.
ἅγια τὰ ἀληθινά) 10, 19. 13, 11. Ac vel inde iudicari
est, quid statuendum sit de *Schulzii* sententia, qui ver-
explicat: *sacerdos sanctorum Priester der Heiligen.*
que tamen ipse est huius interpretationis inventor, sed
eiverunt ei Oecumenius, aliique antiquiores interpre-
. Oecumenius: τῶν ἁγίων λειτουργὸς, ἀρχιερεύς, φη-
τῶν ἡγιασμένων παρ' αὐτοῦ ἀνθρώπων. Theophyla-
s (qui tamen sanctuarium intelligit) τινὲς δὲ τὸ, λειτουρ-
; τῶν ἁγίων, οὕτως ἐνόησαν, ἀντὶ τοῦ, τῶν ἡγιασμέ-
ν ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώπων· ἡμῶν γάρ ἐστι, φησιν, ἀρχιε-
ὺς *nonnulli autem intellexerunt, minister sanctorum, pro*
minum ab ipso sanctificatorum. Noster enim, inquit,
tifex est. Schulzius autem ad sententiam suam firman-
m usus est argumentis his: 1) Si τὰ ἅγια indicaret ady-
n, supervacaneum foret additum τῆς σκηνῆς, et accu-
tius scriptor vim vocis τὰ ἅγια constituisset, si a le-
oribus intelligi voluisset adytum coeleste. At enimvero
rba καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς addita sunt ut accura-
s definiretur vis atque potestas voc. τὰ ἅγια. 2) Cap. 9,
3. sequitur explicatio vocis τὰ ἅγια, quodsi huic vo-

ci h. l. hanc vim subiecisset scriptor, ut adytum denotaret, cur eam capite demum nono explicuit? Sed cap. 9, 1 sqq. splendor Iudaicorum sacrorum uberius describitur, qui vero inde sequitur h. l. vocem τὰ ἅγια non ita adhiberi potuisse ut adytum coeleste indicetur, praesertim cum verba τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς addita legantur? Nomen σκηνὴ respondet Hebr. אֹהֶל quod de tabernaculo foederis legitur Ex. 30, 7. 16. 18. qua eadem significatione voc. σκηνὴ occurrit Act. 7, 44. sed de tentorio s. templo coelesti positum extat praeter h. l. 9, 11. Apoc. 13, 6. 15, 5. Theodoretus et Oecumenius: σκηνὴν δὲ τὸν οὐρανὸν ἐκάλεσεν. „Usus autem est noster hoc vocabulo etiam tum cum de suae aetatis templo Hierosolymitano cogitaret 9, 6. 13, 10. quoniam, ut scite observavit *Böhmius*, cuius verba etiam mea facio, Mosis tabernaculum, minime vero *templum*, ad ipsum coelestis templi exemplar fuit exstructum, ideoque hoc quoque *tabernaculi* figuram naturamque habere recte statuebatur; atque illud porro terrestris templi utriusque fuit exemplar quodammodo, unde ἡ σκηνὴ pro templo omni Iudaico satis commode dici potuit." Sir. 9, 8. εἶπας οἰκοδομῆσαι ναὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ σου, καὶ ἐν πόλει κατασκηνώσεώς σου θυσιαστήριον, μίμημα σκηνῆς ἁγίας ἣ προητοίμασας ἀπ' ἀρχῆς. Existimabant autem Iudaei Mosen in monte Sinaitico vidisse exemplar templi coelestis, idque in construendo tabernaculo imitatum esse vid. not. ad v. 5. statuebant praeterea etiam partem felicitatis futurae in coelo exspectandae fore cultum Dei externum, eundemque admodum magnificum et splendidum, longe splendidiorem, quam qui his in terris, Hierosolymae floreret, qui illius cultus praestantioris adumbratio esset. Ad has Iudaeorum opiniones h. l. auctor noster respexit. Ideo loquitur etiam de Christo pontifice coelesti, σκηνὴ ἀληθινὴ tentorium s. templum *verum*, *genuinum*, opposita verba sunt ὑπόδειγμα, σκιὰ coll. 5, 9, 23. Huius templi coelestis Christus dicitur λειτουργὸς, quia pontificis partes in coelo agit, in adyto templi coelestis sacra facit. De variis vocabuli λειτουργὸς significationibus vid. notata ad 1, 7. ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος] *quod fixit Deus*

(v. 5.) *non homo.* Ad ornatum haec verba pertinent, et addita sunt, ne ulla alia σκηνὴ intelligeretur, sed templum coeleste. Verbum πήγνυμι s. πηγνύω adhibetur de omnibus rebus quibus clavi infiguntur, de navibus Herodot. 5, 12. νῆάς τε πηξάμενοι· inprimis de tentoriis Herodot. 6, 2. σκηνάς τε πηξάμενοι ἐν τῇ νήσῳ. ab interpretibus Alexandr. Ex. 33, 7. καὶ λαβὼν Μωϋσῆς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἔπηξεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς. add. Iudd. 4, 11. Philo 2 Alleg. . 1097. qui plures locos desiderat, is adeat *Wetstenium.*

3. Christum pontificis munere perfungi, eum esse ἀρχιερέα καὶ τῶν ἁγίων λειτουργὸν v. 1. 2. ex eo probat scriptor v. 3. quod omnibus pontificibus opus sit sacrificio offerendo, et v. 4. rationem subiungit, cur Christus in coelo sacerdos sit et esse debeat. Hunc in modum v. 3. et 4. cum antegressis cohaerere, recte iudicarunt *Hammondus, Limborchius, Bengelius, Carpzovius, Cramerus, Storrius.* Servanda igitur est vulgaris particulae γὰρ significatio, et initio versus hoc supplementum cogitando adiiciendum: est nobis sacerdos summus, sacrorum administrator in coelis, nam etc. Minus recte Anonymus apud *Bowyerum* et *Laterus* v. 3. parentheseos nota includunt. Neque audiendi sunt interpretes ii, qui particulam γὰρ pro mera connectendi particula habent, et cum *Moro, Heinrichsio, Schulzio,* eam vertunt: *igitur*, aut γὰρ positum putant pro δὲ *autem*, ut *Ernestius*, cui assentitur *Iaspisius.* προσφέρειν δῶρα καὶ θυσίας significantur nominatim sacrificia piacularia vid. not. ad 5, 1. 7, 27. 9, 1. 10, 11. Etenim Christi sacrificium piaculare comparatur cum sacrificiis a sacerdotibus offerendis. ἀναγκαῖον scl. ἐστί. καὶ τοῦτον *etiam hunc* ἀρχιερέα, Christum pontificem. ἔχειν τι ὃ προσενέγκῃ *ut habeat aliquid quod offerat* np. in coelis. τι pro δῶρόν τι s. θυσίαν τινά. Supra 7, 27. scripserat auctor Christum se ipsum obtulisse Deo; 9, 12. Christus dicitur cum sanguine suo intrasse sanctuarium coeleste; ib. v. 24. eum nunc comparere coram Deo.

4. Christus in coelo summi sacerdotis partes agit nam etc. ἦν *fuisset* ut v. 7. 7, 11. ubi v. not. scl. ἀρχιερεύς. Pro γὰρ in nonnullis codd. e glossemate legitur οὖν. *Wol-*

fius cum *Grotio* et *Hammondo* vertit: si in terra *tantum* fuisset pontifex. Etiam *Ernestius* subintelligi vult *μόνον*. Male. cf. init. cap. notata. Sensus est: in coelesti adyto Christus pontificis munere fungitur, his in terris non fuit sacerdos; quodsi his in terris pontificis partes egisset ne sacerdos quidem, multo minus pontifex fuisset, nam originem non duxit ex tribu Levi, et ex legis praescripto sacerdotes Levitici in templo Hierosolymitano sacrificia offerunt. *ἱερέων* in codd. nonnullis deest, et facile omitti a librariis potuit, cum verba quae praecedunt et sequuntur in easdem syllabas desinant. *ὄντων τῶν ἱερέων κ. τ. λ. cum ii sint* (in terris) *sacerdotes, qui e legis formula sacrificia offerant.* Bene *Böhmius:* quamquam participium *ὄντων* imperfecti non minus, quam praesentis temporis vim referat, h. l. tamen, si rem spectes enuntiatam, de praesentibus non minus, quam qui dum Iesus Messias in terris ageret, adessent sacerdotibus, sermonem fieri planum est. *δῶρα* sacrificia, nominatim piacularia, ut v. 3. cf. not. ad 9, 1.

5. Sed hi sacerdotes Iudaici, pergit epistolae auctor, et inter eos pontifices, longe inferiores sunt Christo, qui his in terris non fuit pontifex. Etenim sacra faciunt in templo quod imaginem tantum et adumbrationem templi coelestis refert, Christus vero in templo verissimo, in coelo, pontificis partes agit. *ὑπόδειγμα* quo vocabulo Aquila Deut. 4, 17. expressit Hebraicum תַּבְנִית *imaginem* significat. Est vocabulum minus probum auctore Phrynicho: *ὑπόδειγμα, οὐδὲ τοῦτο ὀρθῶς λέγεται, παράδειγμα λέγε.* Sed legitur ap. Xen. de re equ. 2, 2. vid. interpp. ad Phrynich. et Thom. Mag. p. 681. Quo planior autem esset huius vocis significatio, ne augustiore notione caperetur, addidit scriptor vocabulum *σκιὰ* quod imaginem levem et obscuram, *adumbratam imaginem* (Cic. Tusc. 3, 2.) *einen Schattenriss,* indicat. Opponitur ei *σῶμα* Col. 2, 17. *εἰκὼν* Hebr. 10, 1. Cic. Offic. 3, 17. *nos veri iuris* solidam et expressam effigiem *nullam tenemus,* umbra et imaginibus *utimur.* Quaest. Tusc. 3, 2. *consectaturque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae.*

Gellius 17, 20. de pulcritudine stili Platonici: *ea quae in Platonis oratione demiramur, non aemulari quidem, sed lineas* umbrasque *facere quaesivimus et ausi sumus.* Theophylactus ὑποδείγματα explicat ἀμυδρὰ δείγματα, σκιαγραφήματα *obscuras repraesentationes, umbratiles delineationes.* Verbum λατρεύειν proprie notat *servire, ministrare* Palaeph. 45. de Hercule Omphalae serviente. Xen. 3, 1. 20. ubi §. 23. commutatur cum verbo δουλεύειν. Schol. Soph. Trachin. 40. λατρεύοντα, ὑπηρετοῦντα. Hesychius: λατρεύω, σέβω, δουλεύω. Deinde adhibetur de cultu Dei externo ut Luc. 1, 37. Act. 7, 7. al. item: de cultu quem sacerdotes Iudaici in templo Deo praestabant vid. not. ad 9, 6. inprimis de sacrificiis, utpote cultus divini parte potiori 10, 2. h. l. de cultu Dei interno legitur Act. 24, 14. Rom. 1, 9. Caeterum praesens h. l. positum est, quia tunc temporis adhuc stabat templum. τῶν ἐπουρανίων infra 9, 23. τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς *eorum quae sunt in coelo,* qui quidem locus docet per τὰ ἐπουράνια intelligendum esse templum coeleste cum suis partibus 9, 1-4. quam interpretationem etiam apprime confirmat locus Ex. 25, 40. laudatus ὅρα ποιήσῃς κ. τ. λ. Iam quod formulam attinet ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύειν, dativi ὑποδείγματι et σκιᾷ rem indicant cui ministratur. Similis formula est 13, 10. σκηνῇ λατρεύειν tabernaculo s. templo servire, ministrare. H. l. legitur *imagini et umbrae* ministrare, his vero verbis describitur templum, ergo οἵτινες ὑποδείγματι κ. τ. λ. sunt ii, qui templo ministrant, qui faciunt ea, quae templum postulat h. e. qui res divinas rite perpetrant, qui sacrificia offerunt in templo, quod imaginem tantum sive adumbrationem templi coelestis exhibet. Alii verba quae h. l. leguntur explanant: sacris operantur ita, ut imaginem et adumbrationem (sacrorum) coelestium exhibeant. καθὼς κεχρημάτισται — ἐν τῷ ὄρει] *quemadmodum Moses tabernaculum perfecturus a Deo admonitus est; cura* (Xen. Cyr. 1, 4. 8.) *enim inquit* (φησὶ np. Deus) *ut omnia facias ad exemplum in monte* (Sinaitico) *tibi monstratum.* Caussam affert scriptor cur dixerit sacerdotes ministrare ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ. Verbum χρηματίζειν, quod de Deo

adhibitum notat *oraculum edere*, *divinitus admonere*, in Pauli quidem epistolis non legitur, at nec apud Lucam solum (Ev. 2, 26. Act. 10, 22.) occurrit, ut *Seyffarthus* de ep. ad Hebr. indole p. 47. statuit, sed extat etiam Matth. 2, 12. ubi plura de huius verbi usu disputavimus. *μέλλων ἐπιτελεῖν* tabernaculum *perfecturus*, quod antea animo conceperat: *ἐπιτελεῖν* id. qd. *ποιεῖν*. Herodi. 2, 9. 4. *τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχὺς in excogitato perficiendo velox*. *ὅρα γάρ, φησὶ, ποιήσεις κ. τ. λ.* Ex. 25, 40. in versione Alexandrina legitur: *ὅρα ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τῶν δεδειγμένων* [leg. *τὸν δεδειγμένον*] *σοι ἐν τῷ ὄρει*. Vocem *πάντα* nostrae epistolae conditor et Philo Lib. 3. leg. Alleg. p. 80. A. ubi Ex. l. l. attulit, addidisse videntur ex Ex. 25, 9. Pro *ποιήσῃς* plures codd. nostro loco habent *ποιήσεις*, quam lectionem e versione Alexandrina in hunc locum translatam esse opinor. Adiiciam hic annotationem *Valckenarii* in Scholis ad h. l. „utrumque, inquit, ex usu est Graecorum. Sed subiunctivus modus pendet a suppresso *ἵνα*, *vide facias*, *pro*, *ut facias*. Sed si dicitur *ποιήσεις*, futurum indicativi pendet a suppresso *ὅπως*, quod utrique Modo accommodatur.“ *τύπος exemplum*, quod proponitur, ut aliquid ad illud formetur, *ein Vorbild*, ut Act. 7, 44. in vers. Alex. Ex. l. l. respondet Hebr. voc. תַּבְנִית vid. not. ad 9, 24. *δειχθέντα* etiam Complutensis LXX editio Ex. l. c. habet, quae lectio e nostro loco in illum migravit; Alex. et Vat. cod. legunt *δεδειγμένον*, nec dubitari potest quin haec vera lectio sit, pro qua temere *Grabius* rescripsit *τῶν δεδειγμένων*. vid. *Schmidii* Obss. super ep. ad Hebr. ad h. l. Caeterum quod rem ipsam attinet, tenendum est, Mosis menti eiusmodi imaginem obversatam esse, et rem omnem ad visionem referri debere. Iudaei autem statuebant Mosi ob oculos positum fuisse tabernaculi coelestis cum omni sua supellectile (Ex. 25, 9 sqq.) exemplar. Menachoth fol. 29, 1. *R. Iose filius R. Iehuda dixit: arca foederis, mensa et candelabrum ignea descenderunt de coelo, quae Moses vidit, et ad modum ipsorum confecit* cf. *Schoettgenius* ad h. l. Philo Lib. de eo quod deterius potiori insidiari soleat Opp. p. 184. ed. Francof.

ἡ Μωϋσέως σκηνὴ μίμημα καὶ ἀπεικόνισμα τῆς θείας ἐκείνης ὑπάρχουσα.

6. Christo, qui his in terris non potuit esse sacerdos, *eo praestantius contigit sacerdotium* nempe coeleste coll. v. 1. 2. *quatenus etiam praestantioris foederis est mediator.* νυνὶ (Attice pro νῦν) δὲ non de tempore accipiendum, sed nectunt hae particulae opposita et contraria iis quae praecesserunt ut 9, 26. 11, 16. cf. *Vigerus* p. 426. ed. *Herm. Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Gr. T. 3. Vol. 2. p. 35. *Matthiae Griech. Grammat.* §. 608. p. 895. λειτουργία *ministerium*, h. l. *munus sacerdotale* indicat, ut Luc. 1, 23. ubi commutatur v. 9. cum vocabulo ἱερατεία. add. Ioseph. Ant. 4, 4. 4. ὅσω κ. τ. λ. plenius 1, 4. τοσούτῳ κρείττων γενόμενος — ὅσῳ διαφορώτερον etc. v. *Matthiae Gramm.* §. 455. not. 4. p. 632. κρείττονος διαθήκης μεσίτης vid. not. ad 7, 22. μεσίτης Thomas Mag. μεσέγγυος οὐ μεσίτης. Moeris: μεσέγγυος, Ἀττικῶς· μεσίτης, Ἑλληνικῶς. Legitur ap. Diod. Sic. 9, 54. Philon. de Vit. Mos. 3. p. 628. in vers. Alex. Iob. 9, 33. Proprie autem μεσίτης dicitur *is, qui medius inter duo stat aut est, qui se inter duas partes interponit, mediator.* Suidas: μεσίτης, μέσος δύο μερῶν. Et Paulus quidem Gal. 3, 19. Mosen μεσίτην vocat h. e. *internuntium, interpretem*, quia Deus eius opera usus est in perferendis praeceptis suis ad Israelitas coll. Deut. 5, 5. Sed Christus dicitur μεσίτης h. l. et 9, 15. quatenus novum foedus inter Deum et homines fecit, idque suo sanguine sanxit v. ad 7, 22. Cur autem scriptor Christum κρείττονος διαθήκης μεσίτην appellarit, ipse declaravit additis verbis: ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται *quod melioribus sancitum est promissis.* Mosaica enim religio promittebat bona et commoda potissimum terrena. Sed nova religio cuius Christus auctor erat, promittebat plenam peccatorum veniam 9, 12. 6, 12. (cf. 9, 9. 10, 3.) et felicitatem perennem 9, 15. 7, 25. quae promissiones in V. T. tantum adumbratae erant v. 9, 9. 11, 10. et not. ad 9, 13. 10, 1. ἐπὶ sub conditione meliorum promissionum vid. ad 7, 11. docet niti διαθήκην his promissis. Verbum νομοθετεῖν latiori significatu h. l. adhibitum extat,

quam quo 7, 11. positum legitur, notat *sancire*, *ratum facere* Diod. Sic. 1, 27. p. 269. D. ὃς ἐνομοθετήθη μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τυράννων τῶν περὶ Πεισίστρατον *qui* (ostracismus) *sancitus fuit post exactos tyrannos a Pisistrato oriundos.* add. Polyb. 17, 16. 5.

7. Digressionis loco habenda est pars epistolae, quae iam sequitur, inde a v. 7 - 9, 1. ex aliorum sententia usque ad 9, 11. Loco Ieremiae 31, 31 sq. probat scriptor imperfectam fuisse religionem Iudaicam, adeoque Deum ei sufficere voluisse aliam, nempe religionem christianam. ἡ πρώτη ἐκείνη scl. διαθήκη *prius illud foedus* quod Deus cum Israelitis iniit, religio Mosaica. ἄμεμπτος dicitur *is, qui reprehendi nequit* v. Xen. Cyr. 5, 5. 32. Eurip. Cycl. 341. Athen. 8. p. 359. Alexandrini Iudaei hoc vocabulo expresserunt Hebr. תָּם *perfectus* Iob. 1, 8. 9, 20. תְּמִימִם 12, 4. Hesychius: ἀμέμπτους, ἀκαταγνώστους. Affine vocabulum est ἀμεμφὴς Aeschyl. Pers. 168. Religio Mosaica dicitur h. l. imperfecta, nam promissa quae faciebat, spectabant potissimum bona terrena v. 6. non poterat hominum animos vere tranquillare 9, 9. 10, 1. 3. 11. Iudaeorum sacra exhibebant imaginem tantum rerum coelestium 8, 5. 9, 9. 10, 1. Supra 7, 18. 19. religio Mosaica dicta erat ἀσθενὴς, ἀνωφελὴς, quippe quae neminem potuisset τελειοῦν perfecte expiare, religio vero christiana in locum legis antiquatae substituta, nuncupata erat ἐλπὶς, quippe quae praeberet spem certissimam veniae peccatorum et felicitatis perennis. Quae autem ibi scriptor breviter tantum attigit, ea h. l. et 9, 9 sq. latius persequitur. Sensus igitur verborum h. l. est: si religio Iudaica perfecta fuisset et omnibus numeris ac partibus absoluta, non opus fuisset religione christiana. Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus: ἄμεμπτος, εἰ ἀμέμπτους ἐποίει. Theodoretus τὸ ἄμεμπτος ἀντὶ τοῦ τελεία τέθεικε τουτέστι ἀποχρῶσα πρὸς τελειότητα ἀμέμπτους τοὺς χρωμένους ἐργαζομένη *posuit pro perfectum i. e. sufficiens ad perfectionem, efficiens, ut culpa vacent, qui eo utuntur.* Alii explicant non poterat eos emendare, ut Deo probarentur. *Wetstenius:* non talis erat lex, quae poterat in officio continer

Iudaeos: cum nimis difficilis eius esset observatio, promissiones vero et comminationes non satis magnae. οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος] *posteriori non quaereretur locus*, uti quaeritur in illo V. T. loco qui statim v. 8. subiicitur. ζητεῖν τόπον *Raum, Platz verlangen für einen andern Bund;* non nova religio annuntiaretur, uti Ier. 31, 31 sq. annuntiatur. Similes formulae Sap. 12, 10. ἐδίδους τόπον μετανοίας. Sir. 13, 22. οὐκ ἐδόθη αὐτῷ τόπος non auditur, non admittitur eius sententia. Hebr. 12, 17. μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε ubi v. not. Vulgo hanc formulam ἐζητεῖτο τόπος vertunt: *locus quaesitus esset*; rectius *Peircius, Limborchius, Bengelius: quaereretur;* v. *Wineri Gramm. des N. T. Sprachidioms* B. 1. p. 128.

8. Memoriter laudavit ep. auctor e versione Alexandrina locum Ier. 31, 31 sqq. ut 10, 15 sqq. Prophetae locus agit de liberatione populi Iudaici e captivitate Babylonica, de illius in sedes avitas reditu, et de beneficiis quibus Deus ornaturus esset populum sive quocum novum foedus inire vellet. Hunc Ieremiae locum scriptor in rem suam transtulit, ita, ut ex eo probaret οὐκ ἄμεμπτον fuisse τὴν πρώτην διαθήκην, religionem Mosaicam, ac propterea Deum ei sufficere voluisse religionem praestantiorem, quae melioribus promissis niteretur, hoc est christianam, coll. v. 2. cuius v. verbis vis probandi innititur vid. not. ad 10, 15., et simul christianos excitaret ad fidem obedientiamque Deo et Christo praestandam. Etiam Iudaeorum magistros hoc Ieremiae oraculum ad Messiae tempora retulisse, docuerunt *Schöttgenius* et *Wetstenius* ad h. l. Verbo μεμφόμενος usus est epistolae conditor respiciens vocabulum ἄμεμπτος quod praecessit. Dissentiunt autem interpretes in eo, utrum μεμφόμενος coniungendum sit cum αὐτοῖς, an referendum sit ad διαθήκην v. 7. Priorem sententiam tuentur Chrysostomus (οὐκ εἶπε, μεμφόμενος δὲ αὐτῇ, ἀλλά, μεμφόμενος δὲ αὐτοῖς λέγει), Oecumenius (μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς· τίσι; τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ νομοθετουμένοις καὶ εὐθυνομένοις Ἰουδαίοις.), Theophylactus: οὐκ εἶπε μεμφόμενος αὐτῇ, ἀλλά, μεμφόμενος αὐτοῖς, τουτέστι τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς μὴ δυναμένοις τελειωθῆναι διὰ τῶν νομικῶν

προσταγμάτων sed dixit: incusans eos h. e. Iudaeos, qui non potuerunt consummari per legis praecepta. (Theodoretus, Syrus interpres, Vulg. codd. AD* 17. al. legunt αὐτούς). Qui ex recentioribus explanatoribus cum antiquis illis interpretibus faciunt, observant, verbum μέμφεσθαι non tantum construi cum accusativo ut Herodi. 6, 9. 2 Hesiod. Ἔργ. 184. add. Himerius Orat. 3, 7. ed. *Wernsdorf.* μᾶλλον μὲν εἰκότως ἡμᾶς τις οὐ μέμψαιτο· sed etiam cum Dativo, ut ap. Diog. Laërt. 1, 2. σοὶ δ' ἐγὼ οὐ μέμφομαι *te non reprehendo.* Aristoph. Thesmoph. v. 837. πολλ ἂν αἱ γυναῖκες ἡμεῖς ἐν δίκῃ μεμψαίμεθ' ἂν τοῖς ἀνδράσι δικαίως. Diod. Sic. p. 50. D. μέμψονταί τινες οὐκ ἀλόγως τοῖς πλείστοις τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι νομοθετῶν *reprehendunt quidem non immerito plerosque apud Graecos legumlatores* Himer. Orat. 1, 11. ἵνα μὴ τῷ ποταμῷ μεμψώμεθα Vertunt: *Deus illos reprehendens, haec dicit;* et plures monent, indicari his verbis occasionem, qua Deus quae sequuntur effatus sit, et si μεμφόμενος ad διαθήκην referendum esset, ep. auctorem scripturum fuisse μεμφόμενος γὰρ λέγει αὐτοῖς, aut, μέμφεται γὰρ αὐτὴν λέγων. Qui in contrariam sententiam, quae verior videtur, discedunt, quorum in numero sunt: *Limborchius, Peircius* (vertit: *Deus prius foedus reprehendens, dicit* Iudaeis illo foedere obligatis) *Michaelis* (in *Erklärung d. Briefs an d. Hebr.*) *Chr. Frid. Schmidius, Moldenhauerus, Storrius* al. ad eam confirmandam his argumentis utuntur: 1) Contextus orationis docet *foedus prius* intelligendum esse. Etenim dixerat scriptor prius foedus non fuisse ἄμεμπτον et μεμφόμενος ad hoc ipsum nomen refertur, illud enim probaturus dicit: μεμφόμενος γάρ. Sic manifesta est oppositio inter prius foedus et illud quod serius cum Iudaeis facturus esset Deus. Non id agit auctor, ut vitia Iudaeorum, de quibus antea non fuit sermo, vituperet, sed ut demonstret a Deo ipso prius foedus declaratum esse mancum et imperfectum, adeoque ab eo aliud foedus, idque perfectum et absolutum annuntiatum esse. 2) Deus etiam in V. T. dicitur dolere et conqueri de pristinis consiliis, more loquendi humano, dum in eo est ut aliud consilium sequatur.

Itaque *μεμφόμενος* conquestus est de priori foedere, idem valet quod, abrogaturus foedus illud imperfectum. 3) „Auctor epistolae, artifex adeo verborum cautusque est in illis deligendis, ut probabile neutiquam sit, sententiam a fine orationis (v. 13.) adeo alienam, ab ipso profectam esse." *Pricaeus*. *αὐτοῖς* scl. *Ἰσραηλίταις*, quod nomen ex orationis serie facile intelligi potest vid. not. ad Matth. 11, 1. Luc. 5, 17. Act. 4, 5. Ioh. 9, 22. cf. etiam *Glassius* Philol. S. p. 158 sqq. *ἡμέραι ἔρχονται* (pro *ἐλεύσονται*) solennis formula qua prophetae futura annuntiant, eaque certo eventura declarant v. Ier. 23, 25. Amos. 8, 11. Ioh. 5, 28. *καὶ συντελέσω — καινὴν*] *tempus quo cum Israelitis novum foedus pangam.* LXX Ier. l. l. habent: *καὶ διαθήσομαι* (כָּרַתִּי) *τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινήν.* Pro verbo כרת *οἱ ό* usi sunt verbo *συντελεῖν perficere* Ier. 34, 8. 15.

9. *οὐ* repetendum: *συντελέσω κ. τ. λ.* Praepositio *κατὰ* similitudinem indicat ut 1 Petr. 1, 15. Rom. 15, 5. coll. v. 7. Aristoph. Ran. 508. Exempla plura e scriptoribus Graecis petita, congessit *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gramm. Gr. Vol. 3. P. 2. p. 181. Ita quoque Hebraei utuntur particula כ v. Gen. 2, 18. ubi *οἱ ό* habent *ποιήσωμεν βοηθὸν κατ' αὐτὸν* i. e. *ὅμοιον αὐτῷ*. 1 Sam. 25, 36. *ἣν ἐποίησα* in vers. Alex. Ier. l. l. scriptum legitur *ἣν διεθέμην*. Foedus novum dicitur h. l. priori illi non simile, quippe quod melioribus nitatur promissis coll. v. 6. 7. *ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου κ. τ. λ.* *tempore illo quo eos*, instar patris filios, *manu prehensos ex Aegypto duxi.* Hebraismus verbis inest. Scribi poterat: *ἐν ἡμέρᾳ ὅτε ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν*. De verbo *ἐπιλαμβάνεσθαι* v. not. ad 2, 16. *ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου*] *quoniam foedus meum violarunt* i. e. non mea praecepta servarunt, idola coluerunt. Sunt autem haec verba, ut recte animadvertit *Böhmius*, non cum antecedentibus coniungenda, sed separatim intelligenda. Formula *ἐμμένειν ἐν τινὶ* denotat *perseverare in aliqua re, constanter aliquid facere* LXX Deut. 27, 26. *ἐμμένειν ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις τοῦ νόμου.* Ier. 44, 25. *ἐμμένειν ὁμολογίαις.* Sir. 48, 6. *ἐμμένειν*

ἐντολαῖς. Act. 14, 22. ἐμμένειν τῇ πίστει. Xen. Rep. Athen. 2, 17. et Diod. Sic. p. 769. B. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις. Lycurg. c. Leocrat. p. 207. *Tayl.* ἐνέμειναν ἐν τούτῳ (ὅρκῳ) πάντες. Sic etiam Latini scriptores usurpant verbum *manere* Corn. Nep. V. Conon. 3, 1. *manere in officio*. Cic. pro Cluent. 63. *in veritate manere*. Exempla plura quaerentibus dabunt *Krebsius*, *Loesnerus* ad h. l. et *Borgerus* ad Gal. 3, 10. κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν] *nullam eorum curam habui*. In textu Hebraico legitur בָּעַלְתִּי בָם quae verba nonnulli reddiderunt: *quamvis ego iis dominatus essem*, alii, *quamvis eorum maritus essem*, ut Ier. 3, 14. verba Hebraica בָּעַלְתִּי בָּכֶם LXX verterunt: ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν. Vulgatus: *quia ego vir vester*. Chald. et Syrus: *delector vobis*. Has vero interpretationes nec linguae leges ferunt, neque iis contexta oratio utroque Ieremiae loco favet. Verbum enim בעל cum comitem habet particulam ב, significat, *fastidire aliquem*, *cum fastidio reiicere*, *negligere aliquem* v. *Ed. Pocockius* in Notis Miscell. ad Portam Mosis c. 1. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ier. ll. ll. *Gesenius* in Lex. s. v. בעל. Hanc significationem etiam Syrus interpres verbo בעל Ier. 31, 32. subiecit.

10. ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη κ. τ. λ.] *foedus enim quod posthac cum Israelitarum gente faciam*, *huiusmodi erit*. Formula διατίθεσθαι διαθήκην *pactum inire*, *foedus pangere* legitur etiam ap. Aristoph. Avv. v. 438. in versione Alexandrina respondet verbo כרת Gen. 15, 18. Deut. 5, 2. Ier. 31, 32. cf. ad 10, 16. notata. Caet. Ier. l. l. οἱ ό habent: ἡ διαθήκη μου, quod pronomen in textu Hebraico non legitur. Pro λέγει κύριος iidem interpretes scripserunt: φησὶ κύριος. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν] *leges meas eorum mentibus indam*. In versione Alexandrina scriptum extat: διδοὺς δώσω νόμους, in textu Hebraico simpliciter נָתַתִּי *dabo*. Fuerunt qui putarent, in his *Valckenarius*, δώσω a nostro additum, librariorum incuria excidisse. Sed incredibile est hoc verbum non tantum h. l. sed etiam 10, 16. ubi scriptor Ieremiae locum repetiit, ab omnibus esse omissum. *Böhmius* διδοὺς coniungi vult cum ἐπιγράψω, et καὶ ante διδοὺς reddi *etiam*,

ideo incisi nota post *διάνοιαν αὐτῶν* tollatur, et verba ent: datis legibus meis, non solum menti eorum, sed m animis eorum illas inscribam. Cui tamen interpreni textus Hebraicus Ier. l. l., versio Alexandrina, et s Hebr. 10, 16. adversantur. Rectius alii ad *διδοὺς* te adiiciendum esse statuerunt *εἰμὶ* vel *ἔσομαι* i. e. *o dabo*. Participia enim etiam a scriptoribus Graecis liciter ponuntur, omisso verbo substantivo, pro tembus finitis cf. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 8. *erus* in *Grammatik* etc. *B.* 1. p. 140. et quae notavi ad Act. 24, 5. Quod formulam ipsam attinet, ea le: quoque ap. Xen. Cyr. 8, 2. 20. *ὁ μὲν οἱ θεοὶ δόντες τὰς ψυχὰς τοῖς ἀνθρώποις*. Ier. 32, 40. *καὶ τὸν φόμου δώσω* (אֶתֵּן) *εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν* בִּלְבָבָם. Ver*ἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν* Alexandrini Iudaei expressevocem בְּקִרְבָּם *in medium* s. *in viscera eorum*, ut Iona(בִּמְעֵיהוֹן) et Syrus eam reddiderunt. Vocabulum idem quod לֵב ut Ier. 4, 14. Prov. 26, 24. *καὶ ἐπὶ καρ- αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτοὺς*] *et in animos eorum eas in- am*. Interpretes plures in ea versati sunt sententia, ederent vocabula *διάνοια* et *καρδία* h. l. non esse pote paria, sed prius nomen, ut aliis in locis, significare *em* v. Eph. 4, 18. Herodi. 2, 9. 15. *intellectum*, poste*καρδία*, *animum*, *voluntatem*, quippe quod cum relis cognitione coniunctum esse deberet, illius studium, citium; atque adeo verba *ἐπὶ καρδίας ἐπιγράψω* exnda censuerunt de Deo christianorum voluntatem (hi ex nostri sententia sunt ii, cum quibus Deus foedus) ad obedientiam religioni praestandam excitaturo. possum eo adduci ut assentiar. Primum enim *καρδία* ius etiam *mentem* significat, ut Rom. 1, 21. Eph. 1, 18. n codd. nonnullis e glossemate legitur *τῆς διανοίας*, versione Alexandrina *διάνοια* respondet Hebr. nomi Gen. 17, 17. al. Deinde scriptor ipse hoc discrimen observavit loco parallelo 10, 16. ibi enim *ἐπὶ καρδίας ν* praecedit, sequitur *ἐπὶ διανοιῶν αὐτῶν*, sed religiocognitio praecedere debet illius studium. Denique ue formula *διδοὺς νόμους εἰς τὴν διάνοιαν* et *ἐπὶ*

καρδίας ἐπιγράψω hanc simul notionem involvit, eos ad religionis exercitium excitabo, sicuti etiam v. 11. *γινώσκειν* notione cognoscendi et colendi sumendum est. Itaque *καρδία* et *διάνοια* sunt voces aequipollentes et pares, atque exprimitur his verbis omnino sententia haec: tribuetur iis cognitio religionis accuratissima cum ardentissimo Dei colendi studio coniuncta. Pro *ἐπιγράψω* in vers. Alexandrina scriptum comparet *γράψω*. Iam quod formulam ipsam *ἐπιγράφειν ἐπὶ καρδίας* attinet; animis inscripta dicuntur ea, quae bene cognita sunt, quae firmiter aliquis tenet, atque haec formula frequens est scriptoribus non solum sacris, sed etiam utriusque linguae exteris. Age, subiiciamus exempla: Ier. 24, 7. *et dabo iis animum* (לֵב) *ad me cognoscendum.* Prov. 7, 3. (praecepta) *in tabula cordis inscripta habeto.* Rom. 2, 15. *γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.* 2 Cor. 3, 3. *ἐπιστολὴ γεγραμμένη οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.* Soph. Philoctet. v. 1317. *καὶ γράφου φρενῶν ἔσω.* Iulian. Orat. 7. p. 209. *ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ τῶν θεῶν ἡμῖν ὥσπερ ἐγγραφέντας (νόμους) ταῖς ψυχαῖς, ὑφ' ὧν πάντες ἀδιδάκτους εἶναι θεῖόν τι πεπείσμεθα sed etiam leges a diis nobis quas inscriptas animis, a quibus omnes absque doctore persuasi sumus, esse aliquod numen.* Diog. Laert. 6, 1. Antisthenes cum ei quidam inter lacrimas narrasset, quod commentarii sua perdidisset, *ἔδει γάρ, ἔφη, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτά, καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις γράφειν oportebat, inquit, in animo ea sed non in chartis scribere.* Philo de Opif. mund. p. 17 D. *ἄνθρωποι γραψάμενοι ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς.* Cic. Quaest. Acad. 4, 1. *ut literis consignamus, quae monumentis mandare volumus, sic ille in animo res insculptas habebat.* Id. N. D. 1, 17. *quae nobis natura informationem deorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos aeternos et beatos haberemus.* ib. c. 4. *omnibus innatum est, et in animo quasi insculptum, esse deos.* Terent. Andr. 1, 5. 47 sq. *o Mysis, Mysis, etiam nunc mihi Scripta illa dicta sunt in animo, Chrysidis De Glycerio. καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν — λαὸν] et ego eorum Deus, et ipsi meus populus erunt* *ἔσομαι εἰς Θεὸν* iis singulari ratione favebo, propitius iis

ero. Tibull. 3, 3. 28. *Audiat aversa non meus aure deus.* Virg. Aen. 2, 396. *Vadimus immixti Danais haud numine nostro.* αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν me Deum suum agnoscent et pie colent. εἰς Θεὸν vid. not. ad 1, 5. Sententia ipsa h. l. expressa saepius in literis sacris recurrit v. Ex. 6, 7. Lev. 26, 12. Ez. 11, 20. Zach. 13, 9. 2 Cor. 6, 16. In versione Alexandrina Ier. l. l. legitur: καὶ ὄψομαι αὐτοὺς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν κ. τ. λ.

11. Non opus erit ut alter alterum moneat, omnes sponte me cognoscent et colent. Ex mente scriptoris nostri verba Ieremiae quae hic versiculus continet, referenda sunt ad christianos qui vel Iudaei vel gentiles antea fuerant. Pro πλησίον in pluribus codd. scriptum est πολίτην, quam lectionem *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Schottus* et *Vaterus* in ordinem receperunt. Est sane πολίτην insolentior lectio, Alexandrini enim interpretes vocabulum רֵעַ quod Ier. 31, 34. in textu Hebraico extat, tantum Ier. l. l. et 29, 23. Prov. 11, 9. 24, 28. reddiderunt voce πολίτης, ut adeo πλησίον Grammaticorum interpretamentum videatur. Neque tamen vulgaris lectio contemnenda, memoriter enim scriptor locum Ieremiae laudavit, et πολίτην e versione Alexandrina in hunc locum transscribi potuit, quare et *Wolfius*, *Carpzovius*, *Moldenhauerus*, *Valckenarius*, lectionem πλησίον retinendam putarunt. Verbum διδάσκειν quod explicatur verbis λέγων· γνῶθι τὸν κύριον, h. l. notat *monere*, ut Rom. 2, 21. Ioseph. Ant. 2, 11. 1. διδάσκοντες τὸν βασιλέα περὶ τῆς σφαγῆς *admonentes regem, ut illum occideret.* γινώσκειν significat: cognoscere qualis sit aliquis, quaenam eius voluntas, et animum atque vitam ad hanc cognitionem accommodare ut Ioh. 17, 3. ubi v. not. 8, 55. Itaque formulae γνῶθι τὸν κύριον sensus est h. l. et Ier. l. l. cognosce Iovam, quis sit, eum esse unum verum Deum, quaenam sit eius voluntas, quid ei debeas, eumque cole, voluntati ipsius obsequere. Verbum εἰδέναι h. l. idem valet quod γινώσκειν (Suidas: εἴδω, τὸ γινώσκω) agnoscere, cognoscere Deum et colere, eiusque voluntatem sequi, ut legitur Ioh. 8, 55. coll. v. 29. 1 Thess. 4, 5. 2 Thess. 1, 8. πάντες εἰδήσουσί

με Sohar Madasch fol. 42, 3. *diebus Messiae renovabitur notitia in mundo, et lex illustrabitur apud omnes qd. d.* Ier. 31, 33. *quoniam omnes cognoscent* etc. Idra rabba §. 182 sq. *Surrexit R. Iose et dixit: in diebus regis Messiae non dicit alter ad alterum: doce me sapientiam hanc, quia sic scriptum est* Ier. 31, 33. *non docebit amplius vir* etc. Sohar Levit. fol. 24. col. 95. *non erit tempus huic simile, usque ad tempus, quo Messias veniet, et tunc cognitio Dei ubique obvia erit in mundo qd. d.* Ier. 31, 33. *quoniam omnes cognoscent me* etc. γνῶθι referendum ad πολίτην et ἀδελφὸν, in Hebraico textu legitur דְּעוּ sed Alexandrini Iudaei numero singulari usi sunt, quod illa nomina in singulari adhibita essent, ut recte monuerunt *Chr. Frid. Schmidius* et *Dindorfius* ad h. l. ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν] *a minimo eorum ad maximum, (junge und alle)* ad unum omnes v. *Berglerus* ad Alciphr. epp. 2, 4. p. 260. Significantur hac formula *parvi* et *adulti* ut Gen. 19, 11. coll. v. 4. 1 Sam. 5, 9. vid. quae hanc in rem observavimus ad Act. 8, 10. In Hebraico textu Ier. 31, 34. extr. additum legitur נְאֻם יְהוָה LXX φησὶ κύριος.

12. Ratio subiicitur, cur futurum sit, ut omnes Deum colant, quia nimirum Christus morte sua plenam peccatorum veniam et spem felicitatis perennis paravit. vid. not. supra ad v. 6. 7. ἵλεως, Attice pro ἵλαος *hilaris* Plato Phaedon. 66. μάλα ἵλεως *admodum hilaris.* Ael. H. V. 2, 10. ἵλεως τῷ προσώπῳ. add. Soph. Trachin. 763. Athen. 8, 16. p. 263. *placidus, propitius*, ap. Ael. H. V. 9, 7. ἵλεως τὴν διάνοιαν *animo placido.* Xen. Cyr. 1, 6. 3. θεοὶ ἵλεω καὶ εὐμενεῖς *propitii.* Hesiod. Ἔργ. 340. ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχουσι dii. Achill. Tat. 5, 20. p. 122. ἵλεως γένοιο. Aristaenet. epp. 2, 13. οὕτως ἵλεως εἴη μοι Ἀφροδίτη. Himerius Orat. 19, 3. Victoria, Iovis filia ἵλεως εἴη *sis propitia.* Ioseph. Ant. 7, 11. 8. ὁ δὲ ἵλεω μὲν εὔχετο τὸν θεὸν αὐτῷ διαμένειν. In vers. Alex. hoc vocabulo exprimitur Hebr. סלח Num. 14, 20. Ier. 31, 34. 36, 3. H. l. formulae ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, et, τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι sibi invicem respondent, et eundem sensum efficiunt. Deus nimirum *non recordatur*

peccatorum, cum ea non punit, *Deus est propitius* iis qui ea committunt, cum eorum veniam concedit. Eodem sensu haec formula adhibita extat in versione Graeca Ier. 31, 34. 1 Regg. 8, 34. et 2 Macc. 2, 7. Verba καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν neque in textu Hebraico, neque in versione Alexandrina leguntur, etiam h. l. in codd. nonnull. librariorum incuria, ob praecedens αὐτῶν, ut recte iudicavit *Millius* Prolegg. 495. et in vers. Vulg. Syr. Copt. Aeth. omissa sunt. Sed scriptor, qui memoriter locum laudavit, haec verba addidit, ut 10, 17. (ubi nulla lectionis varietas) ad rem augendam, ut quicquid esset peccati in universum designaret.

13. ἐν τῷ λέγειν καινὴν coll. v. 8. extr. παλαιοῦν notat: *inveteratum reddere h. l. inveteratum declarare, für veraltet erklären* h. e. si sensus ratio habetur, *abolendam, abolitum iri, declaravit*, Verba enim quae actionem indicant, saepius de actionis declaratione ponuntur v. *Glassius* Phil. S. p. 219. et quae notavimus ad Act. 10, 15. ubi καθάρισε reddi debet; *pura declaravit*. Passivum παλαιοῦσθαι significat *inveterari, veterascere* ut 1, 11. Luc. 12, 33. τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ] *quod autem veteratum est et consenuit, ad interitum vergit*. Locus communis. Verbum γηράσκον adiecit scriptor, ut accuratius vim verbi παλαιούμενον definiret: *was aber veraltert und vor Alter schwach geworden ist*. Supra 7, 18. lex dicta erat ἀσθενὴς *imbecilla, infirma*. Verbum autem γηράσκειν per metaphoram de omnibus rebus usurpatur, *quae senio conficiuntur*, ita, ut notet vires, opes, auctoritatem amittere v. *Irmischius* ad Herodi. 3, 2. 15. Xen. Ages. 1, 14. ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει. Cic. Att. 2, 23. *omnes illius partis auctores etiam nullo adversario consenescere* i. e. vim et auctoritatem amittere. Tusc. 2, 2. *oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut iam — senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur*. Epp. ad Div. 7, 26. *senescentis morbi remissio*. ἐγγὺς construitur cum genitivo ut supra 6, 8. ubi v. Voc. ἀφανισμὸς quod in N. T. hoc solum loco legitur, sed in vers. Alex. saepius recurrit, *abolitionem, in-*

teritum declarat. De verbi ἀφανίζειν potestate diximus ad Matth. 6, 18. Act. 13, 41.

CAPUT IX.

1. Finita digressione, epistolae auctor eo, unde digressus erat, revertitur. Dixerat Christum esse tentorii s. templi coelestis pontificem et ministrum; sacerdotes Iudaicos sacrificia offerre in templo, quod imaginem tantum et umbram templi coelestis referret 8, 5. coll. 9, 24. Christo autem praestantius sacerdotium contigisse, eumque esse praestantioris foederis mediatorem 8, 6. Haec iam uberius exponit, et ne lectores nimis offenderent 8, 5 sqq. dicta, rem sacram Iudaeorum quodammodo laudat, et tabernaculi, quod Deus, foedere cum Iudaeis facto, exstrui iussisset, splendorem describit. Sed iam inde a v. 8. docet, imperfectum esse hunc Dei cultum, Christum pontificem coelestem praestitisse ea quae per sacrificia a sacerdotibus Iudaicis Deo oblata, praestari et effici non possint, eumque esse novae et praestantioris religionis auctorem. εἶχε μὲν οὖν καὶ *habuit igitur etiam prius* foedus: εἶχε scripsit noster, non ἔχει, quia h. l. non tam templum, quam potius tabernaculum descripsit vid. ad v. 4. 8, 2. not. versiculo demum 6. de templo et suo tempore loquitur, quare etiam praes. εἰσίασι utitur. μὲν οὖν cf. not. ad 7, 11. *Böhmius:* „μὲν innuit, esse quod in ipsis his laudibus vel desiderari queat, vel adeo vituperari, cuius generis plura noster v. 8-10. quamquam nulla oppositionis significatione, qualis fuisset in his: ἀλλὰ δὲ, similibusque adhibita, sed tectius leniusque facta orationis inflexione, attulit.“ Particula καὶ significat, habere etiam δικαιώματα λατρείας, atque respicitur Christi sacrificium qui cum suo sanguine coelum intravit αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος v. 12. et ἅγιον sanctuarium idque coeleste coll. 8, 2. 9, 11. ἡ πρώτη σκηνή] Vocabulum σκηνή praestantissimi codd. omittunt, nec expresserunt verss. Syr. utraque, Aeth. Arm. Vulg. Ar. (quae διαθήκη supplet) Photius ap. Oecum. (ad h. l. p. 838. Veron. τὸ εἶχε μὲν ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας, οὐ περὶ τῆς σκηνῆς εἰρῆσθαι νομί-

ζω, ἀλλὰ περὶ αὐτῆς τῆς παλαιᾶς διαθήκης· οὐ γὰρ τὴν σκηνὴν τῇ νέᾳ συνέκρινε διαθήκῃ, ἀλλ' ὅλην τὴν παλαιὰν διαθήκην τῇ νέᾳ, καὶ πρὸς ὅλην ἐκείνην ταύτης ἐδείκνυ τὴν ὑπεροχήν.) Chrysostomus ad h. l. ἡ πρώτη τίς; ἡ διαθήκη. Addidit quidem Chrysost. de die natali domini Vol. 5. ed. Morellian. p. 472. nomen σκηνὴ, sed ut bene *Cramerus* in *Erklärung d. B. an die Hebr.* ad h. l. monuit, le lectionis veritate nihil colligi potest ex oratione subito t memoriter dicta, nec accurate calamo excepta. Sed iec contextus permittit, ut σκηνὴ in textum recipiatur, vel um aliis subintelligatur. Etenim 1) in antegressis sermo rat de διαθήκῃ coll. 8, 6. 9. 10. et v. 7. 13. hoc vocabum cogitando adiiciendum est. 2) ἅγιον v. 1. extr. indicat ibernaculum, iam si σκηνὴ in ordinem reciperetur, inconinna existeret sententia haec: habebat prius tabernacuım — sanctuarium, sed sanctuarium erat ipsum tabernailum; et vana est eorum ratio, qui ut ex hac difficultate expediant, voce τὸ ἅγιον, vasa sacra, totumque appaitum Leviticum, tabernaculo illo comprehensum indicari ›ntendunt. 3) Duplici sensu accipiendum esset voc. σκηὴ, nempe v. 1. de toto tabernaculo, v. 2. de Sancto, quod 3. opponitur adyto. Reiicienda ergo est lectio σκηνὴ, iicquid contradixerint *Whitbius*, *Olearius*, *Wolfius*, *Carpwius*, et recte eam e textu eiecerunt *Bengelius*, *Griesıchius*, *Matthaeius*, *Schottus*, *Knappius*, *Vaterus*, eamıe improbarunt plerique optimae notae interpretes. Noen σκηνὴ ab imperito lectore e v. 2. in marginem adscrilum, a librario male sedulo in textum translatum est. *larklandus* ad Lysiam p. 536. et *Wakefieldius* Curar. crit. t exeget. in libros N. T. P. 5. p. 145. vocem σκηνὴ mundam esse censuerunt in ἐκείνη, quam lectionem etiam nus cod. exhibet ap. *Millium* et *Griesbachium*. Neque egari potest, ει et η, saepius a librariis esse confusa, aepius etiam literas C et E, v. *Valckenarius* ad Herodot. ı. 621. *Dorvillius* ad Charit. p. 773. Sed ἐκείνη ex 8, 7. n cod. illum venisse videtur, et adversatur huic lectioni odd. reliquorum omnium auctoritas. Itaque mente adiiiendum est voc. διαθήκη, quod in paucis quibusdam codd.

additum legitur. *δικαιώματα λατρείας*] *praecepta de cultu divino*, a Deo nimirum data, ut adeo his verbis laus religionis Iudaicae insit. *Δικαιώματα* sunt *leges*, *praecepta*, ut Rom. 2, 26. al. Suidas: *δικαιώματα, νόμος, ἐντολαί.* Saepius vocc. *ἐντολαὶ* et *δικαιώματα* tanquam synonyma iunguntur v. LXX. Gen. 26, 5. Luc. 1, 6. Alexandrini Iudaei nomine *δικαίωμα* reddiderunt Hebr. חֹק Deut. 6, 1. Ex. 15, 26. מִצְוָה Deut. 4, 40. 30, 16. מִשְׁפָּט Ex. 21, 1. Num. 36, 13. *λατρεία cultus divinus* Hebr. עֲבֹדָה Ios. 22, 27. inprimis autem *λατρεία* et *λατρεύειν* de sacrificiis eorumque oblatione adhibentur ut Ioh. 16, 2. Hebr. 10, 2. add. Ex. 8, 16. ubi in vers. Alex. legitur: *ἵνα μοι λατρεύσωσι*, sed v. 21. *ἐλθόντες θύσατε τῷ Κυρίῳ.* Sic et h. l. sermo est de praeceptis quae spectabant cultum divinum, speciatim sacrificia, eaque piacularia coll. v. 6. 7. 9. 12. 8, 3. Male *Schulzius δικαιώματα λατρείας* vertit *Angemessenheit, Vorzüge des Gottesdienstes*, contra usum loquendi, reprehensus iam hoc nomine a *Seyffartho* de ep. ad Hebr. indole p. 49. Post *δικαιώματα* interpungunt, et *λατρείας* pro accusativo habent *Grotius, Drusius, Cameron, Hammondus, Carpzovius.* Non adduci possum ut assentiar. Prima caussa est, quoniam h. l. non est sermo de institutis et legibus Iudaeorum omnibus, verum, ut contextus docet, de legibus sacra spectantibus. Accedit quod pro *δικαιώμασι λατρείας* infra v. 10. legitur *δικαιώματα σαρκός.* Denique frigida procedit sententia, sive *δικαιώματα* vertas *leges*, sive cum aliis, *iura. τό, τε ἅγιον κοσμικὸν*] *et sanctuarium terrestre: ἅγιον* totam aedem sacram, quae statim per partes describitur, designat. Ioseph. Ant. 3, 6. 4. *ὁ μὲν πᾶς νεὼς ἅγιον ἐκαλεῖτο.* In versione Alexandrina respondet Hebr. מִקְדָּשׁ Lev. 19, 30. al. In explicandis verbis quae sequuntur *τὸ ἅγιον κοσμικὸν* mira est interpretum dissensio. Ac *Kypkius* quidem ea exponit, *templum quod ad totum mundum pertinet, et toto orbe celebratur*, ad quod praeter Iudaeos, etiam proselyti et gentiles ad sacra facienda undique confluerent. Recte vero contra monuit *Böhmius*, locis a *Kypkio* allatis, significari, id quod ad totum mundum i. e. ad compagem rerum mundanarum

pertineat, non quod ad omnes mundi incolas, et ea quae de celebritate ac frequentatione loci sancti dicantur, et locis Philonis atque Iosephi confirmentur, spectare potius ad templum, quam ad tabernaculum statim diserte appellatum. 2) *Grotius*, *Wetstenius*, quibus adstipulatur *Böhmius* qui vertit *mundanum*, *das weltartige*, κοσμικὸς explicant: *mundi* i. e. *universi referens imaginem*. Hanc explicationem *Böhmius* censet aptissimam esse huic loco, qui in laudandis et extollendis, non in vituperandis et extenuandis rebus sacris Iudaicis versetur, et consentaneam opinioni superstitiosi populi, qua τὸ ἅγιον, quod primo tabernaculum, deinde templum esset, et universum et singulis suis partibus adumbratio quaedam totius mundi esse crederetur, nempe adytum coeli, quae Dei sedes, terrae reliquique mundi inferioris caetera sanctuarii. v. Ioseph. Ant. 3, 6. 4. Philo de V. Mosis T. 3. p. 148. et *Wetstenius* ad h. l. Sed iam *Michaeli* ad *Peircium* nimis dura visa est phrasis *mundana* vocans ea quae *totius mundi imago* sint; et insolens est haec voc. κοσμ. significatio. 3) *Hombergius* κοσμικὸν vertit: *ornatum*, *pulcrum* nempe instrumentis ad cultum tabernaculi spectantibus. Haec vero vocabuli significatio cum usu loquendi conciliari nequit. 4) Simplicissima, et me iudice verissima, plurimis etiam interpretibus probata interpretatio haec est: ἅγιον κοσμικὸν idem valet quod ἐπίγειον, χειροποίητον, ταύτης τῆς κτίσεως v. 11. cui opponitur σκηνὴ ἀληθινὴ, ἅγιον ἀληθινὸν, ἐπουράνιον 8, 2. 5. 9, 23. 24. commode autem scriptor hoc epitheton addere poterat quo res Iudaeorum sacrae non aperte vituperarentur, quum Iudaei ipsi tabernaculum terrestre adumbrationem coelestis tabernaculi fuisse statuerent v. 8, 5. et de industria vocabulo κοσμικὸν *terrestre*, usus est, cum uberius ostendere vellet (v. 8 ss.) imperfectam esse religionem Iudaicam.

2. σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη] *exstructum enim fuit tabernaculum anterius:* κατεσκευάσθη vid. not. ad 3, 3. σκηνὴ πρώτη anterior pars tabernaculi. Sanctuarium Mosis ut templum Salomonis et Sorobabelis, duobus distinctum erat tabernaculis, velo undique oppanso seiun-

ctis; hinc ad designandum totum Sanctuarium Ps. 43, 3. adhibitus legitur pluralis numerus מִשְׁכָּנוֹת pro quo Alexandrini Iudaei vocabulo σκηνώματα usi sunt. ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία] Hebr. מְנוֹרָה *candelabrum* septem lampadibus instructum, aureum, Ex. 25, 31 sqq. in parte Sancta tabernaculi Mosis et utriusque templi collocatum. Philo Lib. quis rer. div. her. p. 510. D. δεδημιούργηται γὰρ ἐξ καλαμίσκους ἔχουσα, τρεῖς ἑκατέρωθεν, ἑβδόμη δὲ αὕτη μέση, διακρίνουσα καὶ διαιροῦσα τὰς τριάδας. (v. *Carpzovius* ad h. l.) add. Ioseph. Ant. 3, 6. 7. καὶ ἡ τράπεζα καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων] *mensa et panum appositio:* τράπεζα mensa lignea, auro obducta cui panes sacri impositi erant v. Ex. 25, 23. ubi v. *Rosenmüllerus.* πρόθεσις τῶν ἄρτων positum est pro οἱ ἄρτοι οἱ προτιθέμενοι de qua forma loquendi v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. 3. P. 1. p. 293. significantur *panes* triticei, Deo sacri, in mensa aurea, duodecim, ad numerum duodecim tribuum Israeliticarum, duobus ordinibus distincti (Philo quis rer. div. her. p. 505. B. ὁρᾷς καὶ τοὺς προτιθεμένους ἄρτους ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ὡς ἴσα μέρη διανεμηθέντες οἱ δώδεκα καθ᾽ ἑξάδας ἀριθμῷ τίθενται, μνημεῖα τῶν ἰσαρίθμων φυλῶν.) per septem dies propositi, qui pars redituum sacerdotum erant v. Levit. 24, 5 sq. *Deylingii* Obss. S. P. 2. n. 11. Ex. 24, 30. dicuntur לֶחֶם הַפָּנִים ubi LXX habent: ἄρτοι ἐνώπιοι in conspectu Dei positi. 1 Chron. 9, 32. לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת quod ordine positi erant in mensa, in versione Alexandrina ibi legitur ἄρτοι προθέσεως, ut Ex. 40, 23. ubi in textu Hebraico scriptum est: עֵרֶךְ לֶחֶם. Quaesiverunt interpretes, cur scriptor omiserit altare suffitus? Fuerunt qui contenderent, factum hoc esse propterea, quod loco Ex. 25, 26. a nostro 8, 5. laudato altare suffitus non commemoratum sit, sed cap. demum 30, 1. Quae tamen ratio nimis longe petita est. Sed, ut verissime monuit *Carpzovius*, scriptoris non fuit munus, vasa et instrumenta tabernaculi omnia sigillatim et accuratissime recensere, satis omnino habuit, quaedam adduxisse. Confirmatur haec sententia verbis v. 5. περὶ ὧν οὐκ ἔστι etc. ἥτις λέγεται ἅγια] *quae Sancta* (sanctuarium) *appellatur:* ἥτις positum pro ἥ (ut ὅστις Matth. 7,

4. Ioh. 8, 25. pro ὅς) non ad propius πρόθεσις ἄρτων, sed d remotius σκηνὴ ἡ πρώτη referri debet. Pronomina haud ıro ad remotius vocabulum referuntur, sic Ioh. 7, 50. αὐ- ῶν respicit voc. ἄρχοντες quod v. 47. praecessit. Con- rre iuvabit, quae hanc in rem disputavit *Irmischius* ad erodi. 1, 1. 6. p. 24. 8, 4. 10. p. 985. Hebraeos quoque ı pronomina ponere solere, docuit *Storrius* in Obss. ad nal. et Synt. Hebr. p. 400. Pro ἅγια in codd. nonnullis gitur ἁγία, et *Er. Schmidius* femininum pro neutro per ebraismum positum esse statuit. Male. Theodoretus: Ͻοπαρὸξυτόνωςἀναγνωστέοντὰἅγια· οὕτω γὰρ ἡμᾶς δάσκει νοεῖν τὸ ἕτερον ὄνομα. Lectio ista inde enata detur, quod ἥτις antecedit, et articulus τὰ ante ἅγια non ꞓtat. Sed v. 3. scriptum legitur: ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. lexandrini Iudaei nusquam sanctuarium appellant τὴν γίαν, sed τὸ ἅγιον aut τὰ ἅγια. Etiam Latini scriptores *dyta* et *penetralia* saepe vocant unicum v. Virg. Aen. 2, 15. 297. λέγεται *dicitur*; praesenti tempore, quamquam e re praeterita sermo est, commode uti potuit auctor, uia, ut intelligenter monuit *Böhmius* ad h. l., haec res ad- uc praesens erat in templi aedificio.

3. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ scl. κα- τεσκευάσθη. De voc. καταπέτασμα v. quae notavimus d 6, 19. ἅγια ἁγίων *Sanctuarium sanctissimum*, adytum. lanc formam loquendi Hebraicam esse, docuerunt *Vorstius* e Hebraism. N. T. c. 12. p. 329. *Relandus* ad Ioseph. Ant. , 6. 4. p. 134. ed. *Hav.* Iosephus l. l. vocat τὸ ἄδυτον, ut ʼonaras Ann. 1, 16. in versione Alexandrina vocatur τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων Ex. 26, 33. τοῦ ἁγίου τὸ ἅγιον Lev. 16, 13. et κατ᾽ ἐξοχὴν τὰ ἅγια infra v. 12. 25. 13, 11. Levit. 6, 3. 10. Philo de victim. offer. p. 250. C. nominat τὰ ἐν ἀδύτοις ἁγιώτερα.

4. χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον] *thuribulum habens ureum*. Valde torserunt haec verba interpretes. Plures in ea versati sunt sententia, ut crederent vocabulo θυμια- τήριον significari *altare suffitus*, auro obductum, de quo Ex. 30, 1. ubi v. *Rosenmüllerus* et 40, 5. sermo est. Quae tamen sententia facile vanitatis convinci potest. Negari

quidem nequit a Iosepho Ant. 3, 6. 8. Philone de V. Mos. 3. p. 668. C. Paris. et Zonara Ann. 1, 16. de illo ipso altari vocabulum *θυμιατήριον* poni, sed Alexandrini interpretes altare thuri cremando destinatum, quod Hebraeis dicebatur מִזְבַּח מִקְטַר קְטֹרֶת et מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת et מִזְבַּח הַזָּהָב לִקְטֹרֶת vocant *τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν εἰς τὸ θυμιᾶν*, et *θυσιαστήριον θυμιάματος*, et *θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος*. Neque altare suffitus in loco tabernaculi sanctissimo, sed in sanctuario stabat v. Ex. 30, 1. 40, 26. Ioseph. Ant. 8, 4. 11. qui locus de templo Salomonis agit *τὴν δὲ λυχνίαν, καὶ τὴν τράπεζαν, καὶ τὸν βωμὸν τὸν χρύσεον ἔστησαν ἐν τῷ ναῷ πρὸ τοῦ ἀδύτου κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, οὓς καὶ τότε ἐν τῇ σκηνῇ κείμενοι κατεῖχον.* Philo quis rer. div. haer. p. 512. *τριῶν ὄντων ἐν τοῖς ἁγίοις σκευῶν, λυχνίας, τραπέζης, θυμιατηρίου.* Quin et ipse huius altaris usus planissime docet, non in adyto illud collocatum fuisse; quomodo enim sacerdotes quotidie odores incendissent, cum semel tantummodo quotannis fas esset Pontifici, adyta ingredi? et haec scriptorem nostrum non reputasse putabimus? cf. v. 5. 10. Rectius igitur plerique interpretes per *θυμιατήριον* intelligunt *thuribulum aureum*, quod summus sacerdos sola expiationis die in adyta ingrediens secum sumebat v. Levit. 16, 12 sq. Thuribulum, vas in quo thura adolebantur, Hebraeis dicebatur מִקְטֶרֶת, pro quo interpretes Alexandrini usi sunt vocabulo *θυμιατήριον* (thuribulum Ael. H. V. 12, 51. Thuc. 6, 46. al.) 2 Chron. 26, 19. Ez. 8, 11. et מַחְתָּה quod vocabulum iidem interpretes expresserunt Graeco *πυρεῖον* Ex. 27, 3. 38, 3. Num. 16, 37. Suidas: *πυρεῖον, θυμιατήριον.* Thuribulum a pontifice in adyta illatum, cum usibus huius loci sanctissimi inserviret, aureum v. Ioseph. Ant. 3, 8. 3. B. I. 1, 7. thuribulum quo in Sancto quotidie utebantur, ex aere structum erat v. Ex. 38, 3. *Braunius* in Comment. in ep. ad Hebr. p. 494., et *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. Obs. 47. p. 430. in ea fuerunt sententia, ut statuerent praeter thuribulum, arculam quoque thuralem s. acerram, aromata continentem, pontificem secum sumsisse, et utrumque vas ab epistolae conditore significari voce *θυμιατήριον.* Sed ut

scienter animadvertit *Fischerus* in commentatione super loco quodam ep. ad Hebr. (coniunctim edita cum Proluss. quinque quibus loci varii utriusque Testamenti illustrantur. Lips. 1779. 8.) p. 161. improbanda est haec sententia non solum propterea, quia scriptor, si et thuribulum et acerram significare voluisset, planius et dilucidius scripsisset h. e. suis utrumque vas appellasset vocabulis, sed inprimis hanc ob caussam, quod pontifex maximus illis temporibus, de quibus scriptor loquitur, odores sola manu comprehensos tenens, adyta intrasse perhibetur v. Levit. 16, 12. At enimvero neque *θυμιατήριον thuribulum*, in adyto repositum fuit, et tamen h. l. legitur: *χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον*. Varias vias ingressi sunt interpretes, ut se hac difficultate exsolverent. Nonnulli putarunt, scriptorem, qui non fuerit sacerdos, memoria lapsum esse. Ita vero nodum non solvunt, sed secant. Alii, in his *Zeibichius* in Diss. de thuribulo aureo 1768. 4. sumunt, sed non probant, thuribulum aureum semper fuisse in adyto asservatum, a pontifice ibi relictum, donec anno sequenti aliud in eius locum attulisset. *Michaelis* legi iubebat: *καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, καὶ τὸ θυμιατήριον, ἥτις λέγεται ἅγια κ. τ. λ.* v. 4. *χρυσοῦν ἔχουσα ἱλαστήριον*. Hanc coniecturam commemorasse mihi sufficit. Omnes libri in lectione recepta consentiunt, et *ἱλαστηρίον* v. 5. mentio facta est. *Grotius*, *Limborchius*, *Storrius*, alii, quibus accedere nullus dubito, verbum *ἔχειν* h. l. latiori sensu positum accipiunt. Thuribulum aureum, cum quotannis expiationis die solenni in adytum illatum fuerit, et usus eius perhibeatur fuisse adyto tabernaculi proprius; dici omnino potuit: *adytum illud habebat, ad adytum pertinebat, es gehörte zum Allerheiligsten.* Nec tantum scriptores N. T. verum etiam diligentissimi utriusque linguae scriptores exteri saepius uno eodemque loco, uni eidem verbo, non eandem notionem, sed diversas subiecerunt, ut verbo *πιστεύειν* Ioh. 2, 23. *ἀκούειν* Ioh. 9, 27. ubi v. nos. Propert. 2, 6. 37. *Quos igitur tibi custodes, quae limina ponam?* ubi idem verbum *ponere* alio sensu ad custodes refertur, alio ad limina. Exempla plura congessit *Fischerus* Animadvv.

ad *Wellerum* Vol. 3. P. 1. p. 448. cf. etiam *Iacobsius* Animadvv. ad Anthol. Gr. Vol. 2. P. 1. p. 54. *Heynius* ad Tibull. 2, 1. 80. καὶ τὴν κιβωτὸν — πάντοθεν χρυσίῳ] *et arcam foederis undique auro obductam:* πάντοθεν h. e. intus et extra v. Ex. 25, 11. Levit. 16, 12. Philo de Vita Mos. p. 668. C. ἡ δὲ κιβωτὸς — κεχρυσωμένη ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν. add. Lib. de nom. mutat. p. 1050. ult. Ioseph. Ant. 3, 6. 5. χρυσῷ δὲ τά τ' ἐντὸς καὶ τὰ ἔξωθεν περιελήλατο πᾶσα, ὡς ἀποκεκρύφθαι τὴν ξύλωσιν. — ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα] *in qua erat urceus aureus Mannam continens*. Etiam haec verba multorum interpretum ingenia exercuerunt. A) Scilicet h. l. arcae sacrae praeter tabulas legis infuisse dicuntur urna aurea Mannam continens, et scipio Aaronis, sed 1 Regg. 8, 9. 2 Chron. 5, 10. legum tantum tabulas coll. Ex. 25, 16. in arca positas fuisse narratur. Ioseph. Ant. 8, 4. 1. ubi de templo Salomonis loquitur: εἶχε δὲ ἡ κιβωτὸς οὐδὲν ἕτερον, ἢ δύο λιθίνας πλάκας, αἳ τοὺς δέκα λόγους τοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Μωϋσῇ λαληθέντας ἐν Σιναίῳ ὄρει ἐγγεγραμμένους αὐταῖς ἔσωζον. Nec Mannae urnam, nec Aaronis scipionem in arca positum fuisse, interpretes plures etiam eo confirmari contendunt, quod Ex. 16, 33. Moses Aaronem iussisse legatur urnam illam collocare לִפְנֵי יְהוָֹה *coram Iova*, quam formulam interpretandam praecipiunt *coram arca*, quae Dei thronus credebatur, in qua erant tabulae legis, cum v. 34. ea explicetur formula לִפְנֵי הָעֵדֻת *coram lege*. Sic etiam Iarchi v. *Rosenmüllerus* ad Ex. l. l. Hunc vero ipsum Ex. l. l. docere aiunt, nec Aaronis scipionem *in arca* repositum fuisse, nam de Aaronis scipione Num. 17, 22. 25. has easdem formulas adhibitas reperiri. Fuerunt igitur qui putarent verba ἐν ᾗ *in qua*, non ad κιβωτὸν sed ad nomen σκηνὴ referenda esse, *ad adytum pertinebant*. Cui tamen interpretationi vel pronomen αὐτῆς v. 5. positum obstat, et quod una serie recitantur tabulae lapideae (in arca servatae), urna et scipio, atque particula καὶ coniunguntur. Scripsisset epistolae auctor, si haec eius mens fuisset καὶ τὴν στάμνον etc. Quare alii, in his *C. F. Schmidius*, locum nostrum ita explicuerunt, ut dicerent, res me-

moratas *una cum*, *ἐν ᾗ*, *arca* in adytis extitisse, sive ad arcam pertinuisse, neque haec verba nimis premenda esse, ut superius χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον satis doceat, sed *ἐν ᾗ*, eodem sensu positum esse pro ἥτις εἶχε. Contra vero *Fischerus* l. l. p. 175. monuit, nullum scriptoris locum reperiri, ubi praepositio *ἐν*, talem, qualem hic indicare deberet, societatem significet. *Ludovicus de Dieu*, *Bengelius*, *Fischerus* l. l. alii statuunt, verba *ἐν ᾗ* cum verbis στάμνος — βλαστήσασα ita cohaerere, ut Latine vertenda sint: *ad* s. *iuxta quam*, sed cum verbis καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης ita coniungi debere, ut reddantur *in qua*. Monent particulam Hebraeorum ב Gr. *ἐν*, hac ipsa vi praeditam esse, ut etiam *iuxta* declaret, ut 1 Sam. 15, 4. Rom. 8, 34. cf. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 139. et menti scriptoris verba Hebraica בַּאֲשֶׁר obversata fuisse. Haec tamen verba interpretandi ratio, magna duritie laborare videtur. B) Alii interpretes, quorum in numero sunt *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. n. 47. *Carpzovius*, *Storrius*, *Heinrichsius*, *Dindorfius*, tempora distinguenda esse monent. Observant (v. *Deyling*. l. l. p. 439.) Urnam Mannae asservandam fuisse auctore Mose לִפְנֵי יהוה et coll. v. 34. לִפְנֵי הָעֵדֻת *coram testimonio*, *coram tabulis legis*, non coram arca testimonii. Vocabulum עֵדוּת de decalogo, de tabulis legis positum reperiri Ex. 25, 16. 21. et arcam foederis vocari אֲרוֹן הָעֵדוּת Ex. 25, 22. 26, 33 sq. Etiam scipionem Aaronis asservandum fuisse coll. Num. 17, 25. הָעֵדוּת *coram tabulis legis*. Ex his igitur locis notant perspici, Mosis temporibus (haec autem ep. auctorem respicere) urceum Mannam continentem, et Aaronis scipionem arcae infuisse. Addunt: confirmari hanc sententiam locis 1 Regg. 8, 9. 2 Chron. 5, 10. ubi tanquam res notatu digna commemoretur, Salomonis temporibus, in arca foederis, רַק *tantum*, asservatas esse tabulas legis. Dicam quod sentio. Recte interpretes illi, quorum sententiam modo memoravimus, tempora discernenda esse praecipiunt. Varias enim mutationes inde a Mosis tempore templum, et cultus in eo, usque ad scriptoris nostri aetatem subiit. In templo Sorobabelis, ne arca quidem foederis in adyto erat,

Ioseph. B. I. 5, 5. 5. *ἔκειτο δ' οὐδὲν ἐν αὐτῷ* v. *Deylingius* Obss. Sacrr. P. 3. p. 142. *Wineri Biblisch. Realwörterbuch* s. v. *Bundeslade*. Cum templum Solomoneum a Chaldaeis dirueretur, etiam arca foederis periit. Epistolae auctor, qui h. l. tabernaculum Mosis describit, secutus est interpretationem locorum Pentateuchi, supra allatorum, doctoribus Iudaicis suae aetatis usitatam, etiam recentioribus Iudaeorum magistris probatam. *R. Levi f. Gerson* in 1 Regg. 8. *Hoc non negat, ibi fuisse ea, quae commemorantur in Lege, in eam fuisse reposita, ut scipionem Aaronis et urceolum Mannae.* In Num. 17, 10. *ex eo autem, quod dicit coram testimonio potius, quam coram arca, discimus, intra arcam fuisse. Nam si extra eam fuissent, dicendum esset fuisset coram arca, non coram testimonio.* vid. *Wetstenius* ad h. l. — Vocabulo *ἡ στάμνος*, quod etiam in masculino genere scriptoribus usurpatur Aristoph. Plut. 545. ubi v. Schol. Sextus Empir. a. Gram. 1, 7. 148. indicatur *diota* (Horat. Od. 1, 9. 10.), *amphora, urceus*, vas liquidorum, utrinque ansatum, inprimis vino conservando inserviens. Phavorinus: *στάμνους τοὺς ἀμφορεῖς τοῦ οἴνου φασίν*. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 22. *σταμνία καὶ στάμνους τοὺς ἀμφορεῖς τοῦ οἴνου φασίν*. add. Pollux Onomast. 6, 2. Hesychius: *στάμνος, ὑδρία, κάλπη, κάλαθος*. Grammatici veteres hoc vocabulum vulgare, neque satis elegans iudicarunt. Thomas Mag. *ἀμφορεὺς λέγε, μὴ στάμνος, μηδὲ μετρητής*. Moeris Atticista: *ἀμφορέα· τὸν δίωτον στάμνον, Ἀττικῶς, στάμνον Ἑλληνικῶς*. In vers. Alex. Ex. 16, 33. *στάμνος* respondet Hebr. צִנְצֶנֶת, ita in Hebraicis contextis simpliciter legitur, sed Alexandrini interpretes et Philo amphoram illam *auream* vocant, ut a maioribus haud dubie acceperant. *ἔχουσα τὸ Μάννα Mannam continens*, in quam Deus iusserat portionem diurnam Mannae condere, ut in tabernaculo asservaretur, in memoriam providae Dei curae, qua Deus Israelitas in deserto complexus fuerat Ex. 16. Philo Lib. de congr. quaer. erud. p. 438. D. *τῆς οὐρανίου καὶ θείας τροφῆς τὸ μνημεῖον ἐν στάμνῳ χρυσῷ καθιεροῦντο*. De voce *Μάννα* disputavimus ad Ioh. 6, 31. cf. etiam *Oedmani vermischte Samm-*

lungen a. d. Naturkunde Heft 6. p. 1. *Gesenii Hebr. Wörterbuch* s. v. מָן. *Rosenmülleri Altes und Neues Morgenland* B. 2. p. 35 sqq. *Wineri Realwörterbuch* s. v. *Manna.* Appellatur ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ Ps. 78, 24. 105, 40. 4 Esdr. 1, 19. panis angelorum Sap. 16, 10. ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα] *Aaronis scipio qui germinaverat.* Historia legitur Num. 17, 16 sqq. Ioseph. Ant. 4, 4. 2. v. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Num. l. l. καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης *et legis tabulae* Hebr. לֻחֹת הַבְּרִית Deut. 9, 9. 11. 15. in arca foederis asservandae Ex. 25, 16. 40, 20. Deut. 10, 4 sq. πλάκες τοῦ μαρτυρίου dicuntur Ex. 31, 18.

5. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης] Pronomen αὐτῆς pertinet ad τὴν κιβωτὸν v. 4. Χερουβεὶμ Hebr. כְּרוּבִים LXX Gen. 3, 24. Χερουβὶμ Ex. 36, 7. οἱ Χερουβὶμ Ez. 37, 9. τὰ Χερουβὶμ 1 Regg. 6, 26. Ez. 10, 3. Χερουβεὶν 1 Sam. 4, 4. 2 Sam. 6, 2. Χερουβεῖς Ioseph. Ant. 3, 6. 5. Sing. Χερούβ Ez. 41, 18. De origine huius vocabuli ambigitur v. *Spencerus* de legg. Hebrr. ritual. Lib. 3. Diss. 5. c. 4 sq. *Eichhorn Urgeschichte mit Einleit. u. Anmerkk. herausg. von Gabler Th.* 2. p. 248. *Rosenmülleri* Scholia ad Ex. 25, 18. *Kaiserus* de Cherubis Mosaicis, humani generis mundique aetatum symbolis ac geniis Diss. I. Erlang. 1827. 4. p. 10. Maxime probabilis est eorum sententia, qui hoc vocabulum proprie significasse statuunt *taurum* a כרב *aravit*, atque inde enatam esse significationem *potens*, *validus* v. Ez. 1, 10. coll. 10, 14. *Gablerus* l. l. *Gesenii Hebr. Wörterbuch* s. v. כרובים. Erant autem Cherubim animantia fictitia, ex hominis, leonis, bovis et aquilae forma composita, capite praedita humano, in templo (cuius parietes, ianuae, aulaea, his imaginibus ornata erant 1 Regg. 6, 29. Ez. 41, 18.) ei qui intrabat adspectabili 2 Chron. 3, 13. ita ut tria latera reliqua capitis, faciem bovinam, leoninam et aquilinam repraesentarent v. Ez. ll. ll. manibus conspicua humanis ad formam humanae faciei pertinentibus, pedum plantis taurinis Ez. 1, 7. alis quatuor, quarum binis expansis volabant, binis contractis inferiores corporis partes tegebant. Corpora eorum erant erecta et humana. v. *Rosenmüllerus* ad Ezech. 1, 5. 6. 11.

thronum Iovae, curru imposituni gestare dicuntur Ps. 18, 11. 80, 2. 104, 3. Ezech. 1, 10. Hebraeorum Cherubis et forma et significatione similes erant Sphinges Aegyptiorum, Dracones Graecorum et Gryphes Indorum; quae etiam describuntur tanquam animalia alata, fictitia, ex variorum animalium formis composita, rerum quarum aditu interdictum erat, custodes vid. *Rosenmüllerus* ad Ex. 25, 18. *Kaiserus* Diss. I. p. 23. Diss. II. p. 8. In arcana antiquissimorum Aegyptiorum disciplina, e qua Moses has imagines ad Hebraeorum sacra transtulit, divinae naturae symbola erant, ita, ut per leonem et bovem significaretur potentia atque constantia, per hominem humanitas, lenitas, per aquilam sublimitas et scientia, cum aquila visus acumine caeteris animalibus praestet Tacit. Hist. 5, 5. *Aegyptii pleraque animalia, effigiesque compositas venerantur, Iudaei mente sola, unumque Numen intelligunt.* Postea vero a vulgo, cui illius symboli interior significatio ignota esset, ea species tributa est daemonibus s. naturis hominibus augustioribus, quibus numen summum, tanquam ministris uteretur. Duas eiusmodi imagines, ex auro conflatas, imposuit Moses operculo arcae sacrae, tanquam custodes sanctissimorum religionis Hebraeae monumentorum. Cherubim habebant alas expansas super operculum arcae Ex. 25, 18 sq. facies sibi mutuo obversas, vultus demissos versus operculum arcae, reverentiae caussa cf. Philo Lib. de Cherubim p. 112. C. Ex *Michaelis* sententia v. eius Diss. de Cherubis equis tonantibus in Commentatt. societ. Gotting. praelectis Gotting. 1752. 4. et Supplementa ad Lexx. Hebrr. p. 1343. Cherubim erant animalia hieroglyphica tonanti Dei currui iuncta, atque maiestatis Dei tonantis symbolum. Sed vid. quae contra monuerunt *Geblerus* l. l. p. 248. *Herderus* in *Geist der Hebr. Poesie* Th. 1. p. 161 sq. ed. *Iusti*, et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. 18, 11. Post nomen Χερουβὶμ et ante δόξης non inserendus erat a *Griesbachio*, *Schotto* et *Vatero* articulus τῆς. Additus est a librariis, quod in similibus appellationibus sacris additus legitur, ut Act. 7, 2. 1 Petr. 4, 14. 1 Cor. 2, 8. Iac. 2, 1. Verba autem Χερουβὶμ δόξης varie expli-

cuerunt, qui in hunc locum commentati sunt. Cum Deus in V. T. dicatur sedere super Cherubim 1 Sam. 4, 4. 2 Sam. 6, 2. Ps. 80, 2. add. Ezech. 10, 4. et δόξα Θεοῦ (quod posterius nomen h. l. subintelligunt) dicatur splendor lucis, quo Deus apparens hominibus describatur v. LXX Ex. 24, 16. 40, 34. 1 Regg. 8, 11. 2 Chron. 7, 1. Ez. 1, 28. qui *lucis splendor, praesentiae divinae index*, a Iudaeis serioribus appellatur שְׁכִינָה vid. *Buxtorfii* Lex. Chald. s. v. שכינה *Gesenii Wörterbuch* s. v. כבוד; nonnulli interpretes verba explanant: Cherubim gloriae, gloriosae Dei praesentiae in adytis imago. Alii: Cherubim symbolum praesentiae Dei lucidum, oculis conspiciendum. Alii: qui efficiunt thronum maiestatis divinae. *Böhmius* vertit: *Cherubim gloriosi*, addit: quasi gloriae divinae vel comites vel vectores. *Schottus* expressit: *splendidi*. Recte. Vocabulum δόξα vim obtinet adiectivi, ut 2 Thess. 1, 7. ἄγγελοι δυνάμεως positum est pro δυνατοὶ potentes. Cherubim dicuntur *splendidi, die glänzenden, prachtvollen*, ratione auri ex quo conflati erant habita. Hanc interpretationem, quae simplicitate sua sese commendat, tuentur etiam ea, quae v. 4. praecesserunt: χρυσοῦν ἔχουσα θυματήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν δ. περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ. — κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον] *obumbrantes* alis suis *propitiatorium*. Ex. 25, 20. οἱ Χερουβεὶμ συσκιάζοντες ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἱλαστηρίου. Significatur operculum arcae sacrae, ut et contextus, et usus loquendi interpretum Alexandrinorum, quem noster secutus est, sat evidenter docet. Adiectivum autem ἱλαστήριος de eo usurpatur, *quod vim expiandi habet*. Ioseph. Ant. 16, 17. 1. ἱλαστήριον μνῆμα *monumentum placandi numinis caussa positum*. 4 Macc. 17, 22. ἱλαστήριος θάνατος *mors expiatoria*. Ex. 25, 17. ἱλαστήριον ἐπίθεμα *operculum expiatorium*. Et hoc ipsum vocabulum ἐπίθεμα s. πῶμα, h. l. cum de operculo arcae sacrae sermo sit, plerique interpretes subintelligi volunt. Sed sine idonea ratione. Etenim ἱλαστήριον, addito articulo, vim substantivi habet, ut Ex. 39, 6. καὶ ἐποίησε τὸ ἱλαστήριον ἄνωθεν τῆς κιβωτοῦ. 31, 7. τὴν κιβωτὸν τῆς

διαθήκης, καὶ τὸ ἱλαστήριον τὸ ἐπ' αὐτῆς. In versione Alexandrina τὸ ἱλαστήριον respondet Hebraico nomini כַּפֹּרֶת quod *tectum, operimentum* indicat. Versus operculum arcae foederis, quotannis, die expiationis solenni, populi expiandi caussa victimae sanguis a pontifice spargebatur, super hoc enim operculo, tanquam throno, ex opinione Iudaeorum, sedebat veluti Dei maiestas, eratque iis illud operculum gratiae divinae symbolum vid. not. a[d] 4, 16. Iam cum verbum כפר quod in coniug. Kal denot[at] *tegere* in coniug. Piel significet *expiare, placare* vid. *Ge[senii] Hebr. Wörterbuch* et *Simonis* Lexicon Hebr. a *W[i]nero* (Lips. 1828) editum s. v. כפר; hanc expiandi noti[o]nem interpretes Alexandrini tenuerunt, et plerumque ת[...] reddiderunt ἱλαστήριον ἐπίθεμα vel τὸ ἱλαστήριον ad si[gni]ficandum *operculum arcae sacrae propitiatorium*, ab iis κατ' ἐξοχὴν dictum. Bis tantum כפרת expresserunt v[oca]bulo καταπέτασμα Ex. 26, 34. 30, 6. et ὁ ἐξιλασμὸς 2 [...] 28, 11. περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος] *de q[uibus] nunc singulatim dicere, non vacat.* Referri debent hae[c ver]ba ad omnem enumerationem vasorum tabernaculi v. [...] περὶ ὧν de quo tabernaculi apparatu, vasis singulis e[ius]que significatione recondita et symbolica v. Ioseph[...] 5, 5. 5. Philo de Vita Mos. *Heinrichsii* Excurs. 3. [...] *pis, allegoriisque.* κατὰ μέρος *singulatim* Diod. Sic. [...] C. ὑπὲρ ὧν τὰ κατὰ μέρος διεξιέναι τῆς ὑποκειμένης [...]ρίας ἀλλότριον εἶναι νομίζομεν *de his singulatim r[...] alienum ab historiae nostrae instituto arbitramur* add[...] p. 37. D. Thucyd. 4, 26. ἐστὶ sequente infinitivo, [...] *licet, iuvat* Ael. H. V. 13, 34. Soph. Antig. 703. P[...] 765. Sir. 39, 21. cf. etiam *Perizonius* ad Ael. 9, 7.

6. τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων] *his aut[em] paratis.* Respicitur his verbis ad ea quae de tabe[rnaculi] structura, eiusque partibus hactenus scriptor disser[uit] τὴν πρώτην σκηνὴν i. e. τὰ ἅγια v. 2. opponitur v. 7 [...]τέρα scl. σκηνὴ h. e. ἅγια ἁγίων v. 3. adytum. δια[παντὸς] *semper* Herodot. 1, 122. Soph. Ai. 704. h. l. id. qd. κα[θ' ἡμέ]ραν 10, 11. quotidie. εἰσίασιν Hesychius: εἰσέ[...] Praesens tempus includit praeteritum (v. *Wineri* Gr[...]

[illegible]. *Sprachidioms Th.* 1. p. 115.), quia ut olim cum tabernaculum extaret, ita etiam aetate huius ep[illegible], sacerdotes templi partem interiorem *[illegible]*. οἱ *ἱερεῖς* sacerdotes gregarii, ab iis enim distin[illegible] *ἀρχιερεὺς* v. 7. *λατρείας ἐπιτελοῦντες*] *ut* [illegible]. Vulgat. *sacrificiorum officia consummantes* [illegible] in hoc orationis complexu non potest [illegible]. Nam sacerdotes hostiis *cum divinum* [illegible] in sanctuario, sed in atrio. *Vocavit quidem* [illegible] sacrificia *piacularia* [illegible] Legimus ita, [illegible]

[illegible]

bus N. T. verba et vocabula eodem loco sensu diverso ponuntur vid. ad v. 4. et Ioh. 3, 17. notata) non de sacrificiorum oblatione, sed de sacerdotum ministeriis in sanctuario. Mane nimirum et vesperi ibi odores incendebant, candelabrum curabant v. Ex. 30, 7. 8. singulis sabbatis in mensa sacra panes apponebant. Significare voluit scriptor verbis huius v. et v. 7. difficultatem Deum adeundi, et in quo sacerdotes gregarii atque sacerdos summus differrent, ratione ministerii in tabernaculo, ut Christum, et sacerdotibus illis, et summo pontifici praeferendum esse appareret.

7. εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς] *in alteram autem tabernaculi partem solus pontifex maximus uno anni die ingreditur.* Pontificem die expiationis solenni, non semel tantum in adytum ingressum esse, docet locus Levit. 16, 12-15. et Iudaeorum doctores confirmant. Itaque τὸ, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ explicari debet: *uno tantum expiationis die.* Ex Levit. enim l. l. apparet, pontificem saltem bis intrasse locum sanctissimum. Primum ut sacrificii pro suis peccatis oblati sanguine operculum arcae sacrae conspergeret atque suffitum faceret Levit. 16, 12-14. Iterum, ut sanguine sacrificii pro populo oblati idem operculum adspergeret v. 15-17. Bis tantum illo die pontificem intrasse adytum, *Ernestius* apud *Dindorfium*, *Michaelis* ad *Peirc.*, *Cramerus*, *Moldenhauerus* statuunt, in quorum sententiam discedere nullus dubito. Doctores vero Iudaici summo consensu tradunt quater pontificem illo die ingressum esse adytum. *Primum*, ut thuribulum inferret et odores incenderet. *Iterum*, ut sanguinem iuvenci intro ferret, et digito versus operculum arcae spargeret. *Tertium*, ut mactati hirci sanguine operculum conspergeret. *Quartum*, ut thuribulum ex adyto auferret vid. *Deylingius* Obss. Sacrr. P. 2. p. 141 sq. et *Schmidius* Obss. super ep. ad Hebr. ad h. l. qui Rabbinorum partes sequuntur, ut *Carpzovius*, *Rosenmüllerus*, *Dindorfius* al. Huic vero sententiae obstare videtur locus Philonis Leg. ad Caium p. 1035. ed. *Francof.* p. 591. ed. *Mang.* Verba sunt: ἄδυτα, εἰς ἃ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται τῇ νηστείᾳ λεγομένῃ — κἂν αὐτὸς ὁ

ἀρχιερεὺς δυσὶν ἡμέραις τοῦ ἔτους, ἢ καὶ τῇ αὐτῇ τρὶς ἢ καὶ τετράκις εἰςφοιτήσῃ, θάνατον ἀπαραίτητον ὑπομένει *adytum, quod semel quotannis pontifex intrat ieiunii tempore — imo is ipse pontifex, si duobus anni diebus, aut eadem die ter quaterve introiverit, capite luet, absque venia. Mangeus* ad Philon. l. l. et *Schmidius* ad h. l. autumant, Philonem *unum* tantum pontificis statuisse introitum. Inscitiae *Mangeus* eum accusat, *Schmidius* autem monet, Philonis nullam in ritibus sacris propriam fidem esse, sed traditionibus suffultam, falsis et commentitiis. Contra vero observavit *Carpzovius*, verba laudata non esse Philonis, sed regis Herodis Agrippae literas, ad Caium Caesarem scriptas, Iudaicos ritus aut omnino accuratissime nescientis, aut eos non sollicite curantis. Sed neque Philo inscitiae accusandus, neque hac auctoritatis ipsius defensione opus est. Etenim Philo templum viderat, missus Hierosolymam, ut nomine Iudaeorum Aegyptiorum in templo sacrificaret Philo Opp. T. 2. p. 646. ed. *Mang.* τῆς Συρίας τὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν, Ἀσκάλων ὄνομα· γενόμενος ἐν αὐτῇ καθ᾽ ὅσον χρόνον εἰς τὸ πατρῷον ἱερὸν ἐστελλόμην εὐξόμενός τε καὶ θύσων κ. τ. λ. Philonis ergo auctoritas potior esse debet, quam recentiorum Iudaeorum, qui templum non viderunt, et ad commenta propensi sunt. Conferre iuvabit quae de Philonis atque Iosephi fide et auctoritate disputavit *Morus* in Hermeneutica N. T. Vol. 2. p. 79 sqq. Formulae autem ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, quae apud Philonem legitur, idem sensus subiiciendus est, qui nostro loco ei subiici debet: *uno tantum expiationis die.* ἀγνοημάτων] h. l. idem valet quod ἁμαρτιῶν coll. 5, 3. Proprie quidem ἀγνόημα indicat *peccatum, quod per ignorantiam, non sponte, committitur*, deinde vero *peccatum et delictum quodcunque* hoc nomine insignitur ut Iudith. 5, 20. Tob. 3, 3. 1 Macc. 13, 39. Neque scriptoribus exteris hunc usum loquendi inusitatum fuisse, exemplis e Diodoro Siculo depromtis comprobavit ad h. l. *Münthius.* Sic etiam Hebr. אָשָׁם de adulterio positum, *οἱ ο′* Gen. 26, 10. reddiderunt ἄγνοια. Aq. et Symm. πλημμέλημα *delictum.* Levit. 26, 39. עָוֹן Aquila vertit ἀγνόημα. cf. etiam not. ad 5, 2.

8. Quam subitus nulla interiecta particula et inopinatus eoque magis ad percellendos lectores factus hic a laudibus ad vituperia, ab ornamentis ad vitia rei sacrae Iudaicae transitus, nisi potius, si totam hanc de pontificatu Iesu Messiae tractationem spectes, reditus existimandus sit, facile ab eo, qui omnem orationis propositae compagem bene consideraverit, intelligetur. *Böhmius*. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου] *hoc nos docere voluit Spiritus Sanctus*. Fuerunt, qui haec verba referenda putarent ad locum Ier. 31, 31 sq. ab auctore nostro 8, 8 sqq. laudatum. Sed verba quae hoc versu continentur, aperte respiciunt ea, quae proxime praecesserunt, et ut intelligenter monuit *Heinrichsius*, nihil est in illo oraculo, de istis rebus, quae iam sequuntur cf. etiam *Storrius* ad h. l. Mens atque sententia scriptoris haec est: hoc Sp. S., Deus, per hanc tabernaculi structuram Mosi praescriptam, et leges de sacrificio, Deo a pontifice die expiationis offerendo, ei datas, declarare voluit etc. πνεῦμα ἅγιον vid. not. ad 3, 7. Alias Sp. S. homines edocere dicitur res futuras per prophetas, h. l. per rem in facto positam, per typum. Verbum δηλοῦν *indicare*, *declarare* Ael. H. V. 9, 19. Hebr. 12, 27. al. etiam a scriptoribus Graecis, de oraculis, monitis divinis usurpatur. Exempla dat *Wetstenius* ad h. l. μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν κ. τ. λ.] *nondum patere viam ad adytum, quamdiu tabernaculum anterius locum teneat:* τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν positum pro: τὴν εἰς τὰ ἅγια ὁδὸν np. coelestia τὰ ἀληθινὰ s. ἐπουράνια v. 12. 10, 19. *Heinrichsius* per τὴν πρώτην σκηνὴν significari statuit praesentem hanc vitam, mancumque et imperfectum Dei in hac vita cultum, in qua sacrificia et cultus Leviticus vigeant, sed per τὰ ἅγια ἁγίων futuram vitam et cultum Deo ibi praestandum, quem nos religio christiana doceat. Sensum ita constituit: quia non patet unicuique Iudaeorum in sanctissima penetralia ingressus, quamdiu in sancto tantummodo sacrificia offerre licet, hac ipsa re demonstratur, verum Dei cultum, per nostram religionem hominibus traditum, nondum exerceri, nec exerceri posse, quamdiu Iudaica religio ritusque Levitici obstant, et a veris

llis sacris, tanquam per interiectum *ἅγιον*, seu per oppansum *καταπέτασμα* nos arcent. *ἡ πρώτη σκηνὴ Bengelius, Baumgartenius, Chr. Frid. Schmidius*, alii de tempore explicant, ut significetur *aedes superior* s. *vetus*, tabernaculum prius. Sed nomen *πρώτη* de loco intelligi debet ut v. 6. atque adeo *ἡ σκηνὴ ἡ πρώτη* anteriorem tabernaculi s. templi partem declarat. *Moro* in *Uebersetzung des Briefs a. d. Hebr. σκηνῆς* (ut v. 1.) glossema sapit, vertit: quamdiu prior oeconomia (*πρώτη διαθήκη*) valebat. Mihi de hoc loco sic videtur. In proxime antegressis sermo erat de sanctuario v. 6. et v. 7. de sanctuario sanctissimo s. adyto. Adytum habebatur pro domicilio Dei terreno. Hoc adytum ne sacerdotes quidem, nedum Israelita intrare poterat. Solus pontifex maximus, die expiationis solenni, manente foris toto populo, illud intrabat, *οὐ χωρὶς αἵματος*, ut sibi et populo a Deo peccatorum veniam, gratiamque divinam expeteret. Verbis igitur v. 6. et 7. significatur difficultas Deum adeundi, et consilium introitus pontificis in adytum, ut nimirum populus per pontificem et victimae sanguinem peccatorum veniam sibi a Deo expeteret. Non ergo erat aditus ad Deum liber. Adytum terrenum erat imago adyti coelestis 8, 2. 9, 11. Hoc adytum Christus nobis prior, *πρόδρομος* 6, 20. ingressus est non cum sanguine vitulorum et hircorum, sed cum suo ipsius sanguine, atque paravit nobis peccatorum veniam aeternum valituram v. 12. add. 24. et liberum ad solium gratiae aditum 4, 16. *ἡ πρώτη σκηνὴ* est pars tabernaculi anterior, pro omni tabernaculo commemorata, et quidem propterea, quia illa arcebat ab aditu in sanctissimum. Significat autem *ἡ πρώτη σκηνὴ* cultum Leviticum. Theophylactus: *σύμβολον οὖσα τῆς κατὰ νόμον λατρείας*. Iam vero sensus verborum est: Spiritus S. per illam tabernaculi structuram, et solius pontificis in adytum cum sanguine ingressum, indicare voluit, quamdiu cultus Leviticus vigeret, hominibus non esse potestatem concessam libere Deum adeundi, et sine sacrificiis (quae tamen non sufficerent v. 9. 10, 11.) gratiam divinam et peccatorum veniam expetendi. Christus liberum ad Deum accessum nobis comparavit, neque chri-

stiani pontificibus intercessoribus indigent v. 11 sq. coll. Ephes. 2, 18. 3, 12. *Φανεροῦσθαι* dicitur de iis, quae oculis, auribus, mente, usu, satis innotescunt et patefacta sunt. Interpretes Alexandrini hoc verbo expresserunt Hebr. גלה Ier. 23, 6. quod Iob. 38, 7. reddiderunt *ἀνοίγειν*, Esth. 8, 3. *ἐκτιθέναι ὀφθαλμοφανῶς*. Formula *στάσιν ἔχειν* proprie notat: *stare, subsistere, locum tenere* Dionys. Halic. 6. p. 415. *μέχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχουσι quamdiu eundem coelum et terra tenent locum.* Deinde per metaphoram adhibetur *de eo quod valet, viget, vim ac potestatem suam exserit* Polyb. 5, 5. *τῶν Ἐτησίων ἤδη στάσιν ἐχόντων cum iam vigeat Etesiarum flatus* vid. *Kyphium* ad h. l.

9. *ἥτις* recte plerique interpretes referunt ad verba quae proxime praecesserunt *πρώτης σκηνῆς*, ut verba sonent: haec quidem anterior pars tabernaculi i. e. hic cultus Leviticus, ista institutio, quae liberum ad Deum aditum impedit. Haec explicandi ratio simplicissima est. Alii, ut *Michaelis* ad *Peircium*, et *Böhmius* (vertit: *quae quidem figura* scl. est) *ἥτις* referunt ad *παραβολὴ*, hoc sensu, quod nempe interdictum illud Israelitas adyto arcens, est figura etc. Nomen *παραβολὴ* quod Theophylactus explicat *τύπος καὶ σκιαγραφία*, generatim notat *comparationem, collationem* rei, vel personae alicuius cum altera v. Aristot. Rhet. 2, 20. Ael. H. V. 3, 33. ut *παραβάλλειν comparare, conferre unum cum altero* Ael. H. V. 7, 2. *Θεόπομπος παραβάλλει αὐτοῦ* (Stratonis) *τὸν βίον τῇ τῶν Φαιάκων διαίτῃ*. add. 12, 14. Xen. Mem. 2, 4. 5. Herodi. 3, 7. 17. Deinde significat *imaginem*, qua res aliqua alii comparatur. Hoc cum fieri possit *verbis* et *oratione; παραβολὴ* adhibetur de sermone quolibet cui comparatio inest, de narratione quae rem in facto positam, obviam, et in sensus cadentem, vel fictam describit, eo consilio ut res obscurior, difficilior adumbretur et illustretur (hoc sensu *παραβολὴ* de collationibus, quibus Christus usus est Matth. 13, 3. aliisque in locis pluribus legitur), etiam de concisa sententia, de proverbiis, quia proverbia aliquid similitudinis et comparationis habere solent

ut Luc. 4, 24. cf. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 136 sq. *Fischerus* ad *Leusdenium* de dialectis N. T. p. 42. *Bretschneideri* Lexicon in libros N. T. ed. 2. sub v. παραβολὴ, et nos ad Matth. 13, 3. Cum vero etiam ipsae res aliam rem referre et repraesentare possint; παραβολὴ ita quoque ponitur, ut denotet *typum*, *exemplar*, *figuram alicuius rei*. Hesychius: τύπος πραγμάτων ὁμοίωσις. Sic h. l. idem valet quod ὑπόδειγμα, σκιὰ 8, 5. 10, 1. Erat autem tabernaculi structura, et introitus pontificis cum sanguine in adytum, imago, adumbratio introitus praestantioris pontificis, Christi, in coelum v. 11. 12. quo comparabatur sine discrimine omnibus liberius et confidentius Deum adeundi potestas. εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα] imago est *ad haec usque tempora*. *Schulzius*, etiam *Heinrichsius* per τὸν κ. τ. ἐνεστ. intelligit, tempus praesens, vitae praesentis, terrestris tempus, ut hoc tempus opponatur tempori futuro, coelesti sanctuario, quod Christus ingressus est, felicitati perenni; εἰς vertit *für*, inservit imagini. Sed ut verissime monuit V. D. in *Bengelii Archiv für die Theologie* B. 4. St. 1. p. 76. si hoc dicere voluisset ep. auctor, cultum Leviticum, in hac quam degimus vita terrestri inservire imagini felicitatis perennis; Christi introitu in coelum cultus ille non abrogatus esset. At scriptor noster affirmat Christi mortem tranquillare τὴν συνείδησιν v. 13. 14. 10, 22. atque ita ipse declarat, inchoasse iam καιρὸν διορθώσεως v. 10. cf. etiam 8, 8. *Böhmius* explicat: *quae quidem figura est in tempus hoc praesens* i. e. ad hoc maxime (sed τὸ *maxime* verbis intruditur) tempus pertinens (ut εἰς notet: *quod attinet ad*, ut 7, 14.), circa quod dona et sacrificia offeruntur. Ex *Gerhardi*, *Seb. Schmidii*, *Michaelis* ad *Peirc.*, *Baumgartenii*, aliorumque sententia, verba εἰς τὸν καιρὸν τ. ἐν. interpretanda sunt de tempore V. T. ante Christum, cum, ut *Michaelis* observat, tempus N. T. a nostro per omnem epistolam dicatur μέλλον *futurum* v. 1, 14. 2, 5. 6, 5. Sed ut ex omni orationis tenore apparet, scriptor typicam illam Spiritus S. manifestationem, non tantum ad tabernaculum Mosis, eiusque aetatem refert, verum etiam ad templum v. not. ad 8, 2.; stabat enim tem-

plum, et florebat cultus Leviticus, illo adhuc tempore, hanc epistolam scribebat auctor. Adhibuit praeterea ster tempus praesens προσφέρονται, ut v. 6. εἰσίασιν 7. προσφέρει. Scriptoris autem nostri aetate, iam inc rat καιρὸς διορθώσεως v. 10. coll. 10, 10-14. 19. 22. adeo amplius opus erat imagine perfectioris cultus per Messiam indicendi coll. 10, 18. 7, 18 sq. Neque ta gens Iudaica tunc temporis ad Christi signa sese con rat, vigebat adhuc cultus Leviticus, qui adeo etiam imago, adumbratio cultus perfectioris erat. (Ioh. 4, Etiam articulus duplicatus τὸν καιρὸν τὸν ἐν. illam tem indicat, qua haec epistola scribebatur. Praepo εἰς h. l. ut saepius, inprimis cum ad tempus designan adhibetur, notat: *usque ad* id. qd. μέχρι v. 10. Matth 22. Act. 20, 38. ubi v. not. cf. *Fischerus* Animadv *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 151. *Vigerus* p. 592. ed. *H* Alexandrini interpretes Hebr. עַד modo verterunt εἰς, do ἕως v. Ex. 16, 23. 24. Levit. 25, 22. Caeterum par pium praeteriti ἐνεστηκὼς per syncopen ἐνεστὼς vim h praesentis, ut Rom. 8, 38. 1 Cor. 7, 26. Gal. 1, 4. 2 Thess. 3, 1. καθ' ὃν *quo* (vid. *Fischerus* l. l. p. 1 refer ad καιρὸν τὸν ἐν. Theophylactus: καθ' ὃν κα τοιαῦται θυσίαι προσφέρονται. Pro καθ' ὃν in aliis li extat καθ' ἣν (scl. παραβολὴν) quam lectionem, e semate ortam, etiam interpres Vulgatus (vertit: *para — iuxta quam*) et Oecumenius exhibent. δῶρα καὶ θυ προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κ. τ. λ.] *dona et sacri offeruntur.* δῶρα καὶ θυσίαι vid. quae ad 5, 1. notavi Significantur sacrificia piacularia, cum Christi sacrifici quocum haec δῶρα et θυσίαι conferuntur, piaculare fu Poterat noster scribere δυνάμενα. Graeci enim nomin neutris et masculinis et femininis pluralibus adiun adiectiva neutra pluralia Xen. Cyr. 7, 5. 21. τοὺς μὲν ἔχοντας παῖδας, ἢ γυναῖκας συναρμοζούσας, ἢ παιδ ἔγνω φύσει συνηναγκάσθαι ταῦτα μάλιστα φιλεῖν. P Lib. 3. de Vit. Mos. p. 675. C. τὴν τράπεζαν, τὰ σπονδ καὶ τὰς φιάλας, πρὸς θυσίας χρήσιμα. add. Act. 8, Exempla plura congessit *Fischerus* l. l. Vol. 3. P.

136 sq. Sed scriptores Graeci addunt etiam nominibus femininis et neutris pluralia participia feminina Hom. Il. β', 136 sq. αἱ δέ που ἡμέτεραι τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα εἵατ' ἐνὶ μεγάροις ποτιδέγμεναι. vid. infra 10, 8. *Er. Schmidius* putat, ep. auctorem scripsisse δυνάμεναι, quod proxime praecesserit θυσίαι. μὴ δυνάμ. κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα] *non possunt sacris operantem, quod conscientiam attinet, consummare*, sacrificium piaculare conscientiam (λατρεύοντος vid. ad 9, 1.) illud offerentis penitus tranquillare non potest. Conscientia peccatoris eum peccati accusat, coram Deo reum pronuntiat, metu poenae torquet Rom. 2, 14. 15. Conscientia τελεία, consummata, talis qualis esse debet (cf. quae ad 2, 11. disputata sunt), e mente scriptoris nostri eius est, qui certa fiducia credere potest, et credit, se expiatum esse, plenam peccatorum veniam sibi contigisse, Deum sibi esse propitium cf. 10, 1-4. Commode igitur verba μὴ δυνάμ. συνείδ. τελειῶσαι reddi possunt: sacrificia conscientiam perfecte tranquillare nequeunt. Sacrificia neminem de Numinis favore satis certum reddebant, liberationem a poena civili conciliabant v. *Michaelis Mos. Recht Th.* 5. §. 244. p. 72. *Iahnii biblische Archaeologie Th.* 3. §. 95. p. 373. *Griesbachii* Opuscc. Vol. 2. p. 438. Iudaei ipsi per prophetas edocti sciebant, Deum sacrificiis, sine pia et casta mente, non delectari Ies. 1, 11 sqq. Hos. 6, 6. Mal. 3, 3 sq. Hebr. 10, 5 sq. Philo Lib. quod det. pot. insid. p. 159. B. πεπλάνηται γὰρ οὗτος τῆς πρὸς εὐσέβειαν ὁδοῦ, θρησκείαν ἀντὶ ὁσιότητος ἡγούμενος, καὶ δῶρα τῷ ἀδεκάστῳ διδοὺς — γνήσιοι δ' εἰσὶν αἱ ψυχῆς ψιλὴν καὶ μόνην θυσίαν φερούσης, ἀλήθειαν *aberrat longissime a via pietatis, in cerimoniis sanctitatem collocans, et munera ac hostias dans ei qui his non capitur — cum anima solum et unicum sacrificium offert, nempe integritatem.*

10. Sacrificia non possunt conscientiam tranquillare, quae *tantum una cum ciborum, potionum usu, lotionibus, et legibus sanctitatem externam spectantibus, usque ad tempus emendationis iniuncta sunt*, valere debebant. Col. 2, 16. 17. Particulam καὶ ante δικαιώμασι omittunt AD* 6.

17. 27. 31. 73. 80. vers. Syr. Erp. Copt. Sahid. Arm. clar. germ. Cyr. omittunt, iidem et B. 67** legunt δικαιώματα. *Griesbachius*, cuius auctoritatem secutus est *Schottus*, post βρώμασι incisi notam posuit, et particula καὶ omissa, (quam *Vaterus* uncinis inclusit) vulgatam lectionem δικαιώμασι σαρκὸς retinuit, cui tamen aequalem iudicavit lectionem δικαιώματα, quam probarunt *Millius* Prolegg. n. 1355. *Bengelius* Apparat. Crit. p. 415. *Peircius* (*quae erant praecepta* imposita, subintelligit ἅτινα ἦν mel. ἅτινά ἐστι), *Chr. Frid. Schmidius* (qui similem appositionem casus recti et obliqui locum habere monet Apoc. 1, 5. Luc. 22, 20.), *Valckenarius*, al. *Knappius*, omisso καὶ in textum recepit lectionem δικαιώματα σαρκὸς. Vulgatus interpres legit ἐπικειμένοις, ut cohaereat cum δικαιώμασι, vertit: *et iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis impositis.* Equidem cum iis interpretibus facio, qui particulam καὶ ante δικαιώμασι, omittendam esse censent, quod autem reliqua verba attinet accedo *Wolfio*, *Carpzovio*, *Matthaeio*, *Cramero*, *Storrio*, *Böhmio*, qui, neque interpunctionis, neque lectionis mutatione opus esse contendunt. Etenim lectiones variae, quas codd. exhibent, originem suam debent librariis, quibus constructio durior videbatur, δῶρα καὶ θυσίαι — δυνάμεναι — ἐπικείμενα. Itaque alii cum legerent ἐπικείμενα, corrigebant δυνάμενα, alii scribebant ἐπικείμεναι, propter praecedens δυνάμεναι, alii, qui in libris suis reperirent ἐπικείμενα, cum nescirent, quo referrent, reponebant δικαιώματα. Comma post βρώμασι a *Griesbachio* positum, ut probe monuit *Böhmius*, e falsa interpretatione praepositionis ἐπὶ *praeter*, ortum est, qua admissa καὶ esset id. qd. *etiam.* Voci ἐπικείμενα, anacoluthon inesse observavit *Heinrichsius;* cum ea pertineat ad verba v. 9. δῶρα καὶ θυσίαι, adeoque scribendum fuisset ἐπικείμεναι, ut v. 9. δυνάμεναι. Praeivit *Cramerus*, qui tamen minus recte ἐπικείμενα ad δικαιώμασι referendum esse statuit. Laudavit hanc in rem locum Xen. Mem. [2, 6. 26.] εἰ ἐξῆν τοῖς κρατίστοις συνθεμένους ἐπὶ τοὺς χείρους ἰέναι, ubi *Herbstius* monuit, accusativum participii poni infinitivi (ἰέναι) potius habita ratione, quam subiecti quod vocant

). add. ib. 1, 1. 9. Verba huius v. cum praecedente *arius*, (qui legit ἐπικειμένοις) *Peircius*, alii ita coniunt: *quae sacrificia non poterant perfectos reddere*, *quod conscientiam attinet*, *colentes* (Deum) *cibis solum* (ἐπὶ ἐν) *et potionibus*, *et variis ablutionibus* etc. Quae taconstructio coacta est, et orationem obscuram reddit, terea λατρεύειν significat *sacrificia* nominatim *piacu- offerre*, et ἐπικείμενα referri debet ad verba δῶρα θυσίαι v. 9. de quibus potissimum sermo est. Praetionem ἐπὶ *Heinrichsius* alii, vertunt: *ita ut consistant* onviviis solennibus, ut ἐπὶ conditionem indicet, alii, in *Schulzius: ratione habita* ciborum etc. alii *praeter*. ius plerique interpretes convertunt: *cum*, *nebst*, quo ificatu Hebr. particula על et in versione Alexandrina legitur Ex. 32, 11. (12.) μήποτε ἐλθὼν πατάξῃ με, καὶ ἔρα ἐπὶ τέκνοις. Hos. 10, 14. μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἐδάαν. In exponendis verbis βρώμασι καὶ πόμασι *cibis otionibus*, interpretes variant. Ac plures quidem βρώα explicuerunt de abstinentia ciborum vetitorum, πόα de vini aliusque potus inebriantis usu, Nasiraeis v. . 6. et sacerdotibus sanctuarium, ut munere suo funntur, ingressuris Lev. 10, 9. interdicto. Contra vero uerunt *Peircius* et *Michaelis* in vers. vernac. abstinen- ciborum vetitorum puros quidem *servasse* Iudaeos, non *fecisse*, et ex verbis v. 9. τελειῶσαι κατὰ συνείν, evidenter apparere, sermonem esse h. l. de eo, quis legalem externam sanctitatem consequatur, comorari etiam lotiones varias, quibus contaminati purli essent. Quare alii, in his *Michaelis*, *Storrius*, *Heinrius* per βρώματα καὶ πόματα intellexerunt convivia nnia, sacra, quae iuncta esse solebant sacrificiis, quae ultum Dei pertinebant, et faciebant ad sanctitatem lem conciliandam v. 1 Cor. 10, 18. ibique interpp. v. *haelis Mos. Recht Th.* 2. §. 143. *Th.* 4. §. 189. 190. *nii biblische Archäologie Th.* 3. §. 95. §. 98. p. 385. §. . p. 396. Scilicet in sacrificiis eucharisticis v. Num. 18, 18. certae victimarum partes in altari comburebantur, s partes sacerdos accipiebat, reliquae tradebantur sa-

crificium facienti, qui de iis epulas sacrificas instituebat v. Levit. 7, 11. Deut. 12, 17 sq. Carne sacrificiorum piacularium minorum, hominum singulorum solis sacerdotibus vesci permissum erat v. Levit. 6, 22 sq. 7, 6. 7. 10, 16-18. *Iahnius* l. l. §. 109. p. 389. De carne autem sacrificiorum piacularium maiorum vid. Levit. 4, 3-21. et sacrificii quod die expiationis solenni offerebatur, ne sacerdotibus quidem comedere licebat. Sed hoc nostro loco sermo est de sacrificiis piacularibus, et de sacrificio a pontifice die expiationis offerendo coll. v. 7. 9. nec de sacerdotibus tantum, sed de Israelitis omnibus. Rectissime igitur *Böhmius* per βρώματα et πόματα intelligit *esculenta* et *potulenta*, in quibus lege Mosaica licitis illicitisve vid. Levit. 11, 34 sqq. 17, 15. Col. 2, 16. facile a Iudaeis, ita ut expiatione quadam Levitica opus esset, peccari poterat. Inepte *Peircius* βρώματα et πόματα ad sacrificia refert, quae dicta sint לֶחֶם אֱלֹהִים *cibus Dei*, et πόματα explicat de vino in libationibus oblato. καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς] *et variis generis lavationibus*. Aliae erant lavationes sacrae sacerdotum et Levitarum, aliae hominum quorumcunque lege Levitica impurorum, et utraeque rursus variae v. Lev. 11, 24 sq. 14, 7. 8. 15, 13. 16, 4. 26. Num. 8, 21. 19, 19. hinc addidit ep. auctor διαφόροις *variis*, ut διάφορος legitur ap. Xen. Mem. 1, 3. 2. et saepius alias. δικαιώμασι σαρκὸς] *institutis corpus spectantibus*, non animum et conscientiam. Qui particulam καὶ retinendam putant, supplent ἄλλοις (dura ellipsis!), vertunt: *et aliis eiusmodi institutis*, atque haec verba referunt ad circumcisionem, celebrationem diei septimi, et huius generis instituta alia. μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα] Nomen διόρθωσις indicat *correctionem*, *emendationem* Ier. 7, 5. ἐὰν διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν *si emendaveritis vitae vestrae rationem*, in textu Hebr. ibi extat הֵיטִיב. Sap. 9, 18. καὶ οὕτως διωρθώθησαν αἱ τρίβοι τῶν ἐπὶ γῆς *ut hominum mores emendentur*. Per καιρὸν διορθώσεως intelliguntur tempora Messiae, Christi tempora, quibus facilis ad Deum aditus aperitur, et melior eum colendi ratio inducitur coll. v. 8. Perfectiorem Dei cultum, novam legem Iudaei a Messia exspectabant

r.. *Bertholdti* Christologia p. 164. not. 3. Theophylactus: ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τοῦ μέλλοντος διορθώσασθαι ταῦτα, καὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ πνευματικὴν λατρείαν ἐπεισαγαγεῖν. Participium ἐπικείμενα *imposita, iniuncta* coniungendum cum adverbio μόνον. Leges et ritus saepius cum iugo, onere comparantur v. Matth. 11, 29. 30. Act. 15, 28. Theophylactus: ἐπεὶ δὲ ζυγὸς ἦν ὁ νόμος βαρύς, εἰκότως εἶπε τὸ, ἐπικείμενα.

11. Christus pontifex coelestis, qui non hostiarum, sed suum ipsius sanguinem Deo obtulit, conciliavit in perpetuum peccatorum veniam v. 11-15. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν] *Christus vero cum prodiisset pontifex futurorum bonorum.* Chrysostomus: Χριστὸς δέ, φησι, παραγενόμενος ἀρχιερεύς· οὐκ εἶπε γενόμενος, ἀλλὰ παραγενόμενος, τουτέστιν, εἰς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐλθὼν, οὐχ ἕτερον διαδεξάμενος *non dixit* γενόμενος (*i. e. cum factus esset*), *sed* παραγενόμενος *i. e. cum accessisset h. e. cum ad hoc ipsum venisset, non alteri successisset. Carpzovius* παραγενόμενος explicuit: *succedens* Levitico pontifici cerimoniarum, pontifex ipse verae expiationis. Haec vero verbi παραγίνεσθαι significatio probari nequit, nec loco Philonis Lib. 1. de Vit. Mos. p. 615. D. quem *Carpzovius* attulit; nam ut *Loesnerus* ad h. l. docuit, verba: παραγενόμενοι δ' εἰς Αἴγυπτον γνώμῃ καὶ ψυχῇ μιᾷ notant: *ingressi in Aegyptum unanimiter.* Significat παραγίνεσθαι *advenire*, ut Marc. 14, 43. Luc. 12, 51. adhibetur etiam de doctoribus qui *in publicum prodeunt* v. 1 Macc. 4, 46. Matth. 3, 1. H. l. verba Χριστὸς δὲ παραγενόμενος κ. τ. λ. interpretanda sunt hunc in modum: cum Christus has in terras venisset, eum in finem, ut, morte superata (διὰ αἵματος ἰδίου v. 12.) fieret pontifex cui deberemus bona futura. (Christum his in terris pontificis munere non esse perfunctum, ad 8, 1. ostendimus.) Theophylactus; ὁ σκοπὸς τοῦ παραγεγονέναι αὐτὸν εἰς τὴν γῆν, ἡ ἀρχιερωσύνη ἦν, *finis adventus ipsius in terram pontificatus erat.* τῶν μελλόντων ἀγαθῶν est genitivus, qui dicitur caussalis Ioh. 6, 35. ἄρτος ζωῆς i. ἄρτος ζωὴν διδούς. Phil. 4, 9. Θεὸς τῆς εἰρήνης *qui pacem largitur*

vid. *Glassius* Philol. S. p. 76. *Perizonius* ad Ael. H. V. 3, 25. 5. Sed per τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ intelligi debent aditus ad Deum facilis v. 8. expiatio in perpetuum valitura v. 12. 10, 4. animi tranquillitas v. 9. 10, 2. 3. felicitas aeterna v. 15. Ita praestitit Christus, quae per cultum Leviticum, et sacrificia quotannis offerenda praestari et effici non poterant v. 13. atque haec bona dicuntur μέλλοντα, quoniam eo tempore, quo cultus Leviticus florebat, *futura* erant, ad καιρὸν διορθώσεως reservata v. 10. quare etiam 10, 1. cultui Levitico, qui illa bona adumbrabat vid. 9, 9. 10. opponuntur; et quoniam illo tempore, quo epistolae conditor scribebat, Hierosolymis et templo nondum dirutis, cultus Leviticus adhuc vigebat cf. etiam notata ad 2, 5. 6, 5. Non ergo cum *Böhmio*, aliis, haec verba tantum de beatitate aeterna explicanda sunt. *Mangeius* ad Philon. T. 1. p. 107. pro μελλόντων legendum esse coniecit μενόντων, sine omni idonea ratione. διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς] np. εἰσῆλθεν, quocum verbo, quod v. 12. extat, haec verba cohaerent. *Per maius et perfectius tabernaculum — intravit adytum coeleste* v. 12. coelum summum, Dei sedem. *Böhmius* particulam διὰ *per* h. l. adhibitam esse putat, non de loco et spatio, de exterioribus quasi quibusdam coelestis sanctuarii partibus, sed de hoc ipso toto, quo quasi instrumento I. M. suum sacrificium offerens, usus sit, ut adeo διὰ idem valeat quod ἐν *vermittelst*, ut v. 12. 9, 26. 10, 10. *vermittelst eines höhern und vollkommnern Zeltes.* *Schulzius* verba interpretatus est: *Christus tritt auf, als der Hohepriester für die zukünftigen Güter vermöge* (διὰ) *des höhern und vollkommnern Zeltes — und ist — mit seinem eignen Blut ein für allemal in das Heiligthum eingegangen;* Christus prodiit, futurorum bonorum sacerdos per tabernaculum altius et perfectius, — et intravit adytum. Hae vero interpretationes gravi duritie laborant, et cum universo loci consilio conciliari nequeunt. Etenim scriptor Christi pontificis introitum in adytum coeleste cum pontificis Iudaeorum ingressu in adytum tentorii s. templi comparare voluit. Iam vero pontifex per τὴν σκηνὴν τὴν πρώτην per anterius ta-

bernaculum intrabat adytum ut v. 5. 6. legitur; ut ergo comparatio omnibus numeris et partibus absoluta appareret, sequi debebat (id quod etiam sequitur): Christus vero per τὴν σκηνὴν τελειοτέραν intravit adytum coeleste τὰ ἅγια v. 12. Itaque in aprico positum est, scriptorem per τὴν σκηνὴν τελειοτέραν significare voluisse exteriores adyti coelestis partes. Hanc interpretationem apprime confirmat locus parallelus 4, 14. vid. quae ibi observavimus. Praepositio διὰ verbo εἰσέρχεσθαι iuncta, motum per locum indicat, ut Matth. 7, 13. cum verbo διέρχεσθαι copulata Matth. 13, 24. Luc. 4, 30. 2 Cor. 1, 16. cum verbo πορεύεσθαι Marc. 2, 23. Exempla alia quaerentibus dabit *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 174. Alii, ut *Beza*, *Grotius*, *Seb. Schmidius*, *Peircius*, *Bengelius*, *Ernestius*, praeeuntibus Oecumenio (σκηνὴν τὸ σῶμα Χριστοῦ λέγει) et Theophylacto, per τὴν σκηνὴν intellexerunt Christi corpus coll. 10, 19. 20. Cui explicationi vel hoc obstat, quod ea admissa, ingrata existeret tautologia, cum sic v. 12. idem repetitum esset. Ex iis, quae supra animadvertimus, etiam satis luculenter apparere arbitramur, improbandam esse eorum sententiam, qui τὴν σκηνὴν explicant de *ecclesia christiana*, ut *Cramerus*, aut de *mundo*, in quo sanctum repraesentet *terram* et *omnem ecclesiam*, sanctissimum autem, *coelum*, quae sunt verba *Carpzovii* ad h. l. μείζονος per sanctuarium *maius*, amplius, patentius, τελειοτέρας et *perfectius*, praestantius. Alii μείζων reddunt *praestantius*, ut addito vocabulo τελειοτέρας, accuratius vis et potestas vocis μείζονος constituta sit. οὐ χειροποιήτου] *non manu*, arte humana, *exstructum*: χειροποίητον de iis dicitur, quae opera et arte humana facta sunt ut ap. Xen. Anab. 4, 3. 4. ὁδὸς — ὥσπερ χειροποίητος. add. Herodi. 5, 3. 10. Ael. H. V. 3, 1. οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτόματα. Heliodor. Lib. 2. p. 111. Comelin. καὶ καθ' ἣν νύκτα συγκατεκλίθη τῷ γήμαντι, κατ' αὐτὴν ἡ δυστυχὴς ἐτελεύτα, σκηπτοῦ τινος, ἢ χειροποιήτου πυρὸς τοῖς θαλάμοις ἐμπεσόντος *eadem autem nocte, qua marito accubuerat, mortua infelix, cum fulmen quoddam, seu manu excitatus*

ignis in cubile incidisset. τουτέστιν οὐ ταύτης τῆς κ
hoc est, non huius structurae terrenae, sed coele
ἔπηξε αὐτὴν ὁ Κύριος 8, 2. Alii vertunt: non pertii
res creatas, quas nunc videmus. Al. non huius stru
qualis est sanctuarii Iudaici. *Wassenberghio* in D
Glossis N. T. praemissa *Valckenarii* Scholis in N. '
1. p. 79 sq. haec verba glossema redolere videntur.
bum κτίζειν etiam ita ponitur ut notet *exstruere, ae
re* ut ita legitur in versione Alexandrina Levit. 16,
σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τῇ ἐκτισμένῃ ἐν αὐτοῖς. 3 F
53. κτίσαι τὴν πόλιν.

12. Praepositio διὰ Genitivo iuncta, saepius i
qua ratione aliquid fiat, aut factum sit, et h. l. mo
rationem declarat, qua Christus coeleste adytum intr
δι' αἵματος *per* i. e. *cum* (ἐν) sanguine, ut Rom.
διὰ προσκόμματος cum offensione add. 1 Cor. 16,
6, 18. infra v. 22. legitur ἐν αἵματι v. 25. ἐν αἵμα
λοτρίῳ. v. 7. οὐ χωρὶς αἵματος. Hebraei ita utunt
ticula ב v. 1 Sam. 1, 24. Hos. 5, 6. δι' αἵματος τ
καὶ μόσχων *cum sanguine hircorum et iuvencorum* vi
ad v. 5. μόσχος iuvencus v. 13. ταῦρος. Levit. 16, 3.
habent μόσχων ἐκ βοῶν. εἰς τὰ ἅγια in adytum co
αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος] *comparavit expiatione*
niam peccatorum, *perpetuo valituram* cf. 7, 25. 5,
11-14. vid. et not. ad 9, 9. extr. λύτρωσις Hebr.
Levit. 25, 48. ut ἀπολύτρωσις Eph. 1, 7. Col. 1,
liberationem a peccatorum poenis, paratam per
mortem cruentam, declarat. εὑράμενος part. aor. 1
per syncopen pro εὑρησάμενος. Forma εὑράμενος
ticis aliena est v. *Albertius* ad h. l. *Fischerus* Anin
ad *Weller.* Vol. 2. p. 435. Vol. 3. P. 1. p. 95. et *Lol*
ad Phrynich. p. 139 sq. In nonnullis libris extat ει
νος, et hanc lectionem in ordinem recepit *Vaterus.*
recte *Griesbachius, Matthaeius, Schottus, Knappiu*
ctionem εὑράμενος, plurium optimorumque codicu
ctoritate confirmatam retinuerunt. Verbum autem
σκεσθαι non tantum denotat *impetrare,* sed etiam ut
מצא v. Hos. 12, 9. *acquirere, parare,* ut h. l. Act.

ubi v. nos. Ioseph. Ant. 1, 19. 1. πάππου δόξαν ἀρετῆς μεγάλης εὑραμένου. Exempla plura dant *Kypkius* ad h. l. *Dorvillius* ad Chariton. p. 209. *Dawes*. Misc. Crit. p. 258. *Valckenarius* ad Herodot. p. 693. 73.

13. Christum parasse expiationem perpetuo valituram, iam porro scriptor confirmat. Sequitur conclusio, quam dicunt, a minori ad maius. *Quodsi enim sanguis taurorum, et cinis iuvencae homines pollutos, iis adspersus, purgat, ut puritatem externam consequantur, quanto magis Christi sanguis* etc. σποδὸς δαμάλεως respicitur ritus a Mose inductus, vid. Num. 19. Aqua cum cinere mixta iuvencae flavidae, cui iugum nondum impositum fuerat, ii, qui cadaver humanum attigerant, tentorium in quo homo mortuus fuerat, et ipsum mortui tentorium conspergebantur, ut puri redderentur. Conferre hic iuvabit quae hanc in rem disputarunt *Deylingius* Obss. Sacr. P. 3. p. 70 sq. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Num. l. l. et *Iahnius* in *bibl. Archaeologie* Th. 3. p. 411. Pro aqua lustrali appellavit scriptor, ut *Böhmius* ad h. l. observavit, ipsum cinerem, „brevitatis caussa, in re lectoribus satis nota, et quod illi satis fuit id, quod bruti esset, commemorasse, quippe his brutis personae I. M. sanctissimae oppositis.“ δάμαλις Hebr. פָּרָה Hos. 4, 16. עֶגְלָה Ies. 7, 21. 15, 2. non tam *vacca* est, quam potius *iuvenca*, aetatis inter vitulam et vaccam mediae, quae annum tertium nondum supergressa erat. ῥαντίζειν id. qd. ῥαίνειν, Suidas: ῥαντίζω, αἰτιατικῇ, ῥαίνω· proprie significat *adspergere*, deinde quia adspergendo lustrabantur, purgabantur res et homines, denotat *mundum reddere, purgare* ut h. l. et 10, 22. respondet Hebr. חִטֵּא Ps. 51, 9. κεκοινωμένους et κοινοὺς *pollutos*, Iudaei dicebant res et personas, quas lex Mosaica impuras declarabat. Hesychius et Suidas: κοινὸν, τὸ ἀκάθαρτον v. Act. 10, 14. Marc. 7, 2. Ioseph. Ant. 13, 1. 1. ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα] *puros reddit ita, ut corporis munditiem efficiat*. De verbo ἁγιάζειν vid. notata ad 2, 11. πρὸς *ita ut efficiatur* cf. de hoc usu praepositionis πρὸς *Schneideri* Lex. in N. T. p. 343. ed. sec. *Wahlii* Clavis πρὸς c) α). τῆς σαρκὸς καθαρότης, cui opponitur v. 14.

τῆς συνειδήσεως καθαρότης, indicat legalem munditiem externam. Scilicet iis, quos lex Mosaica pollutos et impuros declarabat, qui lepra, aliove tetro morbo affecti erant Lev. 14, 15. qui contactu cadaveris Num. 19. contaminati erant, non licebat atrium tabernaculi s. templi adire, cum Israelitis versari; sed lustrati rursus ad atrium tabernaculi s. templi adire, cum aliis conversari, ab iis tangi etc. poterant. Consequebantur ergo sacrificiis, etiam piacularibus ut scriptor noster docet cf. v. 9. 10. et ablutionibus atque adspersionibus puritatem, sanctitatem tantum externam, erant rursus pars populi sancti.

14. πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καθαριεῖ τὴν συνείδησιν κ. τ. λ.] *quanto magis Christi mors purgabit conscientiam vestram a peccatis, ut Deum verum colamus.* Duplicem haec verba interpretationem admittere videntur. Videlicet Christi mors nos purgare, expiare dicitur, aut ita, ut non amplius peccatis sceleribusque indulgeamus, aut ita, ut poenae, quarum caussa sit peccatum, nobis non amplius sint metuendae. Iam negari quidem nequit, literas sacras, ad compescendas cupiditates pravas, et vitam recte agendam propter mortem Christi cohortari, et profiteri vim refrenandi peccata, huic morti inesse, at h. l. haec sententia verbis αἷμα Χριστοῦ καθαριεῖ κ. τ. λ. non exprimitur. Etenim verbum καθαρίζειν, cum ei iunctum est vocabulum ἁμαρτία, significat etiam ex usu loquendi scriptorum sacrorum, *liberare aliquem a poena peccati*, ut 1 Ioh. 1, 7. ubi hanc formulam hoc sensu capiendam esse, e v. 9. satis perspicue patet, ibi enim explicatur per ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας. Sic quoque Hebr. 10, 2. κεκαθαρμένοι appellantur ii, qui peccatorum veniam consecuti sunt. Nec h. l. sermonem esse de mortis Christi vi liberandi a peccati imperio, inde perspicitur, quod v. 12. Christus morte sua aeternam expiationem, αἰωνίαν λύτρωσιν (Eph. 1, 7. ἀπολύτρωσιν, ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν) parasse dicitur, et v. 15. veniam conciliasse delictorum tempore V. T. commissorum. Confirmat vero etiam atque tuetur hanc verborum quam proposuimus interpretationem res ipsa quacum Christus comparatur. Effectus enim mortis Christi [illegible]

fertur cum vi mortis hostiarum, et efficientia cineris iuvencae flavidae, quibus omnibus epistolae auctor tribuit vim, eorum qui se contaminaverant, purgandi *corpus* v. 13. Nemo vero affirmabit, sanguinem victimarum, et cinerem iuvencae ita purgasse Israelitas, ut ea omnia quae ex lege Mosaica polluerent, vitarent, nec in posterum rei fierent. Sed purgatio, his ritibus adiuncta, ut supra vidimus, in eo posita erat, ut qui ex lege impuritatem sibi contraxissent, ab incommodis et poenis, cum hac impuritate coniunctis, liberarentur et sanctitatem externam consequerentur. Iam vero, cum *τὸ ἁγιάζειν πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα* v. 13. liberationem a poenis Leviticis significet; efficitur, *τὸν καθαρισμὸν τῆς συνειδήσεως ἀπὸ νεκρῶν ἔργων*, quem scriptor Christi morti tribuit, in eo consistere, ut nos, impetrata per Christi mortem delictorum venia, eorum conscientia non amplius percellat, poenasque divinas haud amplius extimescamus. Pro *ὑμῶν* in aliis libris legitur *ἡμῶν*, quam lectionem *Griesbachius* vulgatae aequalem iudicavit, et in ordinem recepit *Knappius*. Assentior *Böhmio*, qui apposite monuit, quamvis *ὑμῶν* in hac orationis serie aliquid inexspectatum habeat, hanc tamen ipsam ob caussam facile mutari potuisse in *ἡμῶν*, adeoque vulgatam lectionem *ὑμῶν* retinendam esse, cum in hac inopinata allocutione vehementer ad lectorum Iudaicis sacris plus iusto tribuentium animos feriendos faceret. *εἰς* finem et consilium expiationis indicat v. not. ad 7, 25. *λατρεύειν τῷ Θεῷ* *Deum colere* 12, 28. a cultu Iudaico coll. v. 9. quem scriptor respicit, transfert hoc verbum ad praestantiorem Dei cultum, ad christianae virtutis et pietatis studium. *Θεὸς ζῶν* vid. ad 3, 12.

ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ] *qui per spiritum aeternum se Deo obtulit omni labe carentem.* Pro *αἰωνίου* in nonnull. codd. extat *ἁγίου*, et hanc lectionem exhibent vers. Copt. Slav. Vulg. clar. germ. Cyrill. Alex. Athanasius, Chrysost. Damasc. Oecum. Vocem omittit versio Aethiopica. Sed recepta lectio *αἰωνίου* in plerisque et optimis codd. deprehenditur, formula *πνεῦμα αἰώνιον* inusitata est, *πνεῦμα ἅγιον* in li-

bris N. T. admodum frequens, et v. 8. praecessit. Librarii igitur et grammatici in locum lectionis difficilioris, parum intellectae *πν. αἰωνίου* substituerunt lectionem faciliorem *πν. ἁγίου*, nec dubitari potest quin recte retinendam iudicarint lectionem *αἰωνίου*, tanquam unice veram, *Millius*, *Bengelius*, *Welstenius*, *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Schottus*, *Knappius*, *Valerus*, et interpretes tantum non omnes. De sensu autem verborum *διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν* permagna est interpretum dissensio. Varias huius loci explicationes congessit et examinavit *van der Boon Mesch*, in libello inscripto: Specimen Hermeneuticum in locum ad Hebr. 9, 14. Lugduni Batav. 1819. 8. Nos quidem praecipuas sententias, inter eas etiam a V. D. omissas, afferamus, ita, ut easdem paucis diiudicemus. 1) Interpretes nonnulli antiquiores per *πνεῦμα αἰώνιον* intellexerunt Spiritum S. eximie ita dictum, naturae divinae socium ab aeterno existentem, et verba *διὰ πνεύματος αἰωνίου* vel ad *προσήνεγκε* retulerunt, *impulsu Sp. S. se obtulit*, vel ad *ἄμωμον efficacia Spiritus Sancti. Hyperius* in Comment.: ex eo quod Christus se obtulit, impellente et cooperante Sp. S. recte infertur, quod quia Sp. S. Christo sanctificanti cooperatur, agnoscendum est, spiritualem quoque effectum, nempe purificationem conscientiarum, a sacrificio Christi provenire. Refutata est haec sententia a *Seb. Schmidio* ad h. l. et *Kochio* in singulari dissertatione inserta Bibliothecae Lubecensi Vol. 7. p. 361 sqq. qui monuerunt, consilium scriptoris esse, virtutem sanguinis Christi super virtutem sanguinis et cineris brutorum extollere, sed Sp. S. personam non effecisse ut mors Christi vi sua salutari longe maximeque superaret adspersiones et sacrificia Iudaeorum; et *van der Boon Mesch* l. l. p. 36. animadvertit, si Sp. S. eximie ita dictum intellexisset epistolae auctor, eum potius scripturum fuisse, *διὰ πνεύματος ἁγίου*, et si vel ita scriptum fuisset; interpretationem hac premi difficultate, quod ne ullo quidem in loco N. T. Christus dicatur a Sp. S. impulsus, ut se tanquam victimam Deo offerret ad expianda peccata, sed constantem esse Iesu Apostolorumque doctrinam, eum

iescium et volentem morti obviam ivisse, et sponte sua
ım deposuisse, ut generis humani saluti inserviret. cf.
am 10, 7. 9. 2) Affinis huic sententiae ea est, qua statur, *πνεῦμα* indicare *singularem animi impulsum*, Chri-
voluntatem moriendi liberam, ut Christus dicatur, sua
onte, impulsu interno motus, se Deo obtulisse, victimae
ıcularis loco. Provocant ad Luc. 2, 27. ubi de Simeone
;itur: *ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν*. Ita vero tau-
ogia quaedam existit, nam Christum sponte sua obiisse
ortem, inest verbis: *ὅς ἑαυτὸν προσήνεγκε*, nec satis
rspicitur, quid caussae sit, cur adiecerit scriptor vocem
ώνιος. Frigida etiam procedit sententia: Christi sacrifi-
.m praestantius est sacrificiis taurorum et hircorum, nam
ı sponte, singulari impulsu se *ἄμωμον* obtulit. Prae-
ea, ut *van der Boon Mesch* p. 67. observavit, nullus
tat locus, quo haec vocis illius significatio nitatur.
amquam enim minime invitus, sed lubenter Iesus mor-
ı subiit; nequaquam suo arbitrio, vel eiusmodi impul-
ne, sed ex voluntate et mandato patris se passum et
rtuum esse, saepius et aperte dixit Ioh. 10, 17. 18. 14,
— 3) Haud pauci interpretes, quorum in numero sunt
za, *Wolfius*, *Peircius*, *Carpzovius*, *C. Fr. Schmidius*,
ıldenhauerus, *Cramerus*, *Morus*, *Schulzius*, *Böhmius*,
;e *πνεῦμα αἰώνιον divinam Christi naturam* h. l. decla-
i statuunt. Vertunt: *qui per s. propter suam naturam*
inam se Deo obtulit victimam labe carentem s. perfe-
ım. *Böhmius*, qui verba interpretatur: *qui per spiritum*
ındam aeternum se ipse obtulit intemeratum, ceu ho-
ım, *Deo;* observat, non satis accurate ex N. T. doctri-
πνεῦμα appellari *divinam naturam*, intelligi tamen di-
ıum in Iesu, et *αἰώνιον* praeexistentiam Messianam
nplecti, et cum articulus desit, verba reddenda esse:
r *spiritum quendam*. Sed cf. 2, 4. ubi legitur *μερισμοῖς*
εύματος ἁγίου. 6, 4. *μέτοχοι πνεύματος ἁγίου*. Qui voce
εῦμα divinam Christi naturam designari contendunt, pro-
ıcant inprimis ad Rom. 1, 4. (ubi cum *πνεύματι* opponatur
ὰρξ, quo vocabulo Christi humana natura designatur, vo-
πνεῦμα indicatur *sublimior Christi natura*, ὁ λόγος qui

σὰρξ ἐγένετο v. Prolegg. praemissa commentario nostro in Ioh. p. 103. ed. 3.) 1 Cor. 15, 45. 1 Tim. 3, 16. Sed contra hanc loci nostri interpretationem monuerunt alii, licet concedatur, aliis in locis N. T. vocabulum *πνεῦμα* sublimiorem Christi naturam designare, inde tamen non consequi, eodem sensu etiam h. l. illud vocabulum accipiendum esse, nam illorum locorum et nostri, longe diversam esse rationem, neque h. l. *σαρκὶ* opponi *πνεῦμα.* cf. etiam *van der Boon Mesch* l. l. 4) *Grotius*, *Limborchius*, *Rosenmüllerus*, *Heinrichsius*, al. nomen *πνεῦμα* h. l. eo significatu accipiunt, ut sit *vita*, atque adeo verba *διὰ πνεύματος αἰωνίου* valeant: *per vitam aeternam*, *vita aeterna praeditus.* Ad hunc vocis *πνεῦμα* significatum comprobandum laudant 3 Macc. 6, 24. *ἐμὲ αὐτὸν τὸν ὑμῶν εὐεργέτην ἐπιχειρεῖτε τῆς ἀρχῆς ἤδη καὶ τοῦ πνεύματος μεθιστᾷν.* add. 2 Macc. 7, 22. Ies. 38, 12. ubi in versione Alexandrina *πνεῦμα* respondet Hebr. חיים. Schol. ad Sophocl. Trachin. 1167. *πνεόντων· τῶν ζώντων, πνεῦμα γὰρ ἡ ψυχή.* Monent, epistolae auctorem praestantiam Christi sacerdotis multis in locis inde repetere, quod in aeternum vivat, ut 5, 6. 6, 20. 7, 16. 17. 24. 25. 28. Sensum ergo loci hunc in modum constituunt: quodsi iam victimae vulgares, quae animam efflant, efficere possunt munditiem externam, quanto magis mors Christi, qui se ipsum obtulit, vita aeterna praeditus, qui oblato sacrificio perpetuo vivit, quanto magis hoc eius sacrificium perfectum efficiet munditiem internam, conscientiam nostram a peccatis purgabit, ut adeo *διὰ πνεύματος αἰωνίου* sit id. qd. *κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου.* Haec vero interpretatio vel propterea improbanda videtur, quod *ἄμωμος* de perfectione morali, 7, 26. pluribus verbis notata, intelligi debet, et in hac epistola, ut *van der Boon Mesch* annotavit, non vitae Christi aeternae, aut ut nonnulli volunt, *δυνάμει* in aeternum vivendi, sed eius morti tribui solet *καθαρισμὸς τῶν ἁμαρτιῶν* 1, 3. 9, 15 sqq. coll. 12, 24. 10, 10. 14. 5) Anonymus (*Döderleinius* v. eiusd. Institut. theol. christ. §. 231. Obs. 1.) in *Eichhornii Repertorium für bibl. u. morgenl. Literatur Th.* 2. p. 19 sq., *Storrius* ad h. l. et Opusc.

Vol. 2. p. 200. per *πνεῦμα αἰώνιον* intelligunt, *beatiorem ad quam Iesus evectus est conditionem*, ut sensus sit: qui in conditione sua beatiori in aeternum duratura, se Deo obtulit victimam perfectam, labe carentem. Sed neque *Döderleinius* neque *Storrius* satis docuerunt, hanc explicationem usui loquendi consentaneam esse. 6) *Reuterus* in explicat. loci ep. ad Hebr. 9, 14. Lips. 1794. 4. qui lectionem *ἁγίου* praefert, sed argumentis parum idoneis defendit, verba *πνεῦμα ἅγιον perfectissima mentis animique sanctitate* explicat, et verbis huius v. sententiam substituit hanc: quanto magis Christus, qui pro summa, qua ornatus erat animi mentisque sanctitate, Deo sese obtulit sanctissimum sacrificium, sanctos quoque reddere poterit animos nostros. *Reuteri* sententiam probavit *Dindorfius*, *πνεῦμα* intelligit *de integritate*, *perfectione morali* quae in Iesu vitiositatis experte fuerit. Rectissime vero contra monuit *van der Boon Mesch* p. 86 sq. *πνεῦμα* h. l. non opponi *σαρκὶ*, neque in hac ep. *σὰρξ* dici de vitiositate; vocabulo *πνεῦμα* eo significatu accepto, non convenire epitheton *αἰώνιον*, et ingratam sic oriri tautologiam: Christus se obtulit Deo inculpatum, per integritatem animi, perfectionem moralem, neque 7, 26. (ad quem locum *Dindorfius* provocat) extare vocabulum *πνεῦμα*. 7) *Linkius* in commentat. ad Hebr. 9, 14. Lips. 1790. 8. verba: *διὰ πνεύματος ἁγίου* vertenda putat: *secundum vaticinia eaque antiquissima*, s. *prouti iam monuerunt divina oracula antiquissima.* Observat, *πνεῦμα* saepius significare *revelationem divinam*, *oraculum divinum*, *vaticinium*, et praepositionem *διὰ* idem valere quod *κατά*. Etiam *Plankius* in Diss. de vera natura atque indole orationis Graecae N. T. Gotting. 1810. 4. inserta Commentationibus a *Rosenmüllero* etc. editis, Vol. 1. P. 1. p. 189. verba nostra explicat de Messia, qui *ad scripturae oracula* semetipsum, tanquam victimam labe carentem Deo obtulit, ut *πνεῦμα ἅγιον* intelligatur de *Spiritu divino* in iis prophetis, quorum oracula ad Christi mortem transferebantur ut Ies. 53. et alia. Sic *διὰ* adhiberi notat Rom. 2, 12. *διὰ νόμου κριθήσονται ad legis severitatem iudicium consecuturi sunt*,

praeterea attributum *αἰώνιον*, saepius de prophetis \
audiri, *οἱ προφῆται ἀπ᾽ αἰῶνος* Luc. 1, 70. Act. 3, 21.
si haec scriptoris mens fuisset, aliter haud dubie eam
pressisset, sicuti dilucidius scripsit 9, 8. *τοῦτο δηλοῦ
τοῦ πνεύματος ἁγίου.* 8) Ex *Noesselti* sententia,
eiusd. Opuscc. Fasc. 1. p. 341 sqq. *πνεῦμα αἰώνιον* es
ctima aeternam vim habitura. Vocabulo, inquit, *πνι*
ut Hebr. רוּחַ insunt perfectionis, excellentiae, roboris
tiones, (quam in rem ad Pauli usum loquendi prov
et h. l. scriptor non modo *rem*, quam animo propos
habebat exprimere voluit, sed etiam *rei modum*, ade
non usus est vocabulo *θυσία*, sed *πνεῦμα*, ut sacr
excellentiam simul exprimeret. Hanc sententiam c
probavit et uberius exornavit *van der Boon Mesch* l.
101 sqq. nomine *πνεύματος* insigniri censet eam victin
quae *animos* a culpa et poena peccatorum liberet, *αἰώ*
autem *πνεῦμα* dici statuit, propterea, quod *victima* a C
sto *semel* tantum *oblata*, *sine repetitione valeat ad*
pianda peccata, ac praeterea notat, epistolae aucto
ea argumenta, quibus ad indicandam singularem sacri
a Christo oblati praestantiam prae sacrificiis legis Mc
cae sparsim in hac epistola usus sit, in haec paucis
verba contraxisse et coniunxisse. Huic vero V. D.
tentiae (liceat verba *Winzeri* Commentat. 1. de sacer
officio, quod Christo tribuitur in ep. ad Hebr. Lips. 1
4. p. 15. mea facere) eadem quae ipse opposuit aliis, r
opponi posse videntur; unum hoc, quod ista *πνεύμα*
interpretatio ab usu linguae abhorreat, alterum hoc, q
illa admissa, inanis oriatur tautologia eiusdem sentent
Christus se tanquam victimam labis expertem Deo ob
per victimam omnibus numeris absolutam, eamque in ae
num valituram. Nam si vel maxime statuatur appell
πνεύματος magis ad *praestantiam* sacrificii, quam ad
crificium ipsum spectare, tamen *sacrificii* notio, quae
inest in verbo *προσήνεγκεν*, non excluditur. Praet
longe durissima foret locutio: *per victimam* se victin
obtulit. *Winzerus* vocabulum *πνεῦμα* de *Spiritu di*
intelligendum putat, ita, ut *Christus divino Spiritu mov*

atque impellente (vid. supra n. 1.) *semetipsum tanquam victimam obtulisse* dicatur, quemadmodum alibi eodem Spiritu repletus, docuisse, miracula patrasse, aliaque plura fecisse legitur; vel *Spiritus ille hoc effecisse* statuatur, ut *integrum se Christus offerret Deo.* 9) Mea sententia verba explicanda sunt: qui aeterna vi divina adiutus, se ipsum tanquam victimam labe carentem Deo obtulit. Voces *πνεῦμα, πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα ἅγιον* saepius in libris N. T. *vim divinam* significant, et Christus vi divina instructus, adiutus dicitur v. Matth. 12, 28. Luc. 4, 18. cf. etiam not. ad Matth. 3, 11. 16. et Iudaei statuebant Messiam Sp. Sancto repletum atque *vi et virtute eius aeterna*, in assequendis summis muneris sui salutaris finibus ductum iri v. *Bertholdti* Christologia p. 149. 151. Inprimis nostrum respexisse arbitror extremum vitae Christi terrenae tempus v. Matth. 26, 38. Luc. 22, 41 sq. 44. coll. Hebr. 5, 7.

ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ] Prima ac propria vocabuli *ἄμωμος* significatio est *maculae expers.* Sic legitur ap. Theocrit. Idyl. 18, 25. de puellis Spartanis: *τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος ἐπεί χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ ex his nulla vitio* (corporis) *caret, si cum Helena comparatur;* de sacerdotibus, qui sine vitio corporis esse debebant 1 Macc. 4, 42. coll. Levit. 22, 19. de victimis, quae omni macula labeque carere debebant v. Levit. 21, 17. saepius occurrit ap. Philonem v. *Loesnerum* ad h. l. et in versione Alexandrina Ex. 29, 2. Levit. 1, 10. 22, 20. ubi respondet Hebr. תָּמִים add. 1 Petr. 1, 19. Deinde hoc vocabulum per metaphoram indicat: *vitii, peccati labe carentem* Col. 1, 22. Iud. 24. quo sensu h. l. de Christo accipiendum est, qui se tanquam victimam labe carentem Deo obtulisse dicitur coll. 7, 26. 9, 7. *προσενέγκας τῷ Θεῷ* v. not. ad 8, 1.

15. Epistolae auctor, quo mortem Christi defendat contra eos quibus offensioni esset, ac propterea de religionis christianae veritate dubitarent, iam huius mortis necessitatem demonstrat, qua demonstrata ad coelestem Christi pontificatum antea laudatum redit v. 24. Verba

autem quae inde a v. 15. usque ad v. 18. leguntur, ab interpretibus vario modo explicata sunt. Ac plures quidem vocabulo διαθήκη notionem foederis, sed v. 16. 17. (quos versiculos parentheseos nota includunt) notionem testamenti tribuendam esse iudicarunt; alii (in his *Limborchius*, *Medhurstius* de vera τοῦ διαθήκης in Scriptura S. significatione, in Biblioth. Hagana T. 2. p. 533.) contenderunt nomen διαθήκη v. 15. duplici sensu positum esse, ita ut foedus et testamentum s. foedus quod testamenti rationem haberet, significaret et hac vocis ambiguitate argumentationem scriptoris niti; alii (ut *Peircius*, *Michaelis*, *Steudelius* in *Bengelii Archiv für Theologie B.* 4. St. 1. p. 73. et in *Tübinger Zeitschrift für Theologie* herausgeg. von *Steudel* St. 1. p. 48. Tübing. 1828.) huic voci in omni hac sectione v. 15-18. foederis significationem subiiciendam esse iudicarunt. Meo iudicio praeferenda est eorum sententia, qui διαθήκη v. 15. de foedere, v. 16. 17. de testamento explicant. Scilicet διαθήκη in libris N. T. et versione Alexandrina et apud scriptores profanos saepius ita positum extat, ut *foedus*, *pactum* denotet vid. not. ad 7, 22. sed scriptores exteri hoc vocabulo etiam ita utuntur, ut significet *testamentum*, et verbo διατίθημι ut valeat *testari*, *testamentum facere* Lucian. dial. mortuor. 6. p. 272. T. 1. ed. *Graev.* εἶτα ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπεκλείσθησαν μὲν οἱ πάλαι δωροφορήσαντες *deinde in testamentis exclusi sunt, qui olim munera contulerunt.* ib. 8. p. 277. ἄλλας διαθήκας ἔχων — τίνα δ' αἱ τελευταῖαι τὸν κληρονόμον ἔσχον; dial. 10. p. 283. καὶ τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο *et palam testamenta publicarunt.* Athen. p. 341. εἴ τι σοι ἀνοικονόμητον, διατίθου ταχὺ *fac testamentum.* Diod. Sic. p. 774. C. τὸν Ἀλέξανδρον τὴν ὑπὲρ ὅλης τῆς βασιλείας διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι *Alexander testamentum de toto regno illic* (in Rhodiorum urbe) *deposuit.* Ioseph. Ant. 3, 16. 1. δύο μέντοι υἱοὺς Ἀλέξανδρος κατέλιπεν, Ὑρκανὸν καὶ Ἀριστόβουλον, τὴν δὲ βασιλείαν εἰς τὴν Ἀλέξανδραν διέθετο *Alexander duos filios reliquit, Hyrcanum et Aristobulum, sed regnum testamento legavit Alexandrae.* add. Philo de nom. mut. p. 1052. s. (qui ibi in una pe-

ricope διαθήκη ita usurpat ut mox testamentum, mox foedus indicet v. *Carpzovius* ad h. l.) Polyb. 20, 6. 5. Philoxeni Glossae: διατίθημι, διαθήκην ποιῶ *testamentum facio.* διατιθέμενος *testator.* In versione Alexandrina neque verbum διατίθημι, neque nomen διαθήκη de *testamento* positum reperitur, neque Hebr. ברית hunc significatum habet. H. l. v. 15. διαθήκη non testamentum, sed *foedus* indicat. Respexit enim ep. auctor c. 6. v. 8. ubi Christum nominarat κρείττονος διαθήκης μεσίτην. Foedus antiquum ib. v. 7. dictum erat ἡ πρώτη, et foedus a Christo sancitum v. 8. ἡ καινὴ διαθήκη. Neque perspicitur, quomodo Christus dici potuerit *mediator testamenti.* Mediator enim, ut iam *Pricaeus* annotavit, non habet partes suas agendas in testamento. Neminem autem facile repertum iri arbitramur, qui *Limborchii* explicationem alte petitam et coactam probet, cuius verba sunt: „διαθήκη *testamentum,* est ultimae voluntatis testatio, qua quis bonorum suorum heredes post mortem suam instituit. Institutioni interdum adduntur quaedam conditiones, quas testator heredi suo praescribit. Si conditiones testator addit, per figuratum loquendi modum, ipsi quasi *actus quidam mediatorius*, cuius interventu hereditas ad heredem devolvitur, tribui potest, et testamentum aliquam habet similitudinem cum foedere.“ Sed hoc ipsum vocabulum διαθήκη v. 15. positum, quod, ut vidimus, etiam ita usurpari solet, ut *testamentum* denotet, et quod eodem versu excipiunt verba θανάτου γενομένου, κληρονομία (qua voce proprie *hereditas* indicatur), occasionem nostro praebuit, Christum v. 16. 17. cum testamenti conditore comparandi. Haec ex dilogia vocis argumentandi ratio, quam noster etiam c. 3. et 4. secutus est, ubi vocabulum κατάπαυσις duplici sensu adhibuit, neque inusitata est aliis N. T. scriptoribus. Paulus saepius in literis suis, verbo, verbi sono invitatus, ad aliam rem transit. Sic Rom. 3, 2. enumeraturus fuisset singula Iudaeorum ornamenta, sed verbum ἐπιστεύθησαν, eo adduxit Apostolum, ut ad ἀπιστίαν multorum Iudaeorum transiret, eaque τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ non irritam fieri demonstraret, ita ut dubitationem Iudaei proponeret, quae

eum non passa est eo redire, unde digressa erat ipsi oratio; *πρῶτον* ibi sonat: primum quidem hoc est. Petr 1 ep. 3, 9. vocabulo *εὐλογία* in verbis *ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε* ita utitur, ut *felicitatem* notet. Iusserat ante christianos *εὐλογεῖν τοὺς λοιδοροῦντας*, et nunc eam rationem subiungit, quod Deus ipsis destinaverit *εὐλογίαν*. Sed non tantum scriptores sacri, verum etiam scriptores exteri nonnunquam e vocabuli amphibolia argumentantur v. *Heindorfius* ad Plat. Gorg. §. 135. ad Charmid. §. 42. Itaque negari nequit nomen *διαθήκη* v. 16 sq. de testamento explicari posse, ita vero etiam explicandum esse, vel docere possunt verba *ἐπὶ νεκροῖς* v. 17. de quibus infra dicendi locus erit. *καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν, ὅπως θανάτου γενομένου*] *ac propterea est novi foederis mediator, ut, cum mortem subierit* etc. Planum est, ut opinor, verba *θανάτου γενομένου* ad Christi mortem referenda esse. Praecessit enim: Christus est *διαθήκης καινῆς μεσίτης*, ita autem dicitur, ut ad 7, 22. vidimus, quatenus novum foedus suo sanguine sanxit, et hanc Christi mortem expiandi vim habentem, quam non habebat mors victimarum coll. v. 13. spectant etiam verba quae sequuntur *εἰς ἀπολύτρωσιν κ. τ. λ.* Quae autem hoc in versu leguntur, prolata sunt ad Christi mortem defendendam et celebrandam. *Böhmius*, quia *θάνατος* articulo caret, hoc vocabulum latiori sensu sumit, vertit: *et cum mors quaedam facta sit. εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων*] *pro expiandis peccatis sub priori foedere commissis.* Loci similes sunt Rom. 3, 25. 26. ubi *προγεγονότα ἁμαρτήματα* sunt peccata a Iudaeis et gentilibus, ante rerum per Christum in melius conversionem commissa, quae Deus patienter tulisse dicitur, propter Christum venturum et homines expiaturum v. *Koppius* ad h. l. Act. 13, 38 sq. ubi Paulus profitetur, Iudaeis (continet ille locus orationem Pauli ad Iudaeos Antiochiae habitam) per Christum delictorum veniam annuntiari, etiam omnium, a quibus per legem Mosaicam absolvi non potuissent. Nam non omnia peccata, ut adulterium, caedes, blasphemia etc. sacrificiis et lotionibus expiari poterant

vid. ibi not. H. l. omnino sermo est de peccatis sub priore foedere commissis a Iudaeis, usque ad Christi tempora v. 11. quae sacrificiis, ut scriptor v. 13. dixerat, expiari non potuerant. Caeterum his verbis non negavit scriptor Christum omnium hominum peccata expiasse v. 2, 9. sed memoravit h. l. tantum peccata a Iudaeis tempore V. T. commissa, quia διαθήκης Mosaicae mentionem fecerat, et contra Iudaeos, atque christianos, antea Iudaeos, ad sacra Iudaica palam repetenda inclinantes disputabat. εἰς finem indicat, ut saepius. ἐπὶ *sub*, tempore prisci foederis durante, Matth. 1, 11. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ubi v. *Elsnerus* et *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 227. ἀπολύτρωσις idem valet quod λύτρωσις v. 12. ἀφαίρεσις ἁμαρτιῶν 10, 4. ἄφεσις Act. l. c. τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν κ. τ. λ.] nonnulli vocem οἱ κεκλημένοι, praeeunte Syro interprete, coniungunt cum verbis τῆς αἰωνίου κληρονομίας, simplicior tamen est et verior eorum ratio, qui verba ultima ad ἐπαγγελίαν referunt, ut ἐπαγγελία τῆς αἰωνίου κληρονομίας positum sit pro κληρονομία ἐπηγγελμένη *promissa felicitas aeterna*, per Christum parta. κληρονομία ut Hebr. נחלה inprimis adhibetur de Palaestinae possessione Israelitis divinitus concessa 2 Macc. 2, 4. 17. al. Secura et tranquilla Palaestinae possessio, ut ex prophetarum Hebraeorum scriptis constat, erat imago felicitatis summae. Hinc κληρονομία in libris N. T. transfertur ad felicitatem in regno Messiano expectandam v. Eph. 1, 14. 1 Petr. 1, 4. *Koppius* ad Gal. 3, 18. οἱ κεκλημένοι ad eam *invitati* 3, 1. κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι. Est autem κεκλημένοι non tantum de Iudaeis sed etiam de gentilibus explicandum. Pro κεκλημένοι — κληρονομίας in codd. nonnullis ex interpretamento legitur: κληρονόμοι — ζωῆς.

16. Christus mori debebat (haec verba cogitando adiicienda sunt), nam testamentum non nisi testatoris morte insecuta valet. Iam ab alia parte epistolae auctor spectat Christum, quem antea mediatorem dixerat, nunc cum testatore comparat, respectu beneficiorum ab ipso partorum. ἀνάγκη scl. ἐστί id. qd. ἀναγκαῖόν ἐστι *necesse est* Xen.

Hiero. 1, 28. τῷ τοίνυν τυράννῳ — ἀνάγκη ἐκ μειόνων γαμεῖν. Mem. 1, 6. 5. τοῖς λαμβάνουσι ἀναγκαῖόν ἐστι ἀπεργάζεσθαι, ἐμοὶ δὲ μὴ λαμβάνοντι οὐκ ἀνάγκη διαλέγεσθαι. Vocabulo διαθήκη h. l. non additus est articulus quia scriptor generatim de testamento loquitur, nec d[e] certa hominis testatoris morte. Verbum φέρεσθαι var[ie] explicuerunt interpretes. Haud pauci cum Latino inte[r]prete expresserunt: *intercedere*, *evenire*, *dazu kommen*, *si[ch] ereignen*, quae tamen significatio, ut iam *Ernestius* [et] *Valckenarius* animadverterunt, scriptoris antiqui testim[o]nio confirmari nequit; sicut nec *Grotii* interpretatio, q[ui] verbo notionem *exspectandi* substituit, comprobari potes[t]. Alii verbum φέρεσθαι sensu forensi positum accipiunt, u[t] sit *in medium afferri*, *probari coram iudicibus*, ut Act. 25, 7. αἰτιάματα φέρειν crimina afferre. Ioh. 18, 26. κατηγορίαν φέρειν. Ael. H. V. 3, 14. ὡς ἐν ταυτῷ τοὺς Βυζαντίους διπλῆν αἰτίαν φέρεσθαι, καὶ οἰνοφλυγίας καὶ προσαγωγείας *ut duplici crimine deferantur temulentiae et prostitutionis*. Quibus tamen in locis φέρεσθαι in malam partem dicitur. *Kypkius* vertit: *annuntiari*, *indicari*, ut sententia procedat haec: *necesse est*, *ut mors testatoris scriptis heredibus nuntianda significetur*. Eurip. Heraclid. 637. ἥκω γε μέντοι χάρμα σοι φέρων μέγα *venio magnum tibi gaudium annuntians*. add. Eurip. Rhes. 265. Phoeniss. 1079. Aeschyl. Pers. 246. v. *Lobeckius* ad Soph. Ai. 798. *Bretschneiderus* in Lex. explicat: *testatorem mortuum esse ferri sermone* i. constare oportet. Ioseph. c. Apion. 1, 27. φέρουσι *proferunt*, *narrant*. Ant. 17, 5. 4. προφερόμενος *narrans*, *proferens*. Equidem in *Carpzovii* partes discedo, qui verbo hanc vim tribuit, ut valeat: *insequi*, quae significatio huic loco aptissima mihi videtur. Ita verbo φέρεσθαι usus est Philo in libr. de septenar. p. 1173. A. ἑξῆς δ' ἔστι κεφάλαιον τὸ περὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδομάδος, ῷ μυρία καὶ ἀναγκαῖα φέρεται εἴδη τῶν ἑορτῶν *proximum est caput de sacro septenario*, *quod insequuntur innumer[a] alia festorum genera*. ὁ διαθέμενος est *testator*. Qui no[mi]men διαθήκη h. l. per *foedus* quod Deus cum hominib[us] intercessore Christo fecerit, interpretantur, ut *Michael[is]*

alii, verbo *διατίθεσθαι* notionem *intercedendi* subiiciunt, et ὁ *διαθέμενος* vertunt: *mediator*, ut sit id. qd. *μεσίτης*, quo tamen significatu hoc verbum nusquam legitur.

17. *διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία*] *testamentum enim, iis demum qui illud fecerunt mortuis, valet.* Praepositio ἐπὶ etiam h. l. conditionem indicat, ut adeo ἐπὶ νεκροῖς sit: interventu mortis testatorum vid. ad 7, 11. 8, 6. Qui διαθήκη h. l. de foedere explicant, pluralem νεκροῖς propterea positum esse praecipiunt, ut non tantum Christus, qui in condendo novo foedere mortem perpessus esset, intelligeretur, sed etiam οἱ μόσχοι καὶ τράγοι in condendo Iudaico foedere in his νεκροῖς cogitarentur. Ita quoque hanc formulam interpretantur ii, qui vocem διαθήκη de foedere, quod testamenti rationem habeat, accipiunt; monent, victimas quasi vices testatoris explevisse. At enimvero νεκρὸς, ut recte notavit *Carpzovius*, de occiso quidem, et cadavere, sed hominis, non pecudum ponitur. Neque victimae cum testatore comparari possunt. Sermo igitur est h. l. de hominibus mortuis, iisdemque testatoribus, et continet hic versus sententiam generalem, qua tamen Christi mors eiusque vis salutaris respicitur. *ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος*] *siquidem nunquam valet, quamdiu testator vivit:* μήποτε Vulg. *Erasmus*, *Beza*, *Böhmius* minus recte vertunt: *nondum* (hoc esset μήπω), sed reddi debet *nunquam* v. Xen. Mem. 1, 4. 6. *Kypkius* ad h. l. et *Wineri Grammatik* B. 2. p. 154. *Limborchius*, *Lud. de Dieu*, *Carpzovius*, *Chr. Frid. Schmidius*, praeeunte Theophylacto, sine idonea ratione, post διαθέμενος, signum interrogationis ponunt, et verba reddunt: *nam num unquam firmum esse potest, quamdiu testator vivit?*

18. Redit scriptor ad significationem, quam nomini διαθήκη v. 15. subiecerat (sicut etiam c. 3. et 4. in voce κατάπαυσις ab una significatione ad alteram subito transit), et ἡ πρώτη scl. διαθήκη, respicit τὴν καινὴν διαθήκην, novum foedus v. 15. memoratum, morte Christi confirmatum. Cohaerentia haec est: Christus novi foederis mediator, ut illud sanciret, mori debebat (hanc sententiam v.

16. 17. scriptor amplificarat), quare etiam foedus antiquum quod novi foederis adumbratio esse debebat, effusion sanguinis victimarum confirmatum est. ὅθεν *quare*, ut 17. 3, 1. 7, 25. al. Chrysostomus: διὰ τοῦτο. Verbu ἐγκαινίζειν, quod praeter hunc locum et 10, 20. in libris N. T. non legitur, proprie notat *denuo facere, renovare* Sir. 33, 6. ἐγκαίνισον σημεῖα np. quae olim populi tui caussa, cum eum ex Aegypto educeres fecisti. Ps. 51, 12. *mentem firmam mihi restitue*. 2 Chron. 15, 8. καὶ ἐνεκαίνισε τὸ θυσιαστήριον ὁ βασιλεύς· quibus in locis in textu Hebraico extat verbum חִדֵּשׁ. Notionem renovandi h. l. contextus repudiat. Nam sermo est de prima foederis pactione, non de renovatione. Sed hoc idem verbum denotat etiam *initiare, consecrare*, sacrificiis ut 1 Reg. 8, 64. de Salomonis templo καὶ ἐνεκαίνισε τὸν οἶκον ὁ βασιλεὺς, (ubi respondet Hebr. חָנַךְ) 1 Macc. 4, 36. ἀναβῶμεν καθαρίσαι τὰ ἅγια καὶ ἐγκαινίσαι. H. l. significat: *sancire, confirmare*. Chrysostomus: βεβαία γέγονεν, quam notionem etiam Syrus interpres verbo tribuit. Theophylactus: τί δέ ἐστι τὸ, ἐγκεκαίνισται; τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως καὶ τῆς βεβαιώσεως ἔλαβεν h. e. *principium constitutionis et confirmationis accepit*.

19. Uberius exponuntur et probantur quae v. 18. leguntur. Affertur prioris foederis constituendi ratio v. Ex. 24, 3 sqq. λαληθείσης *postquam recitata erant praecepta*. Interpretes Alexandrini Ex. l. l. habent: καὶ διηγήσατο τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα καὶ δικαιώματα. Pro κατὰ νόμον in nonnullis codd. scriptum extat κατὰ τὸν νόμον, ita etiam praeter Theodoretum legit Theophylactus, qui verba hunc in modum explanat: κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, καθὼς ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησεν, ἵνα λαληθῶσιν εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ *sicut Deus lege sanxerat, ut mandata eius pronuntiarentur ad aures populi*. Sed articulus a grammaticis additus est, fortassis e v. 22. Iam vero κατὰ νόμον, quod referri debet ad λαληθείσης, explicandum: *ex mandato* divino, *sicut Deus praeceperat*, ut nimirum Moses legem populo praelegeret. Per ἐντολὴν intelligendae sunt leges quas Moses in monte Sinaitico acceperat, Ex.

20, 22-23, 33. enumeratae. Sic ἐντολή de omni lege etiam occurrit 7, 18. ubi v. *παντὶ τῷ λαῷ omni populo*, sequitur *πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε* Moses sanguine *omnem populum respersit*. Ex. 24, 3. simpliciter legitur *λαῷ*, et v. 8. *κατεσκέδασε τὸν λαὸν*, noster gravius enuntiavit *παντὶ τ. λ. πάντα τὸν λαόν*. At populus sexcentis hominum millibus constabat. Scilicet septuaginta seniores populi, totius populi personam sustinentes Ex. 24, 1. 9. magna populi caterva cincti, circumsistebant Mosen praecepta legis recitantem, quae illi cum populo communicarant v. Ex. 24, 3. et versus hos et populum sanguinem Moses sparsit. *λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων κ. τ. λ.*] *sumsit sanguinem iuvencorum et hircorum, una cum aqua, lana coccinea et hyssopo*. Discrepant ea, quae h. l. leguntur a narratione quam Ex. l. l. continet. Memorantur ibi holocausta et sacrificia eucharistica ex iuvencis, hircorum nulla mentio fit. Porro hic sanguis aqua mixtus dicitur, tum lana coccinea et hyssopus commemorantur, denique liber legis sanguine adspersus fuisse perhibetur, de quibus omnibus apud Mosen nihil reperitur. Scilicet epistolae auctor partim traditionem secutus est, quo pertinet libri legis respersio, partim quae h. l. adiecit, ex aliis locis similibus hausit v. Levit. 14, 4 sq. Ex. 12, 21. Num. 19, 6. 18. adiecit autem haec omnia, ut solennitatis illius splendidiorem descriptionem exhiberet. Omnino liberrime noster locum Ex. l. tractavit. Legitur autem ibi v. 5. oblata esse holocausta, et sacrificia eucharistica ex iuvencis. Holocaustis, quae etiam lustralia s. piacularia erant v. *Wineri Reallexicon* s. v. *Brandopfer* et *Iahnii Archaeologie Th.* 3. p. 387. non tantum iuvenci (Ex. 29, 36. Lev. 1, 3. 4.) sed et hirci adhiberi solebant v. Levit. 4, 23. 9, 3. Num. 7, 16. 28. Iam cum Ex. l. l. legatur, in illa solennitate sacrificia eucharistica ex iuvencis fuisse oblata, recte interpretes inde collegerunt, holocausta oblata fuisse ex hircis. Sacrificia eucharistica etiam in foederibus pangendis usitata erant, partem victimae oblatae, qui foedus fecerant, comedebant; hunc ritum etiam tunc temporis observatum esse docet locus Ex. 24, 11. et foederati ad foe-

dus firmandum sanguine victimae adspergebantur v. *Spencerus* de legg. Hebrr. rituall. p. 315. *Hezelius* in *Erklärung des A. T.* ad Levit. 1, 2. p. 474. Quare etiam Moses in illo foedere quod nomine Dei cum Israelitis pangebat, non tantum populum, sed etiam altare et librum legis sanguine adspergebat. *καὶ ἐρίου κοκκίνου*] *et lana coccinea, cocco tincta.* Color coccineus, *carmosin*, paratur ex grano sive excrescente quodam tumore, cortici et ramis fruticis ilicis cocciferae adhaerescente instar lenticulae, qui totus vermiculis parvis scatet, Arabes hoc animal *Kermes* vocant; *die in Gestalt von Beeren auf den Blättern der ilex coccifera angesetzten Eiernester der weiblichen Schildlauss* vid. Dioscorid. 4, 48. Plin. H. N. 9, 41. 16, 8. Theophrast. Hist. Plant. 3, 8. *Salmasii* Exercitt. Plin. p. 192 sq. 213. *Bocharti* Hieroz. P. 2. Lib. 4. c. 27. p. 526 sq. *Braun.* de Vestitu Sac. Hebr. 1, 15. p. 200. *Rosenmüllerus* ad Ex. 25, 2. p. 412 sq. ed. 3. et ad Ies. 1, 18. *Wineri Reallex.* p. 133. s. v. *Carmosin.* *καὶ ὑσσώπου*] Hyssopi varia erant genera v. *Bochartus* l. l. P. 1. Lib. 2. c. 50. p. 670 sq. ed. Lips. *Celsii* Hierobot. P. 1. p. 407 sq. *Rosenmüllerus* in Schol. ad Ex. 12, 22. nos ad Ioh. 19, 29. Hyssopi fasciculo, lana coccinea colligato, aspergilli loco Hebraei utebantur in adspersionibus sacris Levit. 14, 6. Num. 19, 6. *αὐτό τε τὸ βιβλίον, καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε*] *et ipsum librum legis, et omnem populum respersit.* Alii verba reddunt: *nec non ipso libro legis sumto, omnem populum respersit*, referunt verba *αὐτό τε τὸ βιβλίον* ad *λαβών*, non ad *ἐῤῥάντισε* et post *βιβλίον* interpungunt, quod etiam factum est a *Knappio* et *Vatero.* Videamus quid dicatur, et dici pro utraque sententia possit. Qui librum legis sanguine non respersum esse contendunt, argumentis utuntur his: 1) Ex. 24, 8. de libri legis adspersione nihil legitur; caetera quae h. l. ab epistolae auctore commemorantur, nec tamen Ex. l. l. extant, aliis ex locis a nostro peti potuerunt, de libri vero adspersione, quae tamen memorabilis cerimoniae illius pars fuisset, in libris Mosis nihil relatum reperitur. 2) Ne adspergi quidem decuit librum legis, continebat enim verba Dei, et Deum ipsum

repraesentabat. Tabernaculum quidem cum vasis purgatione egebat v. 21. Lev. 16, 16. 19 sq. 2 Chron. 29, 21. sed liber legis ea non indigebat. 3) Particulae *καὶ*, ut *Bengelius* opinatur, respondet proximum *καὶ* v. 21., eam, utpote a librariis repetitam, delendam esse *Valckenarius* in Scholis ad h. l. statuit, ex aliorum sententia (*Colomesii*, *Crameri*) redundat. His vero ita statuentibus opponi possunt haec: α) Nihil quidem de libro legis altari imposito et sanguine consperso Ex. l. l. narratur, sed noster narrationem ore propagatam secutus est; ex scriptoris silentio nihil colligi potest; etiam alia momenta h. l. memorata in narratione illa Ex. l. l. literis consignata, non reperiuntur. β) Eandem sententiam, quam nos quidem verbis huius v. subiiciendam censemus, etiam Vulgatus interpres (vertit: *ipsum quoque librum et omnem populum adspersit*) Syrus et Arabs expresserunt. γ) Primo hircorum sanguine conspergebatur altare, quia ex opificum manibus veniens immundum habebatur, adeoque lustrari et consecrari debebat v. *Rosenmüllerus* ad Ex. 29, 36. Deinde sacrificia piacularia pro populo offerebantur. Populum, ut expiaretur, a Mose fuisse sanguine conspersum, non est probabile. Non enim alias legitur, eos qui sacrificia piacularia facerent (praeter leprosos v. Levit. 14, 7. 26.) sanguine fuisse adspersos, sed altaris cornua sanguine tingebantur, neque populus expiationis die sanguine conspergebatur. Illam altaris lustrationem, et populi expiationem, quae illam excipiebat, praeterierunt Moses et ep. auctor, quoniam utramque factam esse, per se intelligebatur, indicavit tamen utramque Moses, dum commemoravit holocausta, quae etiam piacularia erant, et noster addito vocabulo *τράγων*. Altera adspersio in foederibus pangendis usitata Ex. l. l. commemoratur et h. l. (nam ibi v. 8. et h. l. memorata adspersione v. 20. statim afferuntur verba quibus Moses in pangendo foedere usus est), adspergebantur iuvencorum sanguine populus, altare, et liber legis altari impositus. Foedera autem apud populos antiquos ita confirmabantur, ut foederati sanguine victimae oblatae adspergerentur v. *Spencerus* l. l. p. 315. Ad-

spersio sanguine iuvencorum innuebat, singulos, ut nunc alieno, sic suo sanguine foedandos esse, si foederis leges migrarent v. *Michaelis* ad *Peirc.* ad h. l. Altare et liber legis ei impositus repraesentabant Deum. Altaris et libri adspersio ex opinionibus et moribus illius aetatis metienda est; significabat, Dei promissa rata fore, si Israelitae, quae promisissent, servaturi essent. δ) Nomen *βιβλίον* si refertur ad *λαβὼν*, gravi duritie laborat oratio, cum particula *καὶ* ante verba *πάντα τὸν λαὸν* posita, quae invitis codd. omnibus non expungenda est, neque vero etiam redundat v. *Hermanus* ad *Viger.* p. 837. cum particula *τε* quae praecessit, arcte cohaereat. Neque *τὸ καὶ* referri potest ad *καὶ* v. 21. positum, ibi enim de alia re, quae alio tempore evenit, sermo est. Haec si recte disputavimus, sequitur, verba *αὐτό τε τὸ βιβλίον* referenda esse ad verbum *ἐῤῥάντισε*.

20. *αἷμα τῆς διαθήκης sanguis foederis* h. e. sanguis, quo foedus solenniter sancitur et stabilitur. Legitur haec formula etiam Zach. 9, 11. Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Loco parallelo Ex. 24, 8. *οἱ ό* habent: *ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης*, sed quia Christus, qui coenam sacram instituens, in animo habebat Ex. l. l., formula, christianis satis nota, *τοῦτο τὸ αἷμα* usus erat, propterea noster pro *ἰδοὺ* scripsit *τοῦτο τ. α.* Etiam reliqua verba quae illo loco in versione Graeca leguntur, ep. auctor non accurate reddidit, sed sensum eorum expressit. Ibi enim verba ita se habent: *ἧς διέθετο κύριος πρὸς ὑμᾶς περὶ πάντων τῶν λόγων τούτων.* Pro *διέθετο*, quod Ex. l. l. respondet Hebr. כרת scripsit noster *ἐνετείλατο*, quod verbum alias de legibus occurrit, ita ut notet *praecipere*, h. l. de foedere adhibitum est, ut verbum צִוָּה positum comparet Ps. 111, 9. ubi in versione Alexandrina legitur: *ἐνετείλατο εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκην αὐτοῦ.* Verbum nimirum צוה *imperavit aliquid*, poni solet ita,' ut significet: *existere, esse, parari iubere* Ies. 45, 12. *omnem eorum* (coelorum) *exercitum imperavi* (צִוֵּיתִי) i. e. existere iussi add. Deut. 28, 8. Sic quoque h. l. verbum *ἐνετείλατο*, quo Alexandrini interpretes ad exprimendum Hebr. צוה utuntur, cum

de foedere sermo sit, explicari debet foedus quod Deus pangi iussit. Ios. 23, 16. διαθήκην ἣν ἐνετείλατο ὑμῖν. Deut. 4, 13. διαθήκην ἣν ἐνετείλατο ὑμῖν ποιεῖν. Verba quae sequuntur πρὸς ὑμᾶς posita sunt pro dativo commodi ὑμῖν. Pro ἣν scriptum est ἧς, pronomen enim relativum, Atticorum more, praecedentis nominis casui respondet v. nos ad Act. 1, 1. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 337.

21. Memorata foederis prioris, quod tabernaculum habebat 9, 1. constituendi ratione, iam verba facit de tabernaculi dedicatione. Quae autem h. l. de ea afferuntur, non referenda esse ad solennia illa v. 19. 20. commemorata, vel inde patet, quod illo tempore tabernaculum nondum exstructum erat, et scriptor ipse docuit, ut probe monuerunt *Chr. Frid. Schmidius*, *Struenseius*, *Cramerus*, *Böhmius*, dum usus est formula ὁμοίως (quae ad omnem hoc versu memoratam lustrationem spectat, hoc sensu: ut illic facta est lustratio per sanguinem, ita alias quoque facta est similiter) et particulis καὶ — δὲ *et vero etiam*, quae de alia re sermonem esse declarant. Tabernaculi dedicatio describitur Ex. 40, 8 sq. Levit. 8, 1 sq. (add. Num. 7.) Narratur ibi, Mosen tabernaculum eiusque vasa oleo adspersisse, adspersionis autem sanguine factae mentio non infertur. Nonnulli ut ex hac difficultate se exsolverent, animadverterunt, cum Levit. 8, 10 sq. legatur altare oleo unctum esse, et vero etiam sanguine conspersum v. 15. 19. 24. et Aaronem eiusque filios, eorumque vestes sanguine et oleo adspersos v. 30., recte inde colligi, etiam tabernaculum et vasa sanguine fuisse conspersa, licet id Moses in brevi illa descriptione consecrationis tabernaculi silentio praeterierit. Alii quae h. l. leguntur, de solenni expiationis die intelligunt v. Levit. 16, 14-26. Verum ut intelligenter monuit *Michaelis* in *Erklärung des Briefs an die Hebr.* epistolae auctor loquitur de adspersione a Mose peracta, sed Lev. l. l. adspersio non a Mose, sed a pontifice peracta recensetur. Me haud poenitet eorum sententiae esse, qui statuunt, scriptorem ea quae h. l. leguntur e narratione ore propagata hausisse. Ad quam sententiam

confirmandam facit locus Iosephi Ant. 3, 8. 6. qui de con secratione tabernaculi agit. Verba sunt: *κἀκ τοῦ αἵματος τῶν τεθυμένων τὴν δὲ στολὴν τοῦ Ἀαρῶνος καὶ αὐτὸν σὺν τοῖς παισὶν ἔῤῥαινεν, ἀφαγνίσας πηγαίοις τε ὕδασι καὶ μύρῳ, ἵνα τοῦ Θεοῦ γίγνοιντο.* c. 9. *τήν τε σκηνὴν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν σκεύη ἐλαίῳ τε προθυμιωμένῳ καθὼς εἶπον, καὶ τῷ αἵματι τῶν ταύρων καὶ κριῶν σφαγέντων ἐθεράπευε.* Add. locus Philonis p. 676. C. a *Carpzovio* ad h. l. allatus. In articulo *τῷ* ante *αἵματι* nulla vis quaerenda, praecessit v. 18. *αἵματι*, sequitur v. 22. *αἵματι*. *ἐῤῥάντισε conspersit* vid. ad v. 19. *γ*); accuratius huius verbi vis definitur verbo *καθαρίζεσθαι* v. 23.

22. Ut Christi mortem cruentam defenderet scriptor, memorarat, foedus antiquum sanguine confirmatum v. 18-20. item tabernaculum sanguine lustratum et consecratum fuisse v. 21. et iam v. 22. addit: *et fere omnia e legis praecepto sanguine lustrantur, nec sine sanguinis effusione peccatorum remissio contingit.* Loquitur de lustrationibus subinde peragendis et victimis offerendis. Verbum *καθαρίζειν* quod significat *lustrare*, *purgare*, etiam *expiare* (prius alterum simul includit) et *sacrum facere*, *consecrare*, h. l. sensu latiori accipiendum est, de *purgatione* ab omni impuritate Levitica, et *consecratione*. *ἐν αἵματι per sanguinem* s. sanguine; eodem significatu Hebraei particulam ב nominibus rerum iungere solent v. *Vorstius* de Hebraismm. p. 218. neque tamen haec loquendi ratio scriptoribus Graecis inusitata est Soph. Oed. Tyr. 821. *λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν χραίνω, δι᾽ ὧνπερ ὤλετο.* Herodot. V. Hom. 24. *ἐν τῇ πόλει περιβόητος ἤδη ἐγένετο ἐν τῇ ποιήσει* v. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. 2. p. 522 sq. *Brunckius* ad Soph. Phil. 60. *Porsonus* ad Eur. Or. 1018. *πάντα omnia*, res et personae vel lustrandae et consecrandae, vel expiandae. Leprosi duo agnos offerre debebant et lustrabantur, ita, ut conspergerentur sanguine v. Levit. 14, 7. 21. Die expiationis solenni sanctuarium, altare, v. Levit. 16, 15-20. lustrari et consecrari debebant sanguine, pollutum enim habebatur, ut ibi v. 16. legimus, sanctuarium variis populi circa tendentis aut habitantis impu-

ritatibus et peccatis. De victimis peccata expiandi caussa oblatis v. Levit. 4. 5. 6. Num. 19, 4. σχεδὸν πάντα propemodum omnia. Nam non omnia sanguine purgabantur. Corpus et vestes aqua lavare debebant sacra facturi Ex. 19, 10. Philo de Somn. p. 577. E. p. 597. A. etiam is, qui die expiationis hircum dimissum abduxerat, et qui iuvenci et hirci piacularis pelles, carnem et fimum combusserat v. Levit. 16, 26. 28. Cinis iuvencae flavidae adhibebatur ad lustrandum eum, qui contactu mortui sibi impuritatem contraxerat v. Num. 19. et not. supra ad v. 13. et sacerdos qui iuvencam combusserat, aqua corpus et vestimenta lavare debebat Num. 19, 7. 8. Quoniam igitur non omnia sanguine purgabantur, ideo scriptor addidit σχεδὸν, quae vox in Syriaca et Aethiopica versione omissa, temere suspecta visa est *Millio*. γίνεται np. κατὰ τὸν νόμον. Praesens tempus adhibitum est, quia tum cum haec scriberetur epistola, cultus Leviticus adhuc florebat cf. v. 9. ἄφεσις scl. ἁμαρτιῶν. Quod autem sententiam attinet, verbis huius v. ultimis expressam, quae ut Rabbinorum formula: *non est expiatio nisi per sanguinem* Ioma fol. 5. 1. Menachoth fol. 93. 2. loco Levit. 17, 11. nititur, ubi scriptum extat: *sanguis enim est*, *quo vita hominis expiatur*; ei repugnare videtur alius locus Levit. 5, 11-13. ubi relatum legimus, pauperi, qui rem impuram, aut hominem inquinatum tetigisset, aut temere iurasset v. 2. sqq. neque pro delicto commisso duos turtures, aut duos columbae pullos afferre posset, licitum fuisse decimam partem ephae similae tanquam victimam piacularem offerre. *Carpzovius*, *Michaelis*, ut hanc difficultatem expedirent, vocem σχεδὸν etiam ad ultima versus verba referendam esse contenderunt. *Böhmius*, e cuius sententia, languida sic fieret oratio, scriptorem nostrum illius loci non recordatum esse, aut respectum non habuisse autumat. *Cramerus* et *Struenseius* sacrificia illa pauperum, sacrificio die expiationis solenni oblato confirmata esse statuunt. Equidem cum *Grotio* sentio, qui hanc enuntiationem: χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις, inter adagia N. T. numeranda esse censet; in adagiis autem non omnia ad latum unguem

resecanda sunt. Vocabulum *αἱματεκχυσία, sanguinis effusio*, alias non occurrit. Quoad formam, ut animadvertit *Planckius* (in Diss. de vera natura atque indole orationis Gr. N. T. inserta Commentatt. theoll. a *Rosenmüllero, Fuldnero* et *Maurero* editis Vol. 1. P. 1. p. 204.) antiquitatis species nulla adest; nam quae sunt, inquit, in veteri oratione nomina in *ία*, ea omnia vel ab adiectivis in *ος* (ut *ἀλογία, ἄλογος, ἀναγωγία, ἀνάγωγος, ἀναδικία, ἀνάδικος*) in *ὴς* (ut *ἀλήθεια, ἀληθὴς, ἀλήτεια, ἀλήτης, ἀσέβεια, ἀσεβὴς*) et in *εὺς* (*ἁλιεία, ἁλιεὺς, βασιλεία, βασιλεὺς*) vel a verbis in *ευω* descendunt, vel si eiusmodi haud habetur initium, litera vocalis *ι* etymo ipsi propria est, ut v. c. dicitur *ἀνδρεία, ἀνδρία* et *ἀνδρεῖος*. Haec ergo omnia nostrae voci nil simile habent, usus antiquus formam tantum *τὴν ἔκχυσιν* probat, mutatio nominis in *ία* pro nova iudicetur oportet. A nostro hanc vocem brevitatis caussa confictam esse suspicantur *Seyffarthus* et *Böhmius*. Sed vid. not. 7, 18.

23. *Debebant igitur his* (sacrificiis) *imagines rerum coelestium lustrari* et consecrari, *ipsa autem coelestia sacrificiis praestantioribus consecrari.* Respicit scriptor ea quae v. 21. leguntur. Itaque verbis *ὑποδείγματα τῶν ἐν οὐρανοῖς* significatur tabernaculum Mosis, in cuius locum successit templum, atque adeo per *αὐτὰ τὰ ἐπουράνια* intelligi debet sanctuarium coeleste, coelum vid. not. ad 8, 5. 9, 11. Male Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, voce *ἐπουράνια* ecclesiam insigniri praecipiunt. *μὲν — δὲ* vid. *Matthiae Grammatik* §. 606. p. 890. *τούτοις* positum est pro *τοιούτοις* ut Luc. 9, 48. vid. nos ad Matth. 18, 5. *Wahlii* Clavis sub v. *οὗτος*, his talibus adspersionibus et sacrificiis qualia Iudaeis usitata erant. Verbum *καθαρίζεσθαι* etiam ad ultima versus verba pertinet, ad quae hoc supplementum cogitando adiiciendum est: *ἀνάγκη ἦν καθαρίζεσθαι.* Iam vero quaeritur quonam sensu hoc verbum de templo coelesti s. coelo adhibitum sit? Tabernaculi a Mose exstructi lustratio, postea quotannis die piaculari solenni repetenda, cum populi expiatione coniuncta v. Num. 7, 16. 22 sq. Levit. 16. solennis erat declaratio, tabernaculum pollutum v. not. ad v. 19. *γ*) et v.

. Deo esse sacrum redditum eiusque cultui denuo dica-
n, atque Deum populo expiato et sancto propitium fore,
mque ex hac sua sede Ps. 20, 3. fortunaturum esse.
ıristus sanguine suo templum coeleste s. coelum *conse-
ıvit* h. e. Christus per suam mortem hominibus ea ex-
ıtis paravit aditum facilem v. ad v. 8. in ipsum templum
eleste, ita ut fiduciae pleni et animo laeto Dei thronum
ire 4, 16. 10, 19., bona quaevis ab eo exspectare, et
em felicitatis perennis fovere possint certissimam v. 4,
. 10, 19. 9, 15. Christi sacrificium piaculare spectatur
l. simul tanquam sacrificium templi coelestis consecran-
caussa oblatum. Cum coelestia, τὰ ἐπουράνια, non pos-
ıt pollui, neque adeo a peccatis purgari; verbum καθα-
ζεσθαι in fine versus repetendum reddi debet *consecrari.*
ıepius verba eodem loco duplici sensu ponuntur vid. *Ia-
ıbus* ad Lucian. Toxar. p. 62. nos ad Ioh. 1, 33. Verba
)είττοσι θυσίαις de Christi sacrificio explicanda sunt.
luralis positus est pro singulari. Haec numeri permuta-
o etiam scriptoribus exteris usitata est v. not. ad Matth.
, 20. 27, 44. Longinus de Sublim. sect. 23. §. 2. Sic Eu-
p. Hec. 265. προσφάγματα de una victima v. *Porsonus*
d Eurip. Orest. 1051. Sed plurali numero usus est epi-
tolae auctor, quia de lustratione tabernaculi terrestris
isserens, numero plurali usus erat, ut elegantior existe-
et oppositio, et propter sacrificii Christi praestantiam,
uod vi et efficacia sua omnes alias hostias superabat. πα-
ὰ vid. ad 1, 4.

24. Coelestem Iesu Messiae pontificatum rursus (cf.
. 11.) commemorat scriptor et novis quibusdam laudibus
rnat. Particulam γὰρ posuit, ut ostenderet quo sensu v.
3. formula τὰ ἐπουράνια sumenda esset. χειροποίητον
id. ad 9, 11. id. qd. ἐπίγειον, cui opponitur 8, 2. σκηνὴ
ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. 9, 11. οὐ ταύτης
τῆς κτίσεως. Per τὰ ἅγια, quae Christus pontifex ingres-
sus est, significatur locus templi coelestis sanctissimus,
adytum coeleste ut v. 12. id quod verba versus ultima sa-
tis aperte docent et quae v. 25. leguntur. ἀντίτυπα τῶν
ἀληθινῶν] *veri* (coelestis) *simulacrum:* τύπος significat no-

tam impressam, signum impressum aut percussione factum, deinde *imaginem, effigiem, simulacrum* Act. 7, 44. *eine Copie,* etiam *exemplar ein Muster, Vorbild, Modell* v. *Schleusneri, Bretschneideri* Lex. *Wahlii* Clav. sub h. v. nos ad Ioh. 20, 25. et Hebr. 8, 5. Hinc ἀντίτυπος et ἀντίτυπον dicitur *quaelibet res, quae tactui non cedit, quae ictum repellit;* hoc cum faciant, quae dura sunt et malleum resultare cogunt, notat etiam *durum, asperum,* τὸ ἀντικείμενον τῷ μαλακῷ καὶ ὑπεῖκον τῇ ἁφῇ, ut ex Philopono declarat Suidas; τὸ ἀντικροῦον καὶ σκληρὸν ut Moschopulus et Hesychius notant v. *Albertius* et *Elsnerus* ad 1 Petr. 3, 21. Dicitur vero etiam ἀντίτυπον *forma et imago e regione opposita, respondens rei oppositae, omne quod ad exemplum aliquod compositum est, imago ad rem veram efficta* (τῶν ἀληθινῶν) *et quasi expressa* ut h. l. Theophylactus explicuit ὑποδείγματα καὶ τύποι, quam interpretationem contextus confirmat cf. etiam not. ad 8, 2. 5. Pro ἀντίτυπα auctor libri Sap. 9, 8. usus est voce μίμημα de templo Salomonis, illudque dixit μίμημα σκηνῆς ἁγίας. — ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν — ὑπὲρ ὑμῶν] *sed ipsum coelum ingressus est, ut nunc coram Deo pro nobis compareret.* Per τὸν οὐρανὸν intelligi debet *coelum summum* cf. v. 25. et quae ad 4, 14. observavimus. νῦν *nunc,* postquam εἰσῆλθε. Pontifex cum sanguine victimarum, die expiationis solenni in adyto templi coram arca foederis, quae Dei thronus habebatur, comparebat, et pro populo intercedebat vid. not. ad 7, 25. Christus coram ipso Deo comparuit, ὑπὲρ ἡμῶν, ut nostram caussam ageret, pro nobis intercederet. Formula ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ Θεοῦ idem declarat quod verbum ἐντυγχάνειν 7, 25. id quod addita verba νῦν et ὑπὲρ ἡμῶν sat luculenter ostendunt.

25. οὐδὲ scl. εἰσῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν coll. v. 24. ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν] *ut seipsum saepius offerret.* Verba προσφέρῃ ἑαυτὸν interpretanda sunt de apparitione Christi coram Deo, non, ut alii volunt, de immolatione Christi his in terris, qua ipsa mors in cruce perpessa significatur. Sed προσφέρειν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ idem valet

quod v. 12. *εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος*. Comparatur enim Christus cum pontifice coll. v. 24. 12. add. not. ad 8, 1. qui cum victimae sanguine adytum templi intrabat, et verbum *προσφέρειν* diserte adhibetur de pontifice sanguinem victimae offerente 9, 7. et ultima verba huius v. liquido docent, de Christi in coelum ingressu sermonem esse coll. v. 26. init. Opponit scriptor, (verba *Limborchii* mea facio,) h. l. Christi oblationem ingressui pontificis in Sanctum Sanctorum cum sanguine alieno, atque eodem modo dicit Christum comparuisse coram Deo, ingressum esse coelum, *non ut saepius se offerret* h. e. ut coelum ingressus denuo egrederetur, et in terram descenderet, ibique rursus ut victima occideretur, et denuo in vitam revocatus, saepius se in coelis Deo offerret. In hoque ostendit Christum esse dissimilem pontifici eoque praestantiorem, primo, quod pontifex sanctissimum ingrederetur cum alieno sanguine, victimarum puta, ut adeo alius esset sacerdos, alia victima, Christum autem per proprium sanguinem, ut adeo sacerdos sit idem cum victima. Deinde quod pontifex Sancta ingressus, rursus egrediebatur, et hunc ingressum et egressum quotannis repetebat, adeoque saepius ingrediebatur, Christus autem semel tantum. *ἑαυτὸν* est id. qd. *τὸ ἴδιον αἷμα* 9, 12. *ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ cum sanguine alieno: ἐν cum* supra v. 7. *ὁ χωρίς*. Praepositio *ἐν* vocabulis onerum, armorum, vestium, etiam virtutum decorumque, vitiorum et dedecorum, ita iungitur, ut exprimi Latine fere debeat et possit participiis verborum, quae sint naturae rerum, quae nominibus illis significantur, accommodata, vel praesentibus, vel praeteritis, quod genus *indutus*, *praeditus*, *sustinens*, *portans*, *pollens* vid. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. I. P. 2. p. 138. Idem de Vitiis Lexx. N. T. p. 369 sq. 1 Regg. 1, 25. *ἀνέβη ἐν μόσχῳ gestans vitulum.* add. 1 Chr. 13, 8. 1 Macc. 1, 17. *καὶ εἰσῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἐν ὄχλῳ βαρεῖ, ἐν ἅρμασι, καὶ ἐν ἐλέφασι, καὶ ἐν ἱππεῦσι, καὶ ἐν στόλῳ μεγάλῳ*. Callim. h. in Dian. v. 241. Amazones saltasse dicuntur *ἐν σακέεσσιν scutis instructae*, h. in Del. 64. Mars dicitur sedens in summo vertice Haemi *ἐν ἔντεσι*

armis instructus. Ita quoque Hebraei particulam עם pe mutarunt cum particula ב Num. 20, 20. Deut. 10, 9. *ἀλλότριον* dicitur id *quod ad me non pertinet*, *alienum*, *non proprium*, opponitur *τῷ ἰδίῳ*, ut h. l. *τῷ ἰδίῳ αἵματι* v. 12. Ael. H. V. 6, 1. *τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ μηδὲν σφίσι προσήκοντας*. Xen. Anab. 3, 2. 28. Luc. 16, 12. *κατ᾽ ἐνιαυτὸν* singulis semel annis 9, 7.

26) Priora huius versus verba *ἐπεὶ ἔδει — καταβολῆς κόσμου* in plerisque editionibus parentheseos nota a reliquis separantur. Sed *Böhmius*, praeeunte *Moldenhauero*, parenthesin tollendam, et punctum maius ante *νῦν* ponendum esse recte statuit. Hoc vel docent verba *ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων*, quae opposita sunt verbis *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Particula *ἐπεὶ alioquin*, *ni ita esset*, ita usurpari solet, ut intelligi debeat, aut ipsa enuntiatio quae praecessit, aut certe eiusmodi quae idem declaret, lingua patria sic utitur particula *sonst* Xen. Cyr. 2, 2. 17. *οὐ φιλόπονός ἐστιν, ἐπεὶ ἤρκει ἂν αὐτῷ κ. τ. λ.* Epictet. Enchir. c. 48. *ἐάν τις σοὶ ἀπαγγείλῃ· ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα, ἀλλ᾽ ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μὴ κακά, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.* add. Rom. 3, 6. Exempla alia dant *Fischerus* ad Plat. Euthyphr. 10, 6. ad Aristoph. Plut. 882. *Albertius* ad 1 Cor. 5, 10. *Vigerus* p. 403. Sic h. l. supplendum est: si necessaria fuisset repetita oblatio, vel, si maior fuisset vis et efficacia in repetita oblatione, aut simile quid. Theophylactus: *εἰ ἔμελλε πολλάκις προσενεγκεῖν*. Oecumenius: *εἰ γὰρ ἐχρῆν αὐτὸν πολλάκις προσφέρειν θυσίαν.* Ad *ἔδει* subintell. *ἂν* coll. 10, 2. 1 Cor. 5, 10. *πολλάκις* seculis deinceps labentibus s. *κατ᾽ ἐνιαυτὸν* v. 25., quia *χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις* v. 22. Ab absurdo demonstratur, quod Christus saepius mortem piacularem subire non potuerit, et quo gravior atque acerbior eius mors fuerat, eo absurdior eius erat in Christo repetendae cogitatio. *παθεῖν* mortem subire cruentam, ut 13, 12. Luc. 13, 2. 22, 15. Act. 1, 3. Philo de Spec. legg. p. 790. D. *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου inde ab orbe condito*, popülariter dictum, post hominum memoriam. Rom. 5, 11. *νῦν δὲ* non de

tempore capiendum, huius enim significatio inest verbis ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, sed, ut ad 8, 6. observavimus, nectunt hae particulae opposita et contraria iis quae praecesserunt, atque reddi debent: *iam vero*, *so aber*, ut ap. Xen. Anab. 5, 1. 10. Isocr. Ev. c. 7. extr. ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων *sub finem mundi*, legitur haec formula etiam Matth. 13, 39. 24, 3., explicanda est ex Iudaeorum de Messiae temporibus loquendi ratione, et h. l. idem valet quod formula ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν Hebr. 1, 1. ubi v. notata. εἰς ἀθέτησιν (vid. ad 7, 18.) τῶν ἁμαρτιῶν *ad abolenda peccata* h. e. ut comparatio Christi cum pontifice Iudaeorum instituta docet (coll. etiam v. 28.), ad expianda peccata, ut veniam peccatorum nancisceremur, εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν v. 22. εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν v. 15. Sunt qui haec verba explicent: peccatum omni vi sua privaturus, ut non solum quae adhuc peccata fuissent ab hominibus expiarentur, sed etiam amplius, quantum fieri posset, ab iis non peccaretur: quod tamen posterius remotiorem finem sacrificii Christi *Limborchius* profitetur, atque recte animadvertit h. l. priorem finem respici, cum in eo vis oblationis Christi proprie consistat v. et *Stäudlinii Dogmat. Abschn.* 4. §. 92. n. 5 sq. p. 412. De voce πεφανέρωται interpretes inter se discrepant. Haud pauci eam de Christi φανερώσει in coelo accipiunt, notant, φανεροῦσθαι h. l. idem esse quod ἑαυτὸν θυσίαν προσφέρειν τῷ Θεῷ, atque adeo verba reddunt: *comparuit coram Deo cum* (διὰ vid. ad v. 12.) *victima*, cum proprio sacrificio, se tanquam victimam piacularem Deo obtulit. Alii contra rectius verba διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ cum verbis εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας coniungunt, et locum ita explanant: *apparuit*, *in has terras venit*, ut peccata expiaret, per corporis sui sacrificium 10, 12. Tuentur atque confirmant hanc interpretationem usus verbi φανεροῦσθαι, quod frequenter adhibetur de Christi in has terras adventu, ut 1 Petr. 1, 20. 1 Ioh. 3, 5. 8. et verba quae h. l. v. 28. leguntur: ἐκ δευτέρου ὀφθήσεται. Caeterum temperare mihi non possum, quin huc *Limborchii* verba transferam, cum ad caussam nostram faciant, et brevitati adiunctam

ribus (2, 10.) appellandae eorum, qui illo vel
donati essent, universitati adhibitum e Ies. 53,
ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε) fluxisse videtur."
Formula ἀναφέρειν ἁμαρτίας notat: *ferre, in se sustinere peccatorum poenam* i. e. expiare. Hesyc
ρειν, λαμβάνειν, βαστάζειν, ὑπομένειν. Ies. 53,
τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει *perfert poenas peccat*
strorum. add. Num. 14, 33. 1 Petr. 2, 24. ubi v.
rus et *Pottus*. Vocabulum ἁμαρτία de *poena pe*
situm extat etiam 1 Cor. 15, 17. ubi v. *Heyde*
Hebr. 10, 4. Sir. 18, 27. Hebraei ita utuntur
חטאה v. Zach. 14, 19. et עון Ps. 40, 3. ἐκ δευτέ
ἁμαρτίας ὀφθήσεται] *iterum sine peccato appar*
spondent haec verba iis quae v. 26. praecesserun
τησιν τῆς ἁμαρτίας διὰ θυσίας πεφανέρωται, a
sensus est: non tanquam victima piacularis appare
expiet peccata, sed piis suis cultoribus felicitate
nem largiturus. χωρὶς ἁμαρτίας bene *Böhmius*, it
catum nihil facessat ei negotii, *Schulzius: ohne geschäft*. Verba εἰς σωτηρίαν plures interpretes
ὀφθήσεται construunt, et post ἀπεκδεχομένοις
gunt; *apparebit, ad salutem conferendam iis, qu*
spectant. Alii verba ultima coniungunt cum
ἀπεκδεχομένοις ita, ut verba sonent: *conspicietu*

Aeschin. Socr. 1, 12. ἀλλ' ἀπέκειντο τῇ πόλει σωτῆρές τε καὶ εὐεργέται, ἐπειδή γε εἰς τὴν ἡλικίαν ἀφίκοιντο *pueri* *eservandi sunt civitati, tanquam conservatores eius et be-eficiorum auctores, cum adoleverint, futuri.* Philo quod et. ins. pot. p. 178. D. καθάπερ τὰ ἀποκείμενα ἐν σκότῳ ἐκρυπται — τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ ἐνθυμήματα ἐν ἀοράτῳ χωρίῳ διανοίᾳ ταμιεύεται *sicut quae in tenebris abdita int celantur — eodem modo cogitationes in occulto loco, mente asservantur.* Deinde ponitur de omnibus quae liquem manent, ita, ut notet: *instare, manere, paratum, estinatum esse* ut h. l. Hesychius: ἀπόκειται, ἡτοίμασται. chill. Tat. 3, 22. ἀποκείσεταί σοι παρ' αὐτῷ ἡ χάρις *ma-ebit tibi gratia, eam inibis.* Heliodor. 1, 16. p. 28. εἰ γὰρ τῦτα ἐπιδείξειας — σοὶ μὲν ἐλευθερία μισθὸς ἀποκείσεται. Longin. de sublim. 9, 7. ὑμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν πόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος *vobis miseris mors, ma-rum portus parata est.* Ioseph. Ant. Prooem. §. 3. τοῖς εοῦ γνώμῃ κατακολουθοῦσι — γέρας εὐδαιμονίας πρόειται παρὰ Θεοῦ *qui Dei voluntati parent — iis felicitas praemium parata est.* ἅπαξ ἀποθανεῖν] Vis inest vo-ibulo ἅπαξ, *semel* tantum moriendum est hominibus, et *mel* tantum Christus mortuus est; neque hominis, neque hristi mors iteratur. μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις scilicet ἀπόειται *posthac iudicium,* coram Christi iudicio comparenım est, cum ad illud exercendum redibit v. 28. 6, 2. 10, '. 2 Cor. 5, 10. Vocabulum κρίσις *Schulzius* explicat Christi iudicis sententia condemnatoria improbis ex-ectanda; in quam sententiam etiam *Böhmius* inclinat. ed locus 10, 27. qui affertur, nostro non est plane simi-, diserte ibi memorantur ὑπεναντίοι, h. l. autem prae-ssit τοῖς ἀνθρώποις.

28. Pro οὕτως ὁ Χριστὸς *Griesbachius, Matthaeius, Knappius, Schottus, Vaterus* auctoritate optimorum codd. : verss. antiq. permoti rescripserunt οὕτω καὶ ὁ Χριστός. 'erba ἅπαξ προσενεχθεὶς, *semel oblatus* tanquam victima iacularis, (7, 27. ἐφάπαξ ἑαυτὸν ἀνενέγκας) respondent 'erbis v. 27. ἅπαξ ἀποθανεῖν. Non scripsit noster mor-uus, in crucem actus est, quia antea de Christo pontifice,

ribus (2, 10.) appellandae eorum, qui illo vel d
donati essent, universitati adhibitum e Ies. 53,
ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε) fluxisse videtur."
Formula *ἀναφέρειν ἁμαρτίας* notat: *ferre, in se*
sustinere peccatorum poenam i.e. expiare. Hesycl
ρειν, λαμβάνειν, βαστάζειν, ὑπομένειν. Ies. 53,
τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει perfert poenas peccat
strorum. add. Num. 14, 33. 1 Petr. 2, 24. ubi v. *I*
rus et *Pottus*. Vocabulum *ἁμαρτία* de *poena pe*
situm extat etiam 1 Cor. 15, 17. ubi v. *Heyde*
Hebr. 10, 4. Sir. 18, 27. Hebraei ita utuntur n
חטאה v. Zach. 14, 19. et עון Ps. 40, 3. *ἐκ δευτέ*
ἁμαρτίας ὀφθήσεται] *iterum sine peccato appare*
spondent haec verba iis quae v. 26. praecesserunt
τησιν τῆς ἁμαρτίας διὰ θυσίας πεφανέρωται, at
sensus est: non tanquam victima piacularis apparel
expiet peccata, sed piis suis cultoribus felicitate
nem largiturus. *χωρὶς ἁμαρτίας* bene *Böhmius*, ita
catum nihil facessat ei negotii, *Schulzius: ohne*
geschäft. Verba *εἰς σωτηρίαν* plures interpretes c
ὀφθήσεται construunt, et post *ἀπεκδεχομένοις*
gunt; *apparebit, ad salutem conferendam iis, qui*
spectant. Alii verba ultima coniungunt cum
ἀπεκδεχομένοις ita, ut verba sonent: *conspicietu*

μενοι sunt omnes οἱ πιστοὶ qui temporibus V. et N. T. vixerunt coll. 11, 39. 40. et σωτηρία est *beatitas*, qua exremi adventus Christi tempore veri eius cultores potienır, quae 1 Petr. 1, 9. dicitur σωτηρία ψυχῶν.

CAPUT X.

1. Pergit scriptor sacrificii Christi praestantiam demonrare v. 1-9. ita, ut, cum antea Christi sacrificium unum, ad piandum perpetuo valens, opposuerit pontificis sacrificio mnuo, v. 25. iam illud opponat sacrificiorum multitudini, n a solo pontifice sed omnino a sacerdotibus Iudaicis otannis perpetuo offerendis, atque ea non posse perfecte piare, affirmet. Initio v. cogitando adiiciendum: Chrius uno sacrificio multorum peccata expiavit 9, 28. 10, sq. σκιὰ vid. not. ad 8, 5. Per τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ inlliguntur ut 9, 11. aditus ad Deum facilis, expiatio in rpetuum valitura, animi tranquillitas, felicitas perennis et not. ad 9, 23. οὐκ αὐτὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων] *lex im, cum umbram tantum contineat futurorum bonorum, que ipsam rerum imaginem expressam*, cum lex Mosaica vem tantum et rudem contineat adumbrationem, non solam et expressam imaginem rerum futurarum, cum culs Leviticus, ritus quos lex praescribit leviter tantum eximant beneficia, quae Christo debemus. πράγματα *res* em valet quod μέλλοντα ἀγαθὰ, quae Christus summus cerdos (9, 11.) eo paravit hominibus, quod se ipsum ıquam victimam Deo obtulit. κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς υσίαις κ. τ. λ.] *sacrificiis* piacularibus *iisdem quae quotınis sine intermissione offeruntur, non potest homines eum adeuntes expiare*. Verba traiecta sunt, eorumque do ita constituendus: ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέυσι κατ' ἐνιαυτὸν εἰς τὸ διηνεκὲς κ. τ. λ. ταῖς αὐταῖς θυαις pertinet ad τελειῶσαι coll. v. 14. προσφέρουσι *die an darbringt*, impersonaliter positum pro προσφέρονται), 8. v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 17. nos ad Act. 27, 1. quae a sacerdotibus offeruntur. ὺς προσερχομένους scl. τῷ Θεῷ, qui ad aram accedunt, o quibus sacrificia offeruntur. οὐ δύναται np. ὁ νόμος.

In codd. nonnullis legitur δύνανται nempe οἱ προσφέροντες. Theophylactus: οὐδέποτε γὰρ δύνανται οἱ προσφέροντες δηλαδὴ, τελειῶσαι τοὺς προσερχομένους *nunquam enim possunt, offerentes videlicet, perfectos facere accedentes.* Quae tamen lectio grammaticis originem suam debere videtur. τελειῶσαι *perfecte expiare* v. 4. cf. quae de huius verbi vi ac potestate disputavimus ad 2, 10. add. 10, 14.

2. Probat scriptor quod v. 1. affirmaverat. Pro ἐπεὶ ἂν in plurimis optimae notae libris scriptum extat ἐπεὶ οὐκ ἂν, hanc lectionem secuti sunt etiam Theophylactus et Oecumenius, qui monuerunt, hoc comma in interrogatione positum esse, κατ' ἐρώτησιν ἀνάγνωθι, et ita rescripserunt *Millius, Griesbachius, Matthaeius, Knappius, Schottus, Vaterus.* Nonnulli codd. exhibent κἂν. Equidem cum iis facio, qui lectionem ἐπεὶ οὐκ ἂν, veram et genuinam esse censent. Sensus quidem idem manet, sed interrogando oratio fit vividior; praeterea lectio ἐπεὶ οὐκ ἂν, ut *Michaelis* ad *Peircium* animadvertit, est obscurior et difficilior, et lectionis κἂν, ex hac ratio reddi potest, non item ex illa ἐπεὶ ἂν, ex ουκαν enim, si continua serie voces scribuntur, facile omisso ου existere potuit καν. De voce ἐπεὶ *alioquin* v. not. ad 9, 26.; subintelligi h. l. debet εἰ ἐδύνατο τελειῶσαι. Particula ἂν imperfectis et aoristis indicativorum vel praefixa, vel subiecta, vim induit coniunctivi Bion 1, 39. τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἂν *quis non flevisset!* Xen. Anab. 4, 2. 10. καὶ αὐτοὶ μὲν ἂν ἐπορεύθησαν *profecti essent* s. *proficisci potuissent* v. *Schaefer* in Dion. Hal. 1. p. 124 sq. 2 Macc. 4, 47. ἀπελύθησαν ἂν ἀκατάγνωστοι. 3 Macc. 5, 31. εἴ σοι γονεῖς παρῆσαν ἢ παίδων γοναὶ, τήνδε θηρσὶν ἀγρίοις ἐσκεύασαν ἂν δαψιλῆ θοίναν. Ps. 123, 3. ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς *vivos nos deglutiissent.* Itaque verba ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι scl. θυσίαι, reddi debent: alioquin (si sacrificia plenam peccatorum veniam conciliare potuissent sacra facientibus) nonne offerri desiissent? Satis fuisset ea semel offerri, nec illa quotannis sine intermissione repeti opus fuisset. Verbo παύειν, παύεσθαι sequente participio,

Graeci frequenter utuntur Xen. Anab. 3, 1. 19. οὔποτε ἐπανόμην ἡμᾶς μὲν οἰκτείρων. Aristoph. Plut. 360. παῦσαι φλυαρῶν. Xen. Cyr. 4, 5. 10. παύσεται φοβούμενος. Plato Cratyl. 34. μὴ παύσεται ποιῶν — ἀπειπὼν — παύοιτ' ἄν. Philo lib. omn. sap. p. 877. de Essenis: οὐ παύονται τοὺς πατρίους νόμους ἀναδιδάσκοντες. Gen. 11, 8. LXX ἐπαύσαντο οἰκοδομοῦντες. add. Luc. 5, 4. Act. 5, 42. Sir. 28, 6. 1 Macc. 2, 23. διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν — ἅπαξ κεκαθαρμένους] *propterea quod sacra facientes, semel expiati, nulla amplius peccatorum conscientia turbarentur* v. 9, 14. 10, 22. λατρεύοντας homines per sacerdotem sacrificia offerentes; ἅπαξ semel i. perfecte v. ad 6, 4. καθαίρειν *purgare*, *expiare*; a Graecis hoc verbum de lustrationibus et expiationibus usurpatur v. Xen. Anab. 5, 7. 35. Ael. H. V. 8, 5. vid. *Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l. *Stanleius* ad Aeschyl. Eumen. v. 575. Pro κεκαθαρμένους in nonnullis libris legitur κεκαθαρισμένους, quae lectio glossema sapit.

3. 4. ἀλλὰ *imo vero*, *im Gegentheil* Xen. Mem. 1, 2. 2. πῶς οὖν αὐτὸν ὢν τοιοῦτος ἄλλους ἂν ἢ ἀσεβεῖς — ἐποίησεν; ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλοὺς κ. τ. λ. add. Act. 19, 2. Sensum verborum *Böhmius* recte ita constituit: adeo non habent talibus quamvis iugiter oblatis sacrificiis nullam amplius conscientiam peccatorum, ut recordatio horum potius in illis talibus insit singulis annis instaurata. 4. ἀδύνατον γὰρ κ. τ. λ. *fieri nullo pacto potest, ut sanguine vitulino et hircino impetretur peccatorum venia*; peccatorum veniam conciliare non poterant, puritatem tantum civilem, et sanctitatem externam comparabant v. 9, 9. 13. 14. ταύρων καὶ τράγων non tantum respiciuntur sacrificia die expiationis solenni oblata, sed et sacrificia reliqua piacularia, quae offerebantur, omnia. ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας 9, 26. ἀθετεῖν ἁμαρτίας. 10, 11. περιελεῖν ἁμαρτίας. Ies. 27, 9. Alexandrini interpretes verba יְכֻפַּר עָוֹן expresserunt ἀφαιρεθήσεται ἡ ἀνομία. Symmach. et Theodot. ἐξιλασθήσεται. Add. Rom. 11, 27. Male *Grotius* ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας explicavit: extinguere peccata, facere ne ultra peccetur.

5. Epistolae auctor, ne nimis irritaret lectores, se non alia docere ostendit, quam quae ipsi libri sacri doceant. Affert locum Psalmi 40, 7 sqq. atque ex eo argumentatur. Hunc Psalmum cuius locus e versione Alexandrina laudatus est, non de Messia agere, sat clare patescit ex iis quae v. 3. 12 sqq. leguntur. De Davide explicandus est, et ab eo compositus esse videtur, cum tempore seditionis Absalomicae ex urbe evasisset, et Iordane feliciter superato, in tuto esset v. 2 Sam. 15, 13 sq. coll. 2 Sam. 17, 16. 15, 7 sqq. Ps. 40, 7. Sed huius epistolae auctor Psalmi verba ad Messiam accommodavit, et tanquam vaticinium laudavit, ut hactenus dicta de sacrificiorum Leviticorum tenuitate et sacrificii Christi necessitate comprobaret et confirmaret. Messiam igitur Ps. l. l. loquentem inducit et declarantem, sacrificiis Leviticis Deum non delectari, praestantius requiri, se a Deo corpore humano instructum iri, ut eo tanquam piaculo oblato, veram hominibus expiationem, plenam peccatorum veniam conciliaret, et ad hanc Dei voluntatem exsequendam se paratissimum esse. Sed Psalmi l. l. mens atque sententia vatis haec est: victimis non delectaris, eas non per se requiris aut probas, sed potius praeceptorum tuorum observationem, cultus ritualis Leviticus proprie ac per se non verus cultus a te censetur, recte factis maxime delectaris (eadem sententia Hos. 6, 6. *probitatem victimis, pietatem sacrificiis praefero.* add. 1 Sam. 15, 22. Mich. 6, 6 sq. Ies. 1, 11. Ps. 50, 8. Matth. 9, 13. 12, 7.); auribus me instruxisti, hoc me edocuisti (nempe, sacrificia sola tibi non placere, obedientiam esse praestantiorem), quare ita edoctus et animatus, dico, adsum, paratus sum voluntati tuae convenienter vivere, ut mihi in libri legis volumine (in Pentateucho) praescriptum (2 Regg. 22, 13.) est. *εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον*] *ille in has terras venturus, inter homines exstiturus, vitam inter eos acturus*, Messias, cuius adventus Ps. l. l. praedicitur. Theophylactus et Oecumenius: *ὁ Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσερχόμενος ἐν σώματι, λέγει διὰ τοῦ Δαβίδ.* Alii explicant: *munus legati divini in his terris aditurus.* Sed priorem interpreta-

tionem tuentur atque confirmant verba quae sequuntur: *σῶμα κατηρτίσω μοι.* Nomen Χριστὸς e loco remotiori 9, 28. repetendum esse, verba ipsa docent. Similis locus 8, 6. ubi *τέτευχε* referendum ad *ἀρχιερεὺς* v. 1. vid. *Storrius* Obss. ad Anal. p. 401 sq. *θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας*] *sacrificia et oblationes non desideras.* Vocabulo *θυσίαι* significantur sacrificia cruenta, ut *θυσίαι* et *ὁλοκαυτώματα* discernantur cf. v. 6. intelligendae sunt victimae, quarum pars tantum arae imposita adolebatur, reliqua autem pars sacerdotibus cedebat v. Levit. 5, 13. 7, 12. 14. 16. Num. 6, 20. *προσφορὰ* Ps. l. l. respondet Hebr. מִנְחָה *donum*, quod usurpatur de sacrificio incruento, de simila, placentis, cum oleo, thure, sale v. Levit. 2, 1 sq. et not. ad 5, 1. *ἠθέλησας* idem declarat quod *εὐδόκησας* v. 6. Hesychius: *θέλω — εὐδοκῶ.* Item: *εὐδόκησαν, ἐβούλοντο, ἠθέλησαν, ἠγάπησαν.* In versione Alexandrina Ps. l. l. 4, 7. Ies. 1, 11. verbum *θέλειν* respondet Hebr. חפץ *delectari aliqua re, probare aliquid*, quod in eadem versione expressum legitur verbo *εὐδοκεῖν* 2 Regg. 22, 20. Ps. 50, 20. Ies. 62, 4. *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι*] vertunt: *sed corpore humano me induisti*, quod pro hostia offerrem, ut hominibus veram expiationem, plenam peccatorum veniam conciliarem v. 2, 14. 9, 25. 10, 10. *καταρτίζειν* notat: *parare, instruere* v. Rom. 9, 22. Hebr. 11, 3. 13, 21. LXX Ps. 74, 16. ubi in textu Hebraico extat verbum הֵכִין add. Ps. 89, 37. Hesych. *κατηρτίσω· ἐποίησας, ἐτελείωσας.* It. *καταρτῆσαι, κατασκευάσαι, τελειῶσαι.* Sed verba quae actionem indicant, haud raro de decreto, vel declaratione actionis ponuntur cf. quae supra ad 8, 13. annotavimus; sic h. l. *κατηρτίσω* reddi debet: me corpore humano induere decrevisti; Messias enim, cuius praeexistentiam Iudaei credebant, loquens inducitur, antequam homo factus esset. Nonnulli interpretes *σῶμα* de *mancipio* interpretantur, quo significatu hoc vocabulum legitur ap. Polyb. Hist. 1, 19. extr. Marc. Antonin. 1, 16. in vers. Alex. Gen. 36, 6. Tob. 10, 11. v. *Elsnerus* et *Palairetus* ad Apoc. 18, 13. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 378 sq. Sensum ita constituunt: servi personam mihi imposuisti,

me servum tuum fecisti. Sed non legitur: *σῶμα κατηρτίσω μέ σοι,* neque, hac admissa interpretatione, verba accurate cohaerent: sacrificiis non delectaris, me autem servum tuum fecisti. Psalmi l. l. leguntur verba: אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures mihi fodisti.* Locutio *aures forare*, idem valet quod *formare, dare aures*, atque adeo כְּרוֹת אֹזֶן est id. qd. עֲשׂוֹת אֹזֶן seu תֵּת א״ quae formulae extant Prov. 20, 12. Deut. 29, 3. Similes formulae Ps. 94, 9. נֹטַע אֹזֶן *φυτεύειν τὸ οὖς,* et צֹרֵת עַיִן *πλάττειν τὸν ὀφθαλμόν.* Sed Psalmi l. l. verba: *aures mihi fodisti*, improprie accipienda esse, in aprico positum est; ea sibi hoc volunt: me monuisti, edocuisti. Sic quoque formula פָּתַח א״ Ies. 50, 5. גָּלָה א״ 1 Sam. 20, 2. הֵעִיר אזן Ies. 50, 4. ita positae extant, ut significent: Deus mihi aperuit, me admonuit. Alias aliorum explicationes horum Psalmi verborum attulit et examinavit *Rosenmüllerus* in Scholiis in Psalmos.

Alexandrini interpretes et huius epistolae auctor Hebraica verba reddiderunt: *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι,* atque adeo ab Hebraico textu vehementer discrepant. Quare quaesiverunt interpretes, unde haec versio venerit? 1) *Peircius* opinatur antiquam lectionem Ps. l. l. fuisse אָז גֵּוָה כָּרִיתָ *tunc corpus mihi parasti,* cum vero voces אז גוה in scribendo nimis minuto spatio distinctae fuerint, inde enatam esse lectionem textus אָזְנַיִם. Haec autem coniectura, cui codd. omnes et versiones antiquae refragantur, idoneis argumentis prorsus destituta est. 2) Ex aliorum sententia in vers. Alex. lectio *σῶμα,* pro qua in aliis libris legitur *ὠτία,* falsa est et adulterina, eiusque origo, ut nonnulli suspicantur, repetenda est a librariis, qui in cod. literis maiusculis scripto, pro genuino *ΗΘΕΛΗΣΑΣΩΤΙΑ,* facile effingere potuerint *ΗΘΕΛΗΣΑΣ ΣΩΜΑ.* Alii lectionem *σῶμα,* quam codd. vers. Alex. exhibent, ex hoc epistolae ad Hebraeos loco desumtam, primum margini adscriptam, deinde textui insertam esse contendunt. In omnibus enim epistolae nostrae codd. et verss. legi *σῶμα,* scripsisse autem auctorem *σῶμα* pro *ὠτία,* non quod memoriter locum Psalmi laudarit, sed consulto et de industria, quippe quod nomen *σῶμα* rationi suae aptius esse

videret, cum demonstrare vellet, Christum corpore suo immolando coll. v. 10. peccatorum veniam hominibus conciliasse. 3) Contra vero alii, quibus assentior, in versione Alexandrina vocabulum σῶμα veram et genuinam lectionem esse, ὠτία autem glossema putari debere censent. Scilicet Alexandrinus interpres, ut scienter animadvertit *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. l. l. verbum כָּרָה accepit *comparandi*, *praeparandi* significatione, qua Deut. 2, 6. 2 Regg. 6, 23. Hos. 3, 2. reperitur; אָזְנַיִם autem, *aures*, per synecdochen, pro toto corpore positas existimavit. Lectio σῶμα est difficilior, et parum probabile est, ut recte monuerunt *Wolfius* in Curis ad h. l. p. 719. *Eckermanus theol. Beyträge* B. 2. p. 157. et *Böhmius* ad h. l. scriptorem nostrum Psalmi loco usurum fuisse, ut confirmaret, quod demonstratum ibat, si σῶμα in codd. vers. Alex. non reperisset.

6. 7. Pro ὁλοκαυτώτατα — εὐδόκησας in versione Alexandrina legitur ὁλοκαύτωμα — ᾔτησας. Victimae quae totae comburebantur, ὁλοκαυτώματα dicebantur v. *Iahnii bibl. Archaeologie Th.* 3. p. 386. Philo libr. de victimis p. 838. C. τὸ ὁλόκαυστον, ὅτι σύμπαν τὸ ἱερεῖον πυρὶ Θεοῦ τοῦ βωμοῦ παραδίδοται. Hesychius: ὁλοκαύτωμα, ὅλον πυρὶ καθαγιαζόμενον. Alexandrini Iudaei hoc vocabulo expresserunt Hebraica nomina כָּלִיל Ps. 51, 21. אִשֶּׁה Ex. 30, 20. et עֹלָה Ex. 10, 25. 24, 5. Verbum ὁλοκαυτεῖν extat ap. Xen. Anab. 7, 8. 4. Ioseph. Ant. 3, 9. 1. et ὁλοκαυτοῦν ap. Xen. Cyr. 8, 3. 24. Ioseph. Ant. 1, 13. 40. crebro utraque forma confusa, ut observavit *Lobeckius* ad Phrynich. p. 524. περὶ ἁμαρτίας scl. θυσίας s. προσφορᾶς coll. v. 18. Rom. 8, 4. ubi v. *Koppius*. 7. τότε εἶπον *ideo dico, declaro*. De significatione particulae τότε interpretes inter se dissident. In textu Hebraico legitur אָז *tunc*. *Michaelis* ad *Peircium* animadvertit, τότε non commode reddi posse *tunc dixi*, cum non appareat, quodnam temporis momentum significetur. Itaque particulam τότε reddendam esse putat *olim*, *dudum*, et hunc verbis substituit sensum: cum ne illo quidem ipso tempore, quo sacrificia per Mosen institueret, satis ea probaret Deus, *iam olim* promisit Messias, se

venturum. Quae tamen interpretatio coacta et longius petita, nonnisi *Cramero* arrisit. *Heinrichsius* τότε redundare statuit. *Henslerus* in *Bemerkk. über Stellen in d. Psalmen u. der Genesis* p. 65. notat: אז reddendum esse *nunc*, aut redundare; etiam *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. 40, 7. eo inclinat, ut putet particulam אז redundare, ut saepius v. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. 69, 5. Mihi magis placet *Seb. Schmidii*, *Carpzovii*, *Ernestii*, *Mori*, *Gesenii* in *Hebr. Wörterbuch* s. v. אז, *Tittmani* in explicat. locor. Ps. 40, 7-9. Hebr. 10, 5-7. Viteb. 1782. 4. aliorumque sententia, qui utramque particulam vertendam esse censent: *ideo*, *propterea* (*Gesenius: darauf* für *deshalb* Ier. 22, 15. Mich. 3, 4.). Particulae temporis, ut *Tittmanus* animadvertit, in omnibus linguis, Latina quoque, de caussa usurpantur. Idem praeterea observavit, εἶπον non in praeterito tempore, sed praesente esse reddendum, quod et res ipsa postulet, et usus temporis praeteriti apud Hebraeos permittat, quod fere habeat vim aoristorum apud Graecos. ἥκω *veni*, *adsum*, *paratus sum*; indicat hoc verbum alacritatem, qua sit voluntati Dei obtemperaturus. Praesens ἥκω vim habet praeteriti, *veni*, *adsum* ut Ioh. 2, 4. ubi v. not. et ad 8, 42. 4, 47. Plato Criton. c. 1. Xen. Mem. 2, 1. 27. *Dorvillius* ad Charit. p. 221. *Valckenarius* ad Eurip. Phoen. 383. *Musgravius* ad Eurip. Hec. v. 1. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ] *ut in volumine libri de me scriptum*, praedictum *legitur:* κεφαλὶς βιβλίου est Hebr. בִּמְגִלַּת־סֵפֶר qua voce significatur *volumen libri*, a גלל *convolvit*. Convolvebant enim veteres libros circa baculum teretem in cylindri formam (ut nunc quoque Iudaei in Synagogis suis legem descriptam habent), unde Diog. Laert. in Vita Epicuri n. 17. p. 1109. ed. *Longol.* haec volumina κυλίνδρους appellavit: γέγονε δὲ πολυγραφώτατος ὁ Ἐπίκουρος, πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. Κύλινδροι μὲν γὰρ πρὸς τριακοσίους εἰσί *scripsit autem Epicurus infinita volumina, adeo ut illorum multitudine cunctos superarit. Nam ad trecenta volumina sunt.* Graeci eiusmodi volumina dicebant εἰλήματα, qua voce εἴλημα usus est Aquila Ps. l. l. ab εἰλεῖσθαι *volvere*, Apoc. 6, 14. tale volumen

vocatur *βιβλίον εἱλισσόμενον*. Suidas: *κεφαλὶς βιβλίου, ὅπερ τινὲς εἴλημα φασί*. Diversae autem sunt interpretum sententiae, cur Alexandrini Iudaei usi sint vocabulo *κεφαλὶς*, quod proprie *capitellum* indicat, et in versione Alexandrina Ez. 26, 32. 27, 17. 36, 36. (24.) de *capitulo* s. *capitello columnarum* adhibitum extat. *Fullerus* in Miscell. Sacr. 2, 10. p. 235. et *Trotzius* ad *Hugonem* de prima scribendi origine p. 591. hoc vocabulum non a Graeco *κεφαλὴ*, sed ab Hebraico כָּפַל quod *διπλούμενον*, *duplicatum* s. *complicatum*, *convolutum* significat, deducendum esse statuunt, ut adeo *κεφαλὶς* idem fere sit quod מְגִלָּה Gr. *δίπλωμα*. *Vossius de LXX Interprett.* p. 67. *κεφαλὶς βιβλίου* de *primo* libri volumine accipiendum putat. Hieronymus ad Ezech. 2, 9. *pro involuto libro, LXX capitulum libri transtulerunt, capitulum intelligamus exordium*. Vulgatus interpres Ps. l. l. et h. l. vertit: *in capite libri*. Quare nonnulli oraculum illud Gen. 3, 15. de semine mulieris respici opinati sunt, ut monuit *Peircius*. Sed Hebr. מגלה nunquam notat *initium*, neque haec significatio convenit vocabulo *κεφαλὶς* Ezech. 3, 1. ubi *οἱ ό* habent: *κατάφαγε τὴν κεφαλίδα ταύτην comede hoc volumen*. *Bretschneiderus* in Lex. Man. in N. T. sub v. *κεφαλὶς*, cum Rabbini, inquit, et Talmudistae, Graecum *κεφαλὶς*, ut alias voces Graecas, in suam ipsorum linguam recepissent, et capitulum columnae dixissent קְפָל, קִיפְלָא, קֵיפְלוֹס, (vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. et Rabb. p. 2091.) קְפַל vero etiam esset *complicare*, et קְפַל et קִיפְלָא *complicatio*, opinor, Alexandrinos hanc posteriorem notionem transtulisse etiam in Graecum *κεφαλὶς*, eaque de caussa usos esse, pro Hebr. מְגִלָּה *volumen complicatum*. Mihi tamen praeferenda videtur sententia *Maii* Obss. Sacr. P. 3. p. 134. cui adstipulati sunt *Michaelis*, *Schleusnerus* in Lex. alii, Alexandrinos Iudaeos ad exprimendam vocem מגלה usos esse nomine *κεφαλίδος* propter capitella in extremitatibus voluminum membranaceorum conspicua, quae Latine dicebantur *umbilici*. Scilicet columnis s. baculis, circa quos membranae convolvebantur, in utraque parte extrema, addita erant capitella, figurae capitum formas referentes, quae volumina

superiminebant, et addita erant, non solum ornatus gratia, sed etiam utilitatis caussa, partim ut membrana circum bacillos convolveretur, et convoluta a sordibus tuta esset, partim, ut in evolvendo vel replicando volumine firmius teneri posset. Figuram exhibuit *Hugo* in libro de prima scribendi origine p. 589. Iam vero Ps. l. l. מְגִלַּת־סֵפֶר est periphrasis libri, et nihil amplius notat, quam מגלה aut כפר simpliciter positum ut Ier. 36, 2. 4. 6. Ez. 2, 9. coll. 3, 1. 2. 3. Sic etiam *κεφαλὶς* volumen ipsum indicat, ut Esr. 6, 2. ubi legitur: *καὶ εὑρέθη κεφαλὶς μία·* et *ἐν κεφαλίδι βιβλίου* idem valet quod *ἐν βιβλίῳ*. Verba *γέγραπται περὶ ἐμοῦ* Hebr. כָּתוּב עָלָי si referuntur ad Davidem, reddenda sunt: *mihi praescriptum est*, etenim particula על saepius ita adhibita legitur, ut Latine per dativum commodi exprimi debeat v. 2 Regg. 22, 13. Gen. 2, 16. Esr. 1, 2. Praescriptum autem sibi profitetur Davides hoc, ut se totum Deo addiceret, eiusque voluntati potius obediret, quam sacrificia offerret, et per *librum* intelligi debet Pentateuchus, nam cum Davides Psalmum 40. caneret, codex Hebraeorum sacer erat Pentateuchus. Neque quod nostrum locum attinet, quo Psalmi verba ad Iesum Messiam accommodantur, eo adduci possum, ut interpretibus iis assentiar, qui universum codicem sacrum V. T. intelligendum esse censent, sed intelligi debet etiam h. l. Pentateuchus, et Christus ipse ad libros Mosis provocavit, in quibus de se scriptum esset v. Ioh. 5, 45 sq. Luc. 24, 44. Respiciuntur loci Gen. 22, 18. coll. Gal. 3, 16. Deut. 18, 15. 18. et alii, quos Iudaei illo tempore de Messia interpretabantur. Verba *ἐν κεφαλίδι β. γ. π. ἐμοῦ* in parenthesi ponenda sunt, et *τοῦ ποιῆσαι κ. τ. λ.* pertinent ad verbum *ἥκω*, ut v. 9. docet. Continet igitur v. 7. sententiam hanc: itaque declaro, me in libro legis promissum, promtum esse et paratum, ad tua mandata exsequenda. In his autem h. l. inprimis intelligi debet ea operis Christi pars salutaris, quae fuit in sustinenda morte, ad impetrandam hominibus peccatorum veniam, et beatitatem perennem coll. v. 10.

8. Commentatur nunc epistolae auctor in locum Psal-

mi allatum, ita, ut ex verbis Messiae, breviter repetitis, eorumque structura probet, sacrificia Levitica, quippe quae vi et efficacia ad plenam omnium peccatorum veniam hominibus peccatoribus impetrandam, careant, sublata, et in eorum locum praestantius Christi sacrificium substitutum esse. *ἀνώτερον qui supra dixerat*, nempe Messias. *ἀνώτερον supra, antea* Hebr. מִמַּעַל Levit. 11, 21. Particulam ὅτι post verba dicendi redundare, tritum est. *αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται*] *quae ex legis Mosaicae praescripto offeruntur.* Parentheseos nota haec verba a reliquis seiungenda sunt. *αἵτινες* Act. 8, 13. *σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας* add. Hebr. 3, 6. cf. not. ad 9, 9. Pro *θυσίαν καὶ προσφορὰν* in aliis optimae notae libris legitur *θυσίας καὶ προσφορὰς* quam lectionem *Griesbachius* inter lineas textui subiectas posuit. Vulgaris lectio originem suam debere videtur librariis, qui scripserunt *θυσίαν κ. προσφορὰν*, quoniam v. 5. numerum singularem exhibet. *κατὰ τὸν νόμον* adeoque omnis constitutio Mosaica imbecillitati istius aevi accommodata, est abrogata v. 7, 11. *προσφέρονται* a pontifice et sacerdotibus v. 1. 11.

9. *τότε εἴρηκεν deinde dixit.* Pro *εἴρηκεν* Chrysost. Vulg. legerunt *τότε εἶπον tunc dixi*, quam lectionem *Peirceius* probat. Sed vulgarem lectionem codd. omnes tuentur. Occasionem errori praebuit, quod in Psalmi contextu legitur *τότε εἶπον*, verum h. l. leguntur verba scriptoris nostri, locum Psalmi accommodantis, et cohaerent haec verba cum v. 8. initio. Verba *ὁ Θεὸς* in pluribus codd. iisque praestantissimis desunt; *Knappius* et *Vaterus* ea uncinis incluserunt, *Griesbachius* et *Schottus* omiserunt. Scilicet e superioribus librarii ea repetierunt. *ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ*] *tollit prius, ut posterius stabiliat.* Continent haec verba conclusionem ex praemissis. *τὸ πρῶτον* sacrificia Levitica. *τὸ δεύτερον* nempe voluntatem Dei, *τὸ θέλημα* (quod vocabulum praecessit et sequitur) *τοῦ Θεοῦ ποιεῖν*, qui voluit, ut Christus sacrificium corporis sui offerret. Theophylactus: *ποῖόν ἐστι τὸ πρῶτον; αἱ θυσίαι. Ποῖον τὸ δεύτερον; τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, τουτέστιν, ἡ διὰ σταυροῦ τοῦ σώματος τοῦ*

Χριστοῦ θυσία. *Ἐκβάλλονται οὖν ἐκεῖναι, ἵνα σταθῇ καὶ βεβαιωθῇ ἡ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σφαγῆς προσφορὰ ἣν ἠθέλησεν ὁ πατήρ quale hoc primum est? sacrificia. Quale secundum? voluntas Patris h. e. per crucem corporis Christi sacrificium. Eiiciuntur igitur illa, ut statuatur et confirmetur per Christi caedem oblatio quam voluit Pater.* Male *Carpzovius* τὸ πρῶτον et δεύτερον significare ait διαθήκην πρώτην et καινὴν coll. v. 16 sqq. 8, 13. *ἀναιρεῖ* referendum ad λέγων v. 8. Verbum ἀναιρεῖν notat *abrogare, abolere* Xen. Cyr. 1, 1. 1. ὅσαι δὲ ὀλιγαρχίαι ἀνῄρηνται *tolluntur, alia civitatis forma constituta* add. Polyb. 32, 1. 3. στῆσαι *confirmare, stabilire* Rom. 3, 21. ubi ei opponitur καταργεῖν. Gen. 26, 3. στήσω τὸν ὅρκον μου. Gen. 6, 8. στήσω τὴν διαθήκην σου πρός σε. 1 Macc. 10, 54. στήσωμεν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν. Diod. Sic. p. 543. D. αἰώνιον ἵστασθαι τὴν διαφορὰν βούλεσθε *aeternas confirmare discordias vultis.* Apud Philonem, quae *fixa, rata, constantia* sunt, dicuntur ἵστασθαι Alleg. 1. p. 41. D. ὅσα μὲν γὰρ ταῖς ἡμετέραις τέχναις δημιουργεῖται ἵσταται καὶ μένει *quaecunque nostris artibus perficiuntur stant et manent* vid. *Loesnerus* ad Rom. l. l.

10. ἐν ᾧ θελήματι scl. Θεοῦ *qua quidem Dei voluntate,* ante commemorata, qua voluit Christum victimam fieri. Nonnulli θέλημα de Christi voluntate explicant, qua se patri subiecit et obedientiam praestitit. Sed v. 7. 9. de patris voluntate sermo erat, et θέλημα a προσφορᾷ diserte hic distinguitur. ἡγιασμένοι ἐσμὲν expiati, veniam delictorum consecuti sumus coll. v. 4. 11. v. ad 2, 11. διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος Ι. Χ. ἐφάπαξ] *per oblationem corporis I. C. semel factam,* 9, 14. Ante verba διὰ τῆς codd. nonnulli, Oecum. Theophyl. exhibent *οἱ,* et Theophylactus subaudiendum esse praecipit ἁγιασθέντες. Hanc lectionem in ordinem recepit *Matthaeius*, sed optimi et praestantissimi codd. *οἱ* omittunt. Facile addi potuit incuria librariorum, cum praecesserit ἡγιασμένοι. Pro σώματος in aliis libris legitur αἵματος, quae tamen lectio glossema sapit, vid. 9, 14. genuinum est vocabulum σώματος e Psalmi loco desumtum. ἐφάπαξ sunt qui referant

ad ἡγιασμένοι, sed rectius refertur ad προσφορὰ coll. v. 14. et supra 9, 26. 28. scriptor declararat Christum semel venisse, ut semel se offerret.

11. Revertitur ep. auctor ad argumentum quod 9, 26 sq. et 10, 1. tractare coeperat, sed argumenti tractatio, quam v. 11 sqq. continent, eo differt ab illa de sacrificiorum Leviticorum, in quorum locum unum Christi sacrificium substitutum sit, inutilitate, quod, ut Iudaicorum sacerdotum ministeria elevet, Christum sedentem opponit sacerdotibus stantibus. Pro ἱερεὺς in libris haud paucis vers. Syr. Arab. legitur ἀρχιερεὺς, quae lectio ex 7, 27. 9, 25. 8, 3. 5, 1. a grammaticis marginibus codd. adscripta, a librariis in textum est recepta. Neque ἱερεὺς positum est pro ἀρχιερεὺς vid. not. ad 5, 6. sed sermo est h. l. de sacerdotibus Leviticis omnibus, etiam pontifice, cuius nomen scriptor inclusit, ut intelligenter annotarunt *Seb. Schmidius* et *Böhmius*. vid. et not. initio huius cap. ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν] *quotidie stando ministerio fungitur.* Apud veteres ordine inferiores et humiliores stabant, superiores sedebant v. Iac. 2, 3. 1 Regg. 1, 28. Plin. H. N. 35, 2. *Magnificus est Iupiter eius in throno, adstantibus diis.* Stare solebant ministri coram rege s. principe, hinc verba *stare*, Hebr. עָמַד Gr. ἑστάναι ponuntur pro *ministrare*, *apparere* Deut. 1, 38. הָעֹמֵד לְפָנֶיךָ quae verba Alexandrini Iudaei expresserunt ὁ παρεστηκώς σοι. 1 Regg. 10, 8. οἱ παῖδές σου οὗτοι οἱ παρεστηκότες ἐνώπιόν σου διόλου. Dan. 1, 4. ἑστάναι ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. add. Gen. 41, 46. Ier. 52, 12. Horat. Carm. 1, 29. 7. *Puer quis ex aula* (e nobilioribus suae gentis) *capillis Ad cyathum statuetur unctis?* ubi v. *Mitscherlichius*. Sueton. V. Caes. 49. *Sed C. Memmius etiam ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse obiecit.* V. Calig. 26. *quosdam summis honoribus functos — coenanti modo ad pluteum, modo ad pedes stare, succinctos linteo iussit.* De angelis Dei ministris saepius verba ἵστημι, παρίστημι leguntur v. 1 Regg. 22, 19. Zach. 3, 7. Dan. 7, 10. Apoc. 7, 11. 8, 2. Luc. 1, 19. ubi v. not. Sacerdotes Hebraeorum, ut Dei ministri, in templo ministrabant et sacra faciebant stantes Deut. 10,

Χριστοῦ θυσία. Ἐκβάλλονται οὖν ἐκεῖναι, ἵνα σταθῇ καὶ βεβαιωθῇ ἡ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σφαγῆς προσφορ ἣν ἠθέλησεν ὁ πατήρ quale hoc primum est? sacrifici Quale secundum? voluntas Patris h. e. per crucem corpori Christi sacrificium. Eiiciuntur igitur illa, ut statuatur confirmetur per Christi caedem oblatio quam voluit Pate

Male Carpzovius τὸ πρῶτον et δεύτερον significare διαθήκην πρώτην et καινὴν coll. v. 16 sqq. 8, 13. ἀναι referendum ad λέγων v. 8. Verbum ἀναιρεῖν notat abr re, abolere Xen. Cyr. 1, 1. 1. ὅσαι δὲ ὀλιγαρχίαι ἀνῃ ται tolluntur, alia civitatis forma constituta add. P 32, 1. 3. στῆσαι confirmare, stabilire Rom. 3, 21. opponitur καταργεῖν. Gen. 26, 3. στήσω τὸν ὅρκον Gen. 6, 8. στήσω τὴν διαθήκην σου πρός σε. 1 Ma 54. στήσωμεν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν. Diod. Sic. p. 5 αἰώνιον ἵστασθαι τὴν διαφορὰν βούλεσθε aetern firmare discordias vultis. Apud Philonem, quae f ta, constantia sunt, dicuntur ἵστασθαι Alleg. 1. P ὅσα μὲν γὰρ ταῖς ἡμετέραις τέχναις δημιουργεῖται καὶ μένει quaecunque nostris artibus perficiuntur manent vid. Loesnerus ad Rom. l. l.

10. ἐν ᾧ θελήματι scl. Θεοῦ qua quidem Dei te, ante commemorata, qua voluit Christum victim Nonnulli θέλημα de Christi voluntate explican patri subiecit et obedientiam praestitit. Sed v patris voluntate sermo erat, et θέλημα a προσφο hic distinguitur. ἡγιασμένοι ἐσμὲν expiati, ver ctorum consecuti sumus coll. v. 4. 11. v. ad 2, 1 προσφορᾶς τοῦ σώματος Ι. Χ. ἐφάπαξ] per corporis I. C. semel factam, 9, 14. Ante ver codd. nonnulli, Oecum. Theophyl. exhibent o phylactus subaudiendum esse praecipit ἁγιασθ lectionem in ordinem recepit Matthaeius, se praestantissimi codd. οἱ omittunt. Facile ad curia librariorum, cum praecesserit ἡγιασμέν ματος in aliis libris legitur αἵματος, quae glossema sapit, vid. 9, 14. genuinum est vo ματος e Psalmi loco desumtum. ἐφάπαξ sunt

ἡγιασμένοι, sed rectius refertur ad προσφορὰ coll. v.
. et supra 9, 26. 28. scriptor declararat Christum semel
nisse, ut semel se offerret.

11. Revertitur ep. auctor ad argumentum quod 9, 26
. et 10, 1. tractare coeperat, sed argumenti tractatio,
iam v. 11 sqq. continent, eo differt ab illa de sacrificio-
m Leviticorum, in quorum locum unum Christi sacrifi-
um substitutum sit, inutilitate, quod, ut Iudaicorum sacer-
tum ministeria elevet, Christum sedentem opponit sa-
rdotibus stantibus. Pro ἱερεὺς in libris haud paucis vers.
gr. Arab. legitur ἀρχιερεὺς, quae lectio ex 7, 27. 9, 25.
3. 5, 1. a grammaticis marginibus codd. adscripta, a
variis in textum est recepta. Neque ἱερεὺς positum est
ἀρχιερεὺς vid. not. ad 5, 6. sed sermo est h. l. de sa-
rdotibus Leviticis omnibus, etiam pontifice, cuius no-
scriptor inclusit, ut intelligenter annotarunt *Seb.*
midius et *Böhmius*. vid. et not. initio huius cap. ἕστηκε
ἡμέραν λειτουργῶν] *quotidie stando ministerio fungi-*
Apud veteres ordine inferiores et humiliores stabant,
riores sedebant v. Iac. 2, 3. 1 Regg. 1, 28. Plin. H.
35, 2. *Magnificus est Iupiter eius in throno, adstanti-*
diis. Stare solebant ministri coram rege s. principe,
verba *stare*, Hebr. עָמַד Gr. ἱστάναι ponuntur pro
istrare, apparere Deut. 1, 38. לְפָנֶיךָ הָעֹמֵד quae verba
andrini Iudaei expresserunt ὁ παρεστηκώς σοι. 1 Regg.
8. οἱ παῖδές σου οὗτοι οἱ παρεστηκότες ἐνώπιόν σου
. Dan. 1, 4. ἱστάναι ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. add.
41, 46. Ier. 52, 12. Horat. Carm. 1, 29. 7. *Puer quis*
(e [illegible] suae gentis *capillis Ad cyathum*
[illegible] ubi v. *Mitscherlichius*. Sueton. V. Caes.
C. [illegible] *etiam ad cyathum et vinum Numa-*
[illegible]. V. Calig. 26. *quosdam summis honori-*
[illegible] — *coenanti modo ad pluteum, modo ad pedes*
[illegible] *linteo* [illegible]. De angelis Dei ministris
[illegible] verba ἵστημι, παρίστημι leguntur v. 1 Regg. 22,
Zach. 3, 7. Dan. 7, 10. Apoc. 7, 11. 8. 2. Luc. 1, 19.
v. not. Sacerdotes Hebraeorum, ut Dei ministri, in
[illegible] ministrabant et sacra faciebant stantes Deut. 10,

vinus, confirmat ea quae de expiatione Christi aeterna, de Christi sacrificio in perpetuum valituro dixi. Particula δὲ cum seq. καὶ coniuncta, h. l. non tam est adversativa, quam potius copulativa, et ἡμῖν non tantum ad epistolae auctorem, sed etiam ad lectores referendum est. Verbo μαρτυρεῖν etiam Graeci scriptores tribuerunt notionem *confirmandi*, *comprobandi* Xen. Mem. 2, 1. 20. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἐπίχαρμος. Plutarch. de PP. E. 9, 4. μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης. De voce τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον vid. not. ad 3, 7. 9, 8. μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι] *nam cum antea dixisset*. Pro προειρηκέναι plures codd. et verss. exhibent εἰρηκέναι, quam lectionem haud spernendam iudicavit *Griesbachius*, et *Valerus* in textu προ uncinis inclusit. Sed vulgarem lectionem retinendam puto. Saepius enim librarii verba composita mutarunt in simplicia vid. quae hanc in rem disputavimus ad Marc. 14, 40. Luc. 1, 29. 6, 49. Act. 2, 13. hoc factum videtur etiam h. l. quoniam verbum simplex in hac orationis serie sufficere videbatur. Verum scriptor usus est verbo composito, quo dilucidius ostenderet, sequentia continere apodosin. Multi in ea versati sunt sententia, ut crederent deesse h. l. apodosin, admittendum anacoluthon, post v. 16. subintelligendum esse λέγει s. τότε εἴρηκε, et in codd. nonnullis v. 17. additum legitur: ὕστερον λέγει. Sed his ambagibus non opus est. Rectissime *Beza*, *Lud. de Dieu*, *Storrius*, *Böhmius*, alii, connectunt verba μετὰ γὰρ προειρηκέναι, cum verbis λέγει κύριος, ut adeo his verbis λέγει κύριος apodosis insit. Sunt quidem verba λέγει κύριος in Hebraico textu, et versione Alexandrina verba prophetae, sed epistolae conditor ea sua facit, et ad ea refert quae sequuntur. Qua eadem libertate usus est noster etiam 10, 13.

16-18. Per memoriae lapsum verba διδοὺς νόμους κ. τ. λ. aliter reddidit scriptor, quam in versione Alexandrina exhibentur, ibi enim legitur: διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπιγράψω εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν. Sensus tamen idem manet. Pro πρὸς αὐτοὺς Ier. l. l. et Hebr. 8, 10. extat: τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, sed noster usus est

h. l. formula πρὸς αὐτοὺς, ut moneret lectores, ad christianos, sive antea Iudaeos s. gentiles, de quibus modo sermo fuerat, haec oraculi verba pertinere. Hebraicum verbum כרת cui respondet Gr. διατίθημι, construitur cum particulis עם Ex. 24, 8. את Ier. l. l. Gen. 15, 18. ubi οἱ ο' habent: διέθετο κύριος τῷ Ἀβραὰμ διαθήκην, et particula ל, nota dativi Ios. 9, 6. καὶ νῦν διαθέσθε ἡμῖν (dativus commodi) διαθήκην i. e. date pacem. πρὸς αὐτοὺς positum est pro αὐτοῖς ut 9, 20. Post καὶ interpungendum esse *Böhmius* statuit, vid. et *Bowyeri Conjecturen üb. das N. T.* p. 546. ut verba quae sequuntur, veluti pro nova allegatione verborum prophetae habenda sint v. 1, 10. Quae quidem sententia haud improbabilis est, non tantum propterea quod plura ex Ier. l. l. omissa sunt, sed etiam propterea, quia inprimis huius v. verbis v. 14. dicta comprobantur. 18. Ubi peccatorum venia locum habet, ibi sacrificio amplius ad ea expianda non opus est. Christus semel tantum se obtulit, eiusque expiatio valet in aeternum. οὐκέτι scl. ἐστί.

19. Extrema pars epistolae quae hic incipit, tota in monendo et confirmando versatur. (vid. ad 12, 12.) Admonitionem autem ad constantiam in retinenda religione christiana his argumentis hoc in cap. fulcit et firmat a) per Christum pontificem expiati estis, et facilem ad Deum aditum habetis v. 19-25. b) poenae gravissimae sunt metuendae iis, qui Christi signa deserunt v. 26-31. c) constanter olim propter religionis professionem calamitates pertulistis, cavete vobis, ne fructus laborum amittatis, tempus instat quo constantes Christi cultores praemia promissa reportabunt uberrima, maxima. παῤῥησία εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων cum *fiduciam* habere nobis liceat *ingrediendi adytum* coeleste. παῤῥησία est *fiducia, spes certissima* v. 35. Hebr. 3, 6. 1 Ioh. 3, 21. εἰς *quod attinet ad* ut Matth. 6, 34. Ioh. 4, 36. al. εἴσοδος notat *introitum, viam quae in locum aliquem fert, aditum,* et verba sonant: cum confidenter via incedere possimus, quae in adytum coeleste fert s. cum confidenter introire possimus in adytum h. e. cum intrepido animo Deum adire, eius auxilium implo-

rare, ab eoque optima quaeque exspectare possimus v. 4, 16. 9, 8. *ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ* per sanguinem, ope sanguinis Iesu vid. ad 9, 22. Alluditur ad Iudaeorum pontificem, qui adytum terrenum intrabat *ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ* 9, 25. Non populo, ne sacerdotibus quidem, sed tantum pontifici licebat introire in templi adytum vid. not. ad 4, 16. 9, 8.

20. Verbum *ἐγκαινίζειν* ut ad 9, 18. observavimus significat *renovare*, *denuo facere*, item: *initiare*, *consecrare* sacrificiis. Sed hoc idem verbum, ut vernaculum *einweihen*, dicitur etiam de iis, qui rem quampiam novam et iam absolutam, vel renovatam primum adhibent, primum ea utuntur. Sic Deut. 20, 5. de aedificio recens exstructo legitur: *καὶ οὐκ ἐνεκαίνισεν αὐτὴν*, quae verba *Rosenmüllerus* recte interpretatus est: *initiare, nempe habitatione.* add. Num. 7, 88. coll. v. 1. Iam cum h. l. de via sermo sit, et haec via mox dicatur *πρόσφατος nova;* verbum *ἐγκαινίζειν* h. l. *consecrandi* notione sumendum est, ut Christus hanc viam consecrasse dicatur propterea, quod ipse primus eam ingressus erat, ut nos post eum eadem via perveniremus ad adytum coeleste, *ἐνεκαίνισεν ἡμῖν* (dativus commodi). 20. *ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς.* Alii *ἐνεκαίνισε* vertunt: *viam novam dedit, paravit.* Subiiciunt igitur verbo *ἐγκαινίζειν* hanc vim, ut declaret: *novum facere*, et respondeat Latinorum verbis: *novare*, *instaurare* Virg. Aen. 4, 260. *tecta novantem* i. e. privatas aedes novas educentem. vid. ibi *Burmanus.* Cic. Orat. 3, 38. *novantur verba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt* Virg. Aen. 4, 63. *instaurare* dicitur pro *facere*, *instituere* ubi v. *Heynius.* Sed desiderantur exempla, quibus comprobetur, scriptores Graecos hunc significatum tribuisse verbo *ἐγκαινίζειν.* Chrysostomus: *ἣν ἐνεκαίνισε, τουτέστιν, ἣν κατεσκεύασε, καὶ ἧς ἤρξατο. ἐγκαινισμὸς γὰρ λέγεται ἀρχὴ χρήσεως. ἣν κατεσκεύασέ φησι, καὶ δι' ἧς αὐτὸς ἐβάδισεν,* quam initiavit *h. e. quam construxit, et a qua incepit. Initiatio enim est initium usus. Quam construxit, inquit, et per quam ingressus est.* Theophylactus: *νέαν ὁδὸν ἐποίησεν, αὐτὸς ταύτης ἀρξάμενος, καὶ αὐτὸς ταύ-*

τὴν βαδίσας πρῶτος *novam viam fecit, ut qui hanc primus orsus sit, adeoque primus iverit.* ἥν interpretes tantum non omnes cum Theophylacto et Oecumenio referunt ad εἴσοδον, *quem introitum,* cum formula ἐνεκαίνισεν ἡμῖν interiecta sit verbis ἥν et ὁδόν. Minus recte *Michaelis* ad *Peircium,* et *Carpzovius,* cum Theodoreto ἥν coniungunt cum voce ὁδόν. Post ἡμῖν et ζῶσαν incisi nota ponenda est. ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν per appositionem dictum est pro ἥτις ἐστὶ *quae est* v. *Matthiae Grammatik* Th. 2. §. 431. p. 801. ed. 2. Cic. pro C. Rabir. c. 6. *quin continetis vocem indicem stultitiae vestrae, testem paucitatis,* vel ante ὁδὸν subintelligendum ὡς *tanquam.* Liv. 3, 62. *clamorem tollite, indicem voluntatis vestrae,* pro, tanquam indicem. Voc. εἴσοδος quod praecessit commutatur h. l. cum nomine ὁδὸς et ὁδὸς idem valet quod εἴσοδος, quatenus via pertingit ad metam, quae sunt verba *Bengelii* ad h. l. πρόσφατον *novam,* viam ante non tritam. πρόσφατος proprie est *recens mactatus, occisus* Homer. Il. ω', 757. Deinde ita dicitur *omne quod est recens, novum, inusitatum.* Num. 6, 3. σταφυλὴν πρόσφατον *uvam recentem.* Sir. 9, 10. amicus πρόσφατος opponitur τῷ ἀρχαίῳ. Theodoretus: ὡς τότε πρῶτον φανεῖσαν *quae tunc primum apparuit.* Theophylactus: νέαν, καὶ ἐπὶ ἡμετέρων χρόνων φανεῖσαν. Hesychius: πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γινόμενον, νέον, νεαρόν. Copiosius de hac voce disseruimus ad Act. 18, 2. ζῶσα explicant: *solida, firma, dauerhaft, bleibend,* alii: *quae minime fallit* v. not. ad 4, 12. Mihi magis placet *Grotii, Limborchii, Heinrichsii,* aliorumque ratio, qui ζῶσα interpretantur ζωοποιοῦσα, εἰς ζωὴν ἄγουσα *via ad felicitatem ducens,* via, qua incedentes, Dei gratiam et bona quaevis ab eo sperare possumus cf. Ioh. 6, 51. coll. v. 33. LXX. Ps. 41, 2. 119, 17. 40. 1 Petr. 1, 23. διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ] ducentem *per velum, id est, corpus eius.* Supplendum est ἄγουσαν. Praepositio διὰ *per,* motum per locum significat, ut Matth. 2, 12. Act. 9, 25. Xen. Sympos. 1, 16. De vocabulo καταπέτασμα vid. not. ad 6, 19. Christi corpus comparatur h. l. cum aulaeo adyti. Comparatio paulo audacior, cui

tamen similes leguntur Ioh. 10, 7. 14, 6. haec est: sicut aulaeum adyti removendum erat, ut pontifex ingredi posset, ita quoque Christi corpus quasi removendum erat, mortem subire debebat, ut introire posset in adytum coeleste, et christianis hoc nomine dignis aditus pateret. σὰρξ idem valet quod σῶμα v. 10. Marc. 14, 38. Act. 2, 26.

21. ἱερέα referendum ad ἔχοντες v. 19. ἱερεὺς positum est pro ἀρχιερεὺς, atque adeo μέγας personae magnitudinem et dignitatem declarat, *eximia dignitate conspicuus*, ut 4, 14. Per τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ nonnulli interpretes, in his *Storrius* et *Schulzius*, intelligunt christianorum familiam, ecclesiam, ut 3, 6. qui tamen locus non est nostro similis. Sermo est h. l. de templo coelesti coll. v. 19. add. 8, 1. 2. 9, 24. 7, 25. 4, 16. ἐπὶ *templo Dei praefectum*. De hac praepositionis ἐπὶ potestate dictum est ad 3, 6.

22. προσερχώμεθα subintell. τῷ Θεῷ Deum *adeamus*. Formula προσέρχεσθαι, ἐγγίζειν τῷ Θεῷ notat: Deum adire precibus, eius favorem sibi exorare, et optima quaeque ab eo sperare cf. 4, 16. 7, 19. 25. 9, 6. Minus recte alii verba reddunt: Deum colamus. μετὰ ἀληθινῆς καρδίας] *animo sincero*, candido, *mit offnem, aufrichtigem Herzen:* Theophylactus: ἀληθινῆς τουτέστι ἀδόλου — ἀδιστάκτου, μηδὲν ἀμφιβαλλούσης, μηδὲν ἐνδοιαζούσης περὶ τῶν μελλόντων *experte doli*, *nihil haesitante*, *nihil ambigente*, *nihil dubitante de futuris*. Accuratius huius formulae vis constituitur verbis quae sequuntur: ἐν πληροφορίᾳ πίστεως. Opposita formula καρδία πονηρὰ ἀπιστίας legitur 3, 12. *Beza* verba μετὰ ἀληθ. καρδίας explanat: animo non fucato, subdolo, sed Deo constanter addicto. E *Böhmii* sententia, iustam et debitam venerationem indicant. Alii vertunt: mente integra et pura ab omni vitiositate. ἐν πληροφορίᾳ πίστεως *fiducia plenissimo* vid. ad 6, 11. persuasio nos a Deo, propter sacrificium a Christo oblatum, impetraturos esse, quod efflagitamus. ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς] *animis purgati a malefactorum conscientia*. Sensus est: qui per Christi mortem expiati, plenam peccatorum veniam consecuti sumus. Conf. quae notavimus ad 9, 13. ubi etiam dictum

est de vi ac potestate verbi *ῥαντίζειν*, quod proprie notat *adspergere*, deinde *purgare*, *lustrare*. Allusit autem, ut opinor, hoc verbo, in hac orationis serie, ad consecrationem Aaronis pontificis eiusque filiorum, quorum vestes, ut intrare possent sanctuarium, sanguine conspergebantur vid. Ex. 29, 21. Levit. 9, 2. 30. *Iahnii bibl. Archaeologie Th.* 3. p. 344. Populo, ut iam supra ad v. 19. observavimus, non licebat sanctuarium intrare, et ne sacerdotibus quidem introire in templi adytum, in hoc ingrediendi solus pontifex potestatem habebat. H. l. autem christianis tribuitur facultas intrandi adytum coeleste, atque adeo comparantur cum Iudaeorum pontifice, iidem a Petro 1 ep. 2, 5. dicuntur *ἱεράτευμα ἅγιον*. Aaronis eiusque filiorum vestes conspergebantur victimarum sanguine, christianorum animi consperguntur quasi sanguine Christi. Ad vocem *καρδίας* et *σῶμα* nonnulli interpp. supplent *κατά*, sed ex Graecismo accusativus verbo passivo pro Latinorum ablativo iunctus est v. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 437 sq. *καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ*] *et aqua pura corpore loti*. De lavacro christianorum sacro haec verba interpretanda sunt, quod Apostolis dicebatur *λουτρὸν* Tit. 3, 5. *λουτρὸν τοῦ ὕδατος* Eph. 5, 26. add. 1 Cor. 6, 11. Sed scriptoris menti etiam obversatae sunt lavationes Iudaeorum, inprimis sacerdotum et pontificis v. Ex. 29, 4. 30, 19. 40, 31. Levit. 16, 4. quae iis potestatem tribuebant Deum adeundi, in sanctuarium, in adytum ingrediendi. Baptisma sacrum christianis erat externum purgationis signum et symbolum, quo suscepto, Christo fidem dederant et Deo consecrati erant. Mens igitur et sententia scriptoris haec est: Animo et corpore Deo consecrati sumus; nihil nos impedit quo minus ad Deum accedere possimus; sacrificiis, adspersionibus et lavationibus Iudaeis eorumque sacerdotibus tantum externa purgatio contingit, nos extrinsecus et intrinsecus purgati sumus, nos plenam peccatorum veniam nacti, baptismi ritu Christo obstricti, ad Deum confidenter accedere possumus. Fons sacer quo christiani initiantur, dicitur *ὕδωρ καθαρὸν aqua pura* i. e. quae vim purgandi habet. Oecumenius: *καθαροποιόν*.

Theophylactus: καθαρῷ, τῷ καθαροὺς ποιοῦντι. Sic re v. 20. usurpatum legitur verbum ζῶσαν. Caeteru dissentiunt interpretes, utrum verba: καὶ λελουμένοι κ. τ. λ. coniungenda sint cum verbis quae v. 22. praecesserunt an cum verbis quae v. 23. sequuntur? Qui verba λελουμένοι κ. τ. λ. ad v. 23. referenda putant, quorum in numero est *Böhmius*, notant: particulam καὶ non repetitam esse ante κατέχωμεν, et, e satis nota dicendi ratione, ubi eadem orationis constructio inciderit, qualis h. l. sit, haec per participium finito verbo iunctum facta, inverso ordine verba collocari, ut 4, 14. 7, 6. Hae vero rationes me non inducere possunt, ut ab ea verba connectendi ratione, quam *Erasm.* et *Seb. Schmidius*, *Baumgartenius*, *Michaelis* in *Erklärung des Briefs an die Hebr.*, *Cramerus*, *Storrius*, *Griesbachius*, alii, secuti sunt discedam. Nam. v. 22. enuntiationes omnes praeclare inter se cohaerent, si verba: καὶ λελουμένοι κ. τ. λ. cum proxime antegressis copulantur; minus inter se aptae et colligatae sunt, si iunguntur verbis v. 23. ut sententia haec sit: *cum corpore purgati simus; retineamus confessionem spei;* iure etiam offendit *Michaelem* additum τὸ σῶμα, quod voci τὰς καρδίας respondet, quod sic plane superfluum foret; et cum apud Iudaeos adspersiones sanguine factae cum lavationibus coniunctae essent, non apparet, cur notiones tam arcte connexae, separandae sint.

23. κατέχωμεν *teneamus* 3, 6. 14. idem declarat quod κρατῶμεν 4, 14. ὁμολογία est *professio*, ut 4, 14. cf. not. ad 3, 1. ἐλπὶς indicat spem salutis per Iesum Messiam promissae. Sensus est: ut constanter religionem christianam profiteamini, neque ab ea desciscatis coll. v. 25. ἀκλινὴς *immotus*, *stabilis* ut ap. Ael. H. V. 12, 64. Symmach. Iob. 41, 14. praeter h. l. in N. T. libris non legitur. ὁ ἐπαγγειλάμενος Deus qui per Christum promisit 2, 3. 3, 1. 12, 25 sq. πιστὸς ut 11, 11. Deut. 32, 4. *fidem servat*, *verax*.

24. καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους κ. τ. λ.] *et nos invicem observemus, ut alter alterum incitet ad amoris et virtutis studium.* Animadvertamus in aliorum mores, ita, ut re

agentes et in officio manentes, laudemus, imitemur, aemulemur; ab officio decedentes, moneamus, reprehendamus, corrigamus. cf. 3, 13. 12, 15. 1 Thess. 5, 14. *κατανοεῖν* notat: *attente aliquid intueri, observare* vid. not. ad 3, 1. Praepositio *εἰς* finem, consilium indicat, ut saepius. Vocabulum autem *παροξυσμὸς incitatio ad aliquid*, ut verbum *παροξύνειν*, tam in bonam, quam in malam partem usurpatur, Xen. Cyr. 6, 2. 3. de Cyro, duces suos ad rei bellicae studium incitante: *ὅπως κράτιστοι ἔσονται στρατιῶται, καὶ τούτους δὲ ἐπαινῶν τε παρόξυνε, καὶ χαριζόμενος αὐτοῖς, ὅ,τι δύναιτο.* Mem. 3, 3. 13. *φιλοτιμία ἥπερ μάλιστα παροξύνει πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἔντιμα.* Thuc. 6, 88. extr. *ὁ Ἀλκιβιάδης παρώξυνέ τε τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ ἐξώρμησε Lacedaemonios ad opem ferendam incitat et commovet.* De *irritatione, exacerbatione παροξυσμὸς* legitur Act. 15, 39. in vers. Alex. Deut. 29, 28. Ier. 32, 37. quibus in locis respondet Hebraico vocabulo ? et verbum *παροξύνειν*, ita, ut sit *ad iram incitare, exacerbare*, positum reperitur 1 Cor. 13, 5. Deut. 9, 18. Herodi. 3, 10. 16. Ioseph. Ant. 8, 8. 5. *ἀγάπη* significat *studium aliorum commodis quovis modo pro viribus inserviendi* ut 1 Cor. 13, 1. vid. not. ad 6, 10. et nominatur, tanquam praecipua pars virtutis christianae. *καλὰ ἔργα* sunt *recte et honeste facta* ut Matth. 5, 16. ubi v. not. Tit. 2, 14. ut *ἔργα ἀγαθὰ* Eph. 2, 10. Col. 1, 10. Sermo fuerat v. 23. de religionis christianae professione, v. 24. memorantur amor mutuus et recte facta, cum religionis professione coniungenda. Sic Gal. 5, 6. memoratur *πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη* quae amorem mutuum efficit. Theophylactus: *ἐπισκοπῶμεν εἴ τις ἐνάρετος, ἵνα τοῦτον μιμώμεθα· οὐχ ἵνα φθονῶμεν, ἀλλ' ἵνα παροξυνώμεθα ἀλλήλους εἰς τὸ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ καλὰ ἔργα ποιεῖν inspiciamus, si quis virtute insignis, ut hunc imitemur, non ut invideamus ei, sed potius ut incitemur, ut eadem cum ipso opera perficiamus.* Alii per *ἀγάπην* et *καλὰ ἔργα* intelligunt: liberalitatem in sublevandis pauperibus christianis.

25. *μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν κ. λ.*] *non deserentes, quod nonnulli facere solent, conven-*

tus nostros, sed nos invicem cohortantes. Vocabulu
συναγωγὴ, cuius synonymum est συναγωγὴ (v. *Carp*
ad h. l.), notat, *conventum quemlibet*, *multitudine*
gregatam, ut Iac. 2, 2. ubi συναγωγὴ de convent
stianorum positum reperitur; indicat vero etiam, c
societatem hominum ut 2 Macc. 2, 7. ἕως ἂν συναγά
συναγωγὴν τοῦ λαοῦ. De coetu improborum legitur
2, 9. 3, 9. de populo Israelitico, in versione Alexa
συναγωγὴ adhibitum extat Ies. 24, 22. add. Ex. 12,
Sir. 24, 25. Iam quonam sensu h. l. nomen ἐπισυν
accipiendum sit, utrum de *conventu*, an *societate ch*
norum, interpretes inter se dissentiunt. Pro pos
sententia dixerunt: *Iac. Cappellus*, *Hauboldus* in
de voce ἐπισυναγωγῆς in ep. ad Hebr. 10, 25. Lips.
Küchlerus in Commentat. in Hebr. 10, 25. Lips.
Seyffarthus de ep. ad Hebr. indole p. 78. alii. Arg
ta, quibus hanc sententiam demonstratum iverunt,
haec sunt: 1) Negari nequit v. 26. et 27. sermone
de defectu a religione, nam οἱ ἁμαρτάνοντες sunt
a religione desciscunt, qui 6, 6. insigniuntur voce
ῥαπεσόντες, et οἱ ὑπεναντίοι *contumaces* infra v. 2
tati, dicuntur ii, qui ut v. 26. legitur, ἁμαρτάνουσι
τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ii, qui pos
ad religionis christianae cognitionem pervenerunt,
desciscunt. Iam vero versum 26. cum v. 25. co
particula γὰρ, quae h. l. non tam est αἰτιολογικὴ,
potius ἐξηγητικὴ, unde patet v. 25. necessario de
re sermonem esse debere, de qua v. 26. est; ergo d
stantia in retinenda religione christiana, ad quam
lae auctor inde a v. 23. perspicuis verbis lectores su
hortatur. 2) Non apparet, quomodo inter se coha
haec: nolite abesse a conventibus sacris, nolite i
subducere, nam imminet dies iudicii. Quod con
sacri non frequentarentur, tanti momenti non erat, u
adiiceret scriptor: βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν e
v. 26 sqq. leguntur; atrocius crimen haec verba p
gravioremque culpam, quam quae conventibus chris
rum sacris vel negligenter, vel prorsus non agendi

trahitur, atque adeo rectius cadit in eos, qui omnino religioni christianae renuntiant. — Videamus nunc quid pro altera, eademque vulgari locum interpretandi ratione, quam praeiverunt Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, dicatur, et a nobis dici possit. 1) Erant inter Hebraeos, qui se *conventibus sacris* subducerent, metu persecutionum, ut se christianos esse dissimularent, multi etiam diuturnis persecutionibus victi, conventus sacros fugiebant, et in eo erant, ut a religione christiana deficerent cf. v. 32 sq. Iam supra 5, 11 sq. epistolae auctor graviter reprehenderat magnae partis lectorum suorum in adaugenda religionis cognitione segnitiem, et inde ortam ignorantiam, et 6, 4 sqq. acriter eos admonuerat, ut plenam accuratamque religionis cognitionem sibi compararent, ne a religione desciscerent. Etiam h. l. cohortatur scriptor lectores suos, ut constanter religionem christianam profiteantur v. 23. et ut alter alterum excitet ad virtutis cuiuscunque exercitationem; et cum conventuum sacrorum celebratio, quae ipsa esset religionis professio, multum valeret ad confirmandos christianorum animos, ad augendam eorum religionis cognitionem, ad eos excitandos, ut virtutis cuiuscunque studiosissimi essent: magni sane momenti, et pernecessaria, atque scriptoris consilio, qui dehortari vellet a defectione, cummaxime accommodata cohortatio ad conventuum sacrorum studiosam celebrationem. Etenim fuga horum conventuum erat quasi initium defectionis ab ipsa religione, qui eos deserebant, privabant se incitamentis ad virtutem gravissimis, segnescebant in doctrinae Christi professione, et ab ea tandem deficiebant. Quare et Ignatius ad Ephesios scribit: *σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν τοῦ Θεοῦ καὶ δόξαν. Ὅταν γὰρ συνεχῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γένησθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ καὶ ἄπρακτα αὐτοῦ ἐπιστρέφει τὰ πεπυρωμένα βέλη πρὸς ἁμαρτίαν· operam ergo date, ut frequentius conveniatis, ad gratias agendas Deo ipsiusque gloriam. Si enim crebro coiveritis in unum, evertuntur virtutes Satanae, atque irrita revertentur eius tela ignita ad peccatum.* 2) Proni quidem erant multi Hebraeorum

ad defectionem a religione christiana, sed nonnullos eorum ab ea tunc temporis iam defecisse, ex hac epistola probari nequit vid. ad 6, 4. not. 3) Participium ἐγκαταλείποντες, quod cum v. 25. accurate cohaeret, indicat rationem, qua Hebraei in fide Christo servanda et virtutis studio se confirmare possint ac debeant, et verborum cohaerentia haec est: constanter profiteamur religionem christianam v. 23. et nos invicem observemus, ut alii alios incitent ad virtutis christianae exercitationem v. 24. non deserentes conventus nostros, sed nos invicem admonentes s. excitantes, ac (id quidem faciamus) tanto magis, quanto propius accedere animadvertitis adventus Christi diem. 4) Verba: καθὼς ἔθος τισὶν *ut nonnulli facere solent*, quibus declaratur agendi ratio, quae saepius repetitur, satis aperte docent, improbandam esse eorum interpretum sententiam, qui vocem ἐπισυναγωγή de societate christianorum explicant, cum absoluta defectio a religione dici nequeat fieri a singulis per consuetudinem i. saepius. 5) Verbo παρακαλοῦντες interpretes nonnulli mente adiungi volunt: ἑαυτοὺς εἰς τὸ ἐπισυνάγεσθαι. Sed nonnisi ἑαυτοὺς (praecessit ἑαυτῶν), quod idem valet ac ἀλλήλους, cogitando adiiciendum est, et verbum παρακαλεῖν, quod *Erasmus*, alii, explicant *consolari*, latiori sensu sumendum est, ita, ut institutio, preces, exhortationes, solatia intelligantur, ut Hebr. 3, 13. 1 Thess. 5, 11. Ultima versiculi verba: καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ κ. τ. λ. quae plures ad παρακαλοῦντες, quod praecessit, referunt, pertinent ad omnem admonitionem a v. 23. Ex iis quae hactenus disputavimus, liquido et luculenter, ut opinamur, apparet, eam quam tribuimus vocabulo ἐπισυναγωγή notionem, orationi reliquae ita accommodatam esse, ut membra eius omnia aptissime inter se cohaereant. τισὶν pro πολλοῖς, lenius vocabulum prudens monitor posuit, ut Paulus 1 Cor. 6, 11. ἑαυτῶν est id. qd. ἡμῶν αὐτῶν v. *Wahlii* Clavis sub v. ἑαυτοῦ. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 2. p. 239 sq. *Matthiae Grammatik* §. 489. *Th.* 2. p. 920. βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν] videbant christiani inclinatam Iudaeorum rempublicam, eiusque occasum appro-

re, unde colligere et suspicari poterant, propin-
sse adventum Christi solennem. Per τὴν ἡμέραν
atores oppido multi intelligunt ultimum Christi ad-
ad iudicium extremum, alii adventum Christi ad
m Hierosolymorum et reipublicae Iudaeorum ever-
, cum eaque coniunctam christianorum a Iudaeorum
nibus liberationem. Ex plurimorum enim inter-
sententia, in scriptis Evangelistarum sermo est de
reditu Christi, παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, nimirum de
psius ad excidium Hierosolymorum ad poenas de
sumendas ut Luc. 17, 24. Act. 2, 20. ubi tempus
editus Christi, ἡμέρα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἡμέ-
ου vocatur; et de reditu eius ad regnum suum in-
ndum et iudicium de hominibus habendum, cuius
reditus Christi solennis tempus dicitur ἡμέρα τοῦ
1 Cor. 5, 5. Phil. 1, 6. 10. ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ
s. 2, 2. ἐσχάτη ἡμέρα Ioh. 6, 39. 40. Christus ipse
Matthaeo c. 24. 25. discipulis, qui cum urbis ex-
oniunctum fore putabant adventum Christi iudicis et
Messiani initium, eum interrogantibus de tempore
nis civitatis atque interitus mundi, et de signo re-
sius, declararat, se ad interitum civitatis Iudaeo-
liturum esse ita, ut non conspiceretur, sed ad finem
et inaugurationem regni Messiani serius se reditu-
se, et ita, ut conspiceretur, et maiestas ipsius in-
ret omnibus vid. *Eichhornii Allgem. Biblioth. d.*
terat. B. 3. p. 675. 692. 1058 sq. *Knappii* Opuscc.
. *Schotti* Commentarius in eos I. C. sermones, qui
tu eius ad iudicium futuro, et iudicandi provincia
nandata agunt. Ienae 1820. 8. *Koppii* Exc. 2. in ep.
ssal. *Süskindii* Symbolae ad illustranda quaedam
loca P. 3. Tubing. 1804. 4. Commentar. nostr. in
p. 614 sqq. ed. 3. — In alia omnia discesserunt
s in libello de Spe Messiana. Halae 1826. 8. et
s in libro de regno divino. Lips. 1829. 8. quorum
iam breviter exponamus. Ac *Böhmius* quidem sta-
postolos credidisse, cum Hierosolymorum excidio
interitum, et regni Messiani initium coniunctum

fore adeoque Christum interrogasse, quando haec eventura, quaenam signa praegressura essent? Christum Matth. l. l. et ll. parall. sicuti ex eo quaesitum fuisset, ita respondisse, adventum suum cum mundi deletione et Hierosolymorum ac templi eversione coniunxisse (p. 98.), se opinionibus discipulorum, qui haec omnia simul eventura esse crederent, accommodasse, eas tamen, quantum in se esset, sapienter docendo monendoque, quantum fieri posset, emendasse (p. 89.), eos admonuisse, tempus, quo futurus esset ille adventus, minime definitum aliquod poni deberi ac sperari, eosque cohortatum esse ad vitam cum diligentia, sobrietate et modestia agendam (p. 100.). *Flechius* quoque contendit, Apostolos, etiam post Christi in coelos reditum in ea opinione fuisse, ut crederent, cum eversione civitatis Iudaeorum coniunctum fore interitum mundi; negat Matth. l. l. et ll. parall. de adventu Christi duplici invisibili et visibili sermonem esse (p. 343.), orationem Christi ad unitatem temporum referendam esse (p. 390.); videntur autem ei tres priores Evangelistae, dicta Iesu huc et illuc nimis *σαρκικῶς* interpretati esse, ampliavisse, ornavisse, ad receptas aevi sententias sibi caras, ad suas spes et exspectationes (p. 428.). — Hoc certum est, ignorasse Apostolos tempus, quo futura essent in Iudaeos supplicia, et regni Christi cum fine mundi initia, hoc enim iis non aperuerat Christus. Sed spem alebant, desiderio propinqui adventus Christi solennis ad eam delati, fore ut non longius absit adventus Christi ultimus vid. 1 Tim. 6, 14. Phil. 4, 5. Iac. 5, 7-9. 1 Petr. 4, 7. 1 Ioh. 2, 18. et utrumque Christi reditum satis propinquo intervallo coniunxerunt. Caeterum hunc locum nostrum non explicandum esse de excidio Hierosolymorum, sed de iudicio extremo, quamquam etiam illud excidium scriptoris animo obversatum esse concedimus, in promtu est. Etenim v. 35. coll. v. 34. 36. non de talibus agitur commodis, qualia illa erant, quae ex reipublicae Iudaeorum interitu in christianos redundabant. cf. etiam v. 27.

26. Commemorarat epistolae auctor instans solennis adventus Christi tempus. Iam lectores suos a defectionis

meditatione dehortari, et ad constantiam excitare pergit, ita, ut poenas gravissimas defectoribus et contemtoribus Christi minitetur. De christianis h. l. sermonem esse, quales 6, 4. describuntur, docet pronomen ἡμῖν coll. v. 20. 22 sq. (scriptor se non exclusit numero eorum, qui peccare possent, ut admonitionis severitatem emolliret), docet item formula: *μετὰ τὸ λαβεῖν κ. τ. λ.* Verbum *ἁμαρτάνειν* h. l. positum legitur *de defectione a religione*, ut in versione Alexandrina Ex. 23, 33. Hos. 13, 2. sic quoque nomen *ἁμαρτία* adhibitum extat infra 12, 1. 4. 3, 13. Neque h. l., ut nonnulli voluerunt, *ἁμαρτάνειν* accipi potest de *peccatis*, et cum additum sit *ἑκουσίως*, de peccatis gravioribus quibusvis, deliberato animo commissis; huic enim interpretationi neque contextus favet vid. v. 23. 29. 35. nec locus parallelus 6, 4-6. Sed *ἁμαρτάνειν* respondet verbo *παραπίπτειν* 6, 6. *ἀποστῆναι* 3, 12. atque intelligi debet de iis, qui a religione christiana deficiunt, et in defectione perseverant. *ἑκουσίως* h. e. Hesychio interprete, *θελούσῃ διανοίᾳ*, consulto et scienter, ep. ad Philem. v. 14. sibi invicem opponuntur *κατὰ ἀνάγκην* et *κατὰ ἑκούσιον*. 1 Petr. 5, 2. *μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως*. Herodi. 3, 8. 4. *εἴτε ἑκουσίως, εἴθ' ὑπὸ ἀνάγκης*. H. l. *ἑκουσίως ἁμαρτάνειν* notat, voluntate, ratione inita et subducta, cognita religionis praestantia peccare, *vorsätzlich, wider besser Wissen und Gewissen.* Verba apposita *μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας* accuratius definiunt vim adverbii *ἑκουσίως*. Sermo autem est de iis, qui metu persecutionum, qui ut sibi aliorum favorem concilient, aliave commoda acquirant, a religione desciscunt, ut *ἑκουσίως* positum extat de Alcimo 2 Macc. 14, 3. coll. 1 Macc. 7, 5 sq. Neque *Peircii* ratio valere potest, qui protervos Christi desertores h. l. seiungi ait ab iis, qui malorum magnitudine victi, non sua sponte, ad tempus quoddam veritati nuntium miserint. Etenim v. 32 sq. epistolae auctor Hebraeis in memoriam revocat, quam excelso fuissent animo, calamitatibus pressi, eosque ad constantiam retinendam adhortatur, et, ut recte animadvertit *Michaelis* in *Erklärung d. Briefs an d. H.* n. 244.

si christianis metu calamitatum ad Iudaeos se inclinantibus ep. conditor scripsisset: graves poenas luent, qui consulto, metu calamitatum sacra mutant; simul hoc enuntiasset: ei qui magnitudine malorum evictus Christi signa deserit, non sunt poenae metuendae. Caeterum nostri haec scribentis animo obversata est coll. v. 28. peccandi distinctio Iudaeis usitata, adeoque lectoribus suis satis nota. Distinguebant nimirum Iudaei peccata בִּשְׁגָגָה per errorem, *ἀκουσίως* commissa, a peccatis בְּיַד רָמָה *vi adhibita* commissis, cum quis legem sciens et volens violat, ac monitus etiam admonitiones spernit, legemque se flocci facere aperte dicit v. Num. 24-30. ibique *Rosenmüllerus.* *μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας* *imbuti religionis christianae cognitione.* Ut Hebraei religionem quam profitebantur utpote veram dicebant אמת, ita Christus et Apostoli suam religionem nominabant *ἀλήθειαν* v. Ioh. 8, 31. 32. Gal. 5, 7. 2 Cor. 11, 10. *οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία*] *nullum pro peccatis sacrificium superest.* Nam qui consulto a religione deficiebant, eiusque adeo promissionibus et commodis renuntiabant; repudiabant Christi sacrificium, cuius fructus nonnisi percipiunt in fide constanter permanentes, et religioni christianae convenienter viventes; redibant ad Iudaeorum sacra, sed sacrificia Levitica erant imperfecta, peccatorem expiare non poterant v. 10, 4. 9, 9. et per Christi sacrificium abrogata erant 7, 18. 10, 9. nulla igitur iis erat spes peccatorum veniae consequendae 9, 28. ni resipiscerent, sed vix fieri poterat cf. 6, 4. ut christiani, qui consulto, cognita religionis praestantia, ab ea defecissent, ad Christi signa redirent. *θυσία περὶ ἁμαρτίας* *sacrificium piaculare,* id. qd. *προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας* v. 18.

27. *Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως*] *sed horrenda quaedam iudicii exspectatio,* suppl. *ἀπολείπεται.* Vocabulum *κρίσις* *iudicium* indicat ut 9, 27. coll. v. 25. Ioh. 5, 27. *ἡμέρα κρίσεως* Matth. 10, 15. add. ep. Iud. v. 6. Alii explicant *poena,* qua significatione legitur Iac. 2, 13. 2 Petr. 2, 4. Phavorinus: *κρίσις, ἡ κόλασις.* Sensus idem manet. Pronomen *τὶς* verbis, nominibus, adiectivis iunctum, ha-

iet fere vim augendi, et adverbiorum *μάλα, σφόδρα*, par-
es agit, ut ap. Aeschin. Dial. 3, 3. *δέος τι ingens timor.*
, 17. *γαληνός τις βίος*. Plato Phaedo. c. 13. *οὐ φαῦλοί*
ινες *non admodum vani et mendaces* i. e. verissimi, sa-
ientissimi. Xen. Cyr. 8, 1. 16. *ἀκρατείᾳ τινὶ ob magnum*
continentiae studium. Aeschin. Dial. 2, 1. *τὶ ἐξαπατῆσαι*
regie fallere. Graecos imitati sunt etiam hoc in genere
atini, ut Cic. pro Ligar. 2. *incredibilis quidam amor.*
rat. 2, 74. *Crassi responsum excellentis cuiusdam est in-*
nii. Att. 7, 16. *audio maiorem quendam in urbe timorem*
se. Exempla plura attulit *Fischerus* in Ind. Graecit.
eschin. sub v. *τὶς*, et in Animadvv. ad *Welleri* Gramm.
ol. 2. p. 134 sq. Caeterum recte animadvertit *Böhmius*,
οβερὰ ἐκδοχὴ κρίσεως significantius dictum esse pro,
δοχὴ κρίσεως φοβερᾶς, ut intelligeretur, ipsam iam ex-
iectationem sententiae terribilis olim futurae, habere
ios ex metu cruciatus. *καὶ πυρὸς ζῆλος ira fervens* sicuti
nis: ζῆλος quod de olla bulliente legitur ap. Homer. Il.
349. transfertur ad fervorem animi irati, ut Act. 5, 17.
λήσθησαν ζήλου ad iram incensi sunt. Et ira Dei sae-
us cum igne confertur v. Zephan. 3, 8. 1, 18. Ez. 22, 31.
od *ira Dei*, pro poenis divinis memoratur, quarum etiam
mbolum ignis est cf. ad Matth. 3, 11. p. 68. ed. 3. nota-
. Verbis igitur *πυρὸς ζῆλος* indicatur poena severissi-
a. Verbum *ἐσθίειν consumere*, de igne positum extat
. Homer. Il. 23, 182. *πάντας πῦρ ἐσθίει.* Alexandrini
terpretes hoc verbo explicuerunt Hebr. אכל Gen. 40, 17.
eut. 32, 22. quod aliis in locis expresserunt verbis *κατα-*
άγεσθαι Deut. 32, 22. *ἀναλίσκειν* Ez. [illegible] 45. *φλέγειν*
x. 24, 17. *καίειν* Ies. 5, 24. *ὑπεναντίος* Hesych. *ἐχθρός.*
l. *ἀντίπαλον, ἐναντίον, ἐχθρὸν* vid. de hac voce *Alber-*
us et *Wolfius* ad h. l. qui recte annotarunt, ea non signi-
cari occultos hostes. Alexandrini Iudaei hoc vocabulo
eddiderunt Hebr. אויב Levit. 26, 16. צר Deut. 32, 27.
ies. 26, 11. Intelliguntur h. l. Christi contemtores et de-
sertores.

28. Argumentatur scriptor a minori ad maius, ut 2,
2 sq. quo atrocitatem poenarum, defectoribus et contem-

toribus Christi metuendarum ostendat, cum iam defectio a lege Mosaica graviter sit punita. Si legis Mosaicae, inquit, contemtus nemini impune cessit, sed legis contemtor et desertor morte mulctatus est, quid futurum censetis ei, qui Iesum Messiam, Mose et angelis superiorem c. 1, 4 sq. c. 2. 3. religionis praestantioris auctorem 8, 6 sqq. Gal. 3, 2 sq. 4, 9. proterve spernit, sanguinem, quo novam formulam sanxit, profanum plane ducit, quasi a malefico effusum? v. 29. Per *νόμον Μωσέως* *Peircius*, *Carpzovius*, *Michaelis*, *Heinrichsius*, *Dindorfius*, alii, legem cerimonialem intelligunt. Notant, moralia praecepta non respici posse propterea, quod auctor a minori ad maius argumentatus sit; blasphemiam autem (verbis *Peircii* utor) in Deum, non minus existimari posse scelus, quam apostasin et iniurias in filium Dei; quodsi vero legem Leviticam intelligas, ritus et cerimonias spectantem, grave omnino esse argumentum; tanta poena si his statuta erat, qui consulto has leges migrabant, mirabimurne severitatem et graviorem vindictam Dei, ipso Dei filio, omni contumeliae genere affecto, et quasi proculcato? Morte mulctabantur, ut animadvertit *Michaelis*, qui adversus legem cerimonialem consulto peccaverant, quoniam tale peccatum defectio a lege ducebatur. Moriendum erat ei, qui sabbato laboribus vacarat Ex. 31, 14. qui sanguinem comederat Levit. 17, 14. qui sacerdoti aut iudici non paruerat Deut. 17, 12. Verum enimvero etiam ii qui adulteria, stupra commiserant, poena mortis afficiebantur Deut. 22, 22 sq. liberi contumaces, parentibus immorigeri Deut. 21, 18 sq. qui patrem aut matrem percusserat, parentibus male precatus erat, capitis poenam luere debebant Ex. 21, 15. 17. Levit. 20, 9. Dicam quod sentio. In antegressis sermo erat de defectione a religione christiana, de ea etiam v. 29. sermo est. Contextus ergo postulat, ut etiam, cum v. 28. religio Iudaica manca et imperfecta comparetur cum praestantiori christiana (in qua praecepta moralia magis stabilita et aucta sunt, quae ipsam hominum voluntatem funditus emendat, quae animos cultorum suorum tranquillat et spe laetissima replet), verba v. 28. explicentur de

defectione a religione Iudaica, non de singulorum legis praeceptorum violatione, sed de Iudaeis qui a vero Dei cultu desciscebant, et ad idolorum cultum prolabebantur. Qui autem religionem Iudaicam deserebant Levit. 20, 2. vates, somniatores qui defectionem a Deo suadebant Deut. 13, 6. 18, 20. supplicio afficiendi erant. Itaque ὁ ἀθετήσας νόμον Μωσέως, non est is, qui legem Mosaicam violat, sed qui ab ea deficit, et idola colit, ut adeo ἀθετεῖν sit id. qd. ἁμαρτάνειν v. 26. Etiam Deut. 17, 6. e quo loco ultima huius v. verba desumta sunt, sermo est de idolorum cultu, et hoc crimen formula παρελθεῖν τὴν διαθήκην v. 2. designatur. χωρὶς οἰκτιρμῶν nullo personae respectu habito, sine mitigatione poenae aut dilatione. ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει *duorum vel trium testium oratione convictus.* ἐπὶ conditionem indicat v. not. ad 7, 11.

29. δοκεῖτε orationi insertum, dictis non exiguum addit pondus; *iudices sitis vosmetipsi,* res adeo manifesta est et evidens, ut ad vestrum iudicium provocare possim. Theophylactus: τὴν κρίσιν αὐτοῖς ἐπιτρέπει· ὅπερ εἰώθαμεν ποιεῖν ἐπὶ τῶν σφόδρα ὁμολογουμένων, τοὺς ἀκροατὰς δικαστὰς ποιοῦντες *ipsis iudicium permittit, quod in valde apertis facere solemus, cum auditores iudices faciamus.* Sic quoque Paulus ipsos lectores suos iudices facit 1 Cor. 10, 15. πόσῳ χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας *quanto acerbiori poena dignum habitum,* affectum *iri.* ἀξιωθήσεται v. not. ad 3, 3. ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας] *qui filium Dei quasi pedibus conculcaverit.* Exprimere voluit scriptor sententiam hanc: qui Christi doctrinam reiecerit; sed eiusmodi verbis usus est, quae facerent ad criminis atrocitatem exaggerandam atque lectorum animos fortius percellendos. υἱὸν τοῦ Θεοῦ Dei filium, Messiam, Mose longe praestantiorem v. 3, 3. 5. καταπατεῖν proprie significat *pedibus conculcare,* hinc *profanare, contumeliose tractare* 1 Macc. 3, 45. 4, 60. Apoc. 11, 2. Herodi. 8, 5. 24. Quae profanantur, contumeliose tractantur, ea contemnuntur, hinc καταπατεῖν notat *contemnere, repudiare,* Suidas: πατήσας, καταφρονήσας. Id. πατούμενοι, ὑβριζόμενοι.

Soph. Ai. 1320 sq. *μήδ' ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω τοσόνδε μισεῖν, ὥστε τὴν δίκην πατεῖν.* Homer. Il. 4, 157 sq. *Τρῶες, κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν·* ubi Eustathius notat: *πολλὴν δηλοῖ καταφρόνησιν τὸ πατῆσαι, ταὐτὸν ὂν τῷ ῥίψαι οἷον εἰς πάτον, ἤγουν εἰς τρίβον, καὶ ἐπεμβῆναι ὑβριστικῶς.* Sensus h. l. est: Christum cum Iudaeis pro impostore habent. Supra 6, 6. eodem sensu legitur: *τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ παραδειγματίζειν.* ubi v. *καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κ. τ. λ.*] *et sanguinem foederis quo expiatus est, profanum duxerit: τὸ αἷμα τῆς διαθήκης* sanguis quo foedus sancitum est 9, 20. h. l. hac voce notatur mors Christi cruenta, qua religio ipsius consignata et confirmata est Matth. 26, 27. 1 Cor. 11, 25. *ἡγεῖσθαι existimare* Hesych. *ἡγοῦμαι, νομίζω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι,* cum verbo *λογίζομαι* permutatur a Xen. Hiero. 7, 9. *τὸ αἷμα κοινὸν ἡγησάμενος* dicitur is, qui aeque ac Iudaei, qui Christum, tanquam fraudatorem et seditiosum in crucem egerant, sanguinem Christi non maioris facit, quam sanguinem cuiuscunque hominis merito interemti, eodemque loco habet Dei filium, quo alios ob sua scelera ultimi supplicii reos cf. 6, 6. Bene *Eckermanus* vocem *κοινὸν αἷμα ἡγησάμενος* expressit: *als gemeines Blut eines Missethäters behandelt.* Theophylactus: *τὸ αἷμα μηδὲν πλέον ἔχων τῶν λοιπῶν.* Oecumenius: *μηδὲν τῶν ἄλλων διαφέρον.* Alii verba explanant: *qui sanguinem Christi immundum s. abominandum, non sanctum habet.* Notant, ab Hebraeis quemlibet patibulo suspensum, Deo invisum et exsecrabilem habitum esse adeo, ut etiam cadaver terram pollueret, nisi ante solis occasum patibulo sublatum fuisset Deut. 21, 23. Gal. 3, 13. Hesychius: *κοινὸν, βδελυκτὸν, ἀκάθαρτον.* Etymol. M. *κοινὸς σημαίνει τρία· τὸν μεμολυσμένον* (pollutum, inquinatum), *ὡς τό· ὁ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος — σημαίνει καὶ τὸν μηδὲν πλέον τῶν ἄλλων διαφέροντα· σημαίνει καὶ τὸν ἀναμεμιγμένον τοῖς πᾶσι.* Chrysostomus: *κοινὸν, τὸ ἀκάθαρτον, ἢ τὸ μηδὲν πλέον ἔχον τῶν λοιπῶν.* De vocabuli *κοινὸς* potestate varia disputavimus ad Act. 10, 14. *ἐν ᾧ ἡγιάσθη quo* (sanguine) *expiatus est*, veniam peccato-

rum nactus est cf. v. 10. 22. 26. et not. ad 9, 14. *καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας*] *et Spiritum Dei benignum contumelia afficiunt* h. e. et Spiritus divini dona benigne tributa contumeliose repudiant. Etenim qui h. l. dicuntur *ἐνυβρίζειν*, ii, ut 6, 4. legitur, facti erant *μέτοχοι πνεύματος ἁγίου*, ibi autem ut 2, 4. *πνεῦμα ἅγιον* indicat facultates et virtutes, quae hominibus per religionem christianam divinitus contingunt cf. ad 2, 4. notata. Hanc interpretationem anteponere non dubito eorum sententiae, qui per *πνεῦμα ἅγιον* religionem christianam, quae tot et tanta promissa et commoda adiuncta habeat, intelligendam esse censent. Verbum *ἐνυβρίζειν* significat: *contumelia afficere, contumeliose tractare* h. l. *contumeliose repudiare* et idem valet quod *ὑβρίζειν*. Construitur h. l. cum accusativo, ut ap. Ioseph. Ant. 5, 8. 12. *ὅπως ἐνυβρίσωσιν αὐτὸν παρὰ τὸν πότον ut ei inter compotandum illuderent*; cum dativo Ael. H. V. 9, 8. *καὶ ἀνέδην αὐταῖς ἐνύβριζον πάντες*· cum praepositione *εἰς* Ioseph. Ant. 1, 1. 4. ubi Deus ad Adamum: *νῦν δ' εἰς ταύτην μου τὴν γνώμην ἐνύβρισας, παρακούσας τῶν ἐμῶν ἐντολῶν.*

30. 31. *οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα novimus eum*, quantus ille sit, quam potens, iustus, severus et verax v. 27., 31. 37. *qui haec pronuntiavit.* Quo maiorem vim et vigorem orationi conciliaret scriptor, nomen Dei reticuit. *ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω mea est vindicta, ego iniurias ulciscar.* Laudatus est locus Deut. 32, 35. sed quae h. l. leguntur, neque cum textu Hebraico, neque cum versione Graeca omni ex parte consentiunt. Nam in textu Hebraico legitur: לִי נָקָם וְשִׁלֵּם *mihi est ultio et retributio.* Alexandrini autem interpretes liberius verterunt: *ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω.* Lectionem textus Hebraici sollicitare temere annisi sunt *Cappellus* in Crit. S. p. 656. et *Peircius* v. *Michaelis* ad *Peirc.* et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Deut. l. l. Iisdem verbis etiam Paulus locum Deut. citavit. Uterque sensum expressit. *Böhmius* suspicatur epistolae nostrae auctorem haec verba ex Pauli vel ore saepius, vel scripto accepisse, et fida memoria tenuisse, cum alibi nusquam in N. T. libris repetita inveniantur.

Bleekius in *Einleit. in d. Brief a. d. Hebr.* p. 322. opinatur, nostrum haec verba e Pauli ep. ad Rom. desumsisse. Mihi vero ea tunc temporis in proverbium abiisse videntur. Similis locus 13, 5. Caeterum alia ex illo dicto cogit noster, alia Paulus. Ac Paulus quidem ex eo colligit, nos non debere iniurias nobis illatas ulcisci, nec mala reddere inimicis. Huius epistolae scriptor ex eodem dicto probat, religionis christianae contemtores et defectores non impune esse abituros. Verba λέγει Κύριος desunt in D* 17. 23.* al. verss. Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. clar. germ. uncinis incluserunt *Knappius* et *Vaterus*, ea a librariis ex Rom. 12, 19. huc translata esse iudicavit *Millius* Proleg. n. 1483. retinenda esse praeter alios statuunt *Heinrichsius*, *Dindorfius*, *Böhmius* quorum ille, cuius nomen primo loco posuimus, suspicatur, verba omissa esse a librario, qui ignoraverit, loca V. T. integra citari solere, etiam iis verbis retentis, quae ad probandum nullam vim habeant, nec potuerit perspicere, quomodo haec verba coniungenda essent cum εἰπόντα. Probarem hanc rationem, si verba λέγει κύριος, quae Rom. 12, 19. exacte orationis tenori respondent, et addita sunt ad maiorem dictis vim et auctoritatem conciliandam, in textu Hebraico aut versione Alexandrina extarent. Sed quam facile a librariis h. l. addi potuerint, in promtu est. καὶ πάλιν non vertendum *alio loco*, sed *deinde*, *itemque*, ut 2, 13. ubi v. not. nam quae sequuntur verba, desumta sunt ex Deut. 32, 36. Legitur ibi: כִּי יָדִין יְהוָה עַמּוֹ. Verbum דין tam in bonam, quam in malam partem ponitur. Bono sensu ut sit: *caussam alicuius agere*, *vindicare aliquem ab adversario*, positum comparet Gen. 30, 6. Ier. 5, 28. Ps. 68, 6. Prov. 31, 9. malo sensu ut significet *punire sontem* Gen. 15, 14. Iob. 36, 31. Hinc factum est, ut in explicandis Deut. l. l. verbis in diversas partes abirent interpretes. Alii nimirum ea explicuerunt: quando satis castigaverit Iova populum suum, cultorum suorum miserebitur; alii hunc verbis sensum subiecerunt: Iova vindicabit populum suum a suis oppressoribus. Quae posterior ratio praeferenda est. Nam eadem verba leguntur Ps. 135, 14. ubi contextus flagitat,

ut verba in hunc sensum dicta accipiantur: nam populi sui Iova caussam agit s. aget. Pari modo etiam in explicandis huius versiculi verbis interpretes variant, cum verbum κρίνειν non tantum notet *punire*, ut Ioh. 12, 47 sq. Act. 7, 7. 1 Cor. 11, 31. Hebr. 13, 4. al. sed etiam hanc vim obtineat, ut notet: *iudicare secundum aliquem* i. e. ex commodo et sententia alicuius, ut loquitur Cic. pro Rosc. c. 1. Xen. Cyr. 8, 2. 27. ὁ δὲ μὴ νικῶν τοῖς μὲν νικῶσιν ἐφθόνει, τοὺς δὲ μὴ ἑαυτὸν κρίνοντας ἐμίσει *victus autem victoribus invidebat, et eos qui non pro ipso sententiam tulissent, odio persequebatur;* et ut significet: *caussam alicuius agere, vindicare,* ut in versione Alexandrina Gen. 30, 5. Ps. 54, 3. 135, 14. Plures igitur, praeeuntibus Chrysostomo, Theophylacto et Oecumenio, verba explanarunt: Deus populum sibi sacrum, christianos vindicabit a Iudaeis, graviter hos eorum hostes puniet. Rectius alii, in his *Limborchius, Schulzius, Böhmius*, statuunt, verbis quae Deut. l. l. leguntur: *Deus populi sui caussam aget,* epistolae auctorem, quo ea in rem suam accommodaret, alium substituisse sensum, nimirum hunc: Deus in populo suo rebellantes, eos qui Christi signa deserunt, graviter puniet. Hanc verborum interpretationem contextus h. l. non tam postulat, quam potius flagitat. 31. Formula ἐμπίπτειν εἰς τὶ, εἰς χεῖρά τινος hac praedita est potestate ut declaret *in potestatem alicuius venire, malum aliquod subire* Prov. 17, 14. ἐμπεσεῖται εἰς κακά. Luc. 10, 36. τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς. Sir. 2, 18. ἐμπεσούμεθα εἰς χεῖρας Κυρίου. Ib. 8, 1. μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυναστοῦ, μήποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ. 1 Macc. 6, 8. ἐνέπεσεν εἰς ἀῤῥωστίαν. H. l. haec formula valet: poenas divinas subire, easdemque gravissimas. Θεὸς ζῶν *Deus verus*, quatenus summa potentia gaudet vid. ad 3, 12.

32. Minis perculerat scriptor lectorum animos, ut eos a defectione dehortaretur, iam orationem temperat, et ut eos ad constantiam incitet, sapienter iis in memoriam revocat priora tempora, quibus aerumnis et calamitatibus pressi, constanter se gessissent. Locus haud absimilis

est Gal. 3, 4. *ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας κ. τ. λ.*] *recordamini prioris temporis, quo vobis ad religionem christianam adductis, grave certamen cum calamitatibus erat ineundum* i. e. quo graves calamitates sustinuistis et superastis. *αἱ πρότερον ἡμέραι* positum est pro, *πρότεραι ἡμέραι.* Thucyd. 6, 9. *ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ.* Philo c. Flacc. p. 972. *αἱ ὕστερον ἡμέραι.* Scilicet adverbia quibus articulus additus est, et substantiva nomina, eorumque loco participia adiuncta sunt, respondent nominibus adiectivis. Largam exemplorum copiam hanc in rem attulit *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 1. p. 332 sq. *φωτισθέντες* vid. ad 6, 5. not. Vocabulum *ἄθλησις* neque in versione LXX interpretum, neque in libris N. T. praeter hunc locum legitur. Extat ap. Ael. H. V. 11, 3. ubi *ὁ τῆς ἀθλήσεως χρόνος* designat tempus decem mensium, quo se certamini praeparabant athletae v. ibi *Perizonius*. Diod. Sic. 3, 32. *διὰ τὴν ἐν τούτοις ἄθλησιν exercitationem.* add. Polyb. 5, 64. 6. *ἄθλησις certamen*, ut *ἀγὼν*, per metaphoram tribuitur ei, qui indefesso studio in aliqua re gravi et molesta ita laborat, ut omnia impedimenta ac mala removeat et superet, quo sensu Latini usurpant vocabulum *certamen* v. Horat. Epp. 1, 5. 8. atque ita h. l. *ἄθλησιν ὑπομένειν* idem valet quod Sap. 4, 2. *ἀγῶνα νικᾷν.* Nam *ὑπομένειν παθήματα* significat, constanter et fortiter calamitates perferre, ita ut ad deserendam religionem iis seduci non patiamur, ut Iac. 1, 12. 2 Tim. 2, 12.

33. *τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ partim — partim* Artemidor. 3, 21. *φροντίδας ἀναδέξεται τοῦτο μὲν ἰδίας, τοῦτο δὲ ἀλλοτρίας.* add. Herodot. 3, 106. 9, 27. v. *Hermanus* ad *Viger*. p. 702. 15. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. *ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι*] *contumeliis et vexationibus quasi in theatro* (i. e. publice) *expositi eratis.* *Ὀνειδισμὸς*, quod nomen serioris aevi vocibus accensendum est v. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 511 sq. *convicium, opprobrium, contumeliam* indicat, ut ap. Sir. 23, 15. *λόγος ὀνειδισμοῦ*, respondet Hebr. חֶרְפָּה Ios. 5, 9. et כְּלִמָּה *ignominia* Ez. 34, 29. 36, 6. *θεατρίζεσθαι* Vulg. *spectaculum*

facti, idem declarat quod θέατρον γίνεσθαι 1 Cor. 4, 9. θέατρον autem, non tantum dicitur *locus, in quo ludi scenici et spectacula publica eduntur*, sed etiam *spectaculum* ipsum, *res ad spectandum exhibita* v. Aeschin. Dial. 3, 20. et *homo qui spectandus et irridendus exhibetur, qui publice male tractatur, omnium ludibrio veluti in theatro exponitur, supplicio ignominioso afficitur*; et verbum θεατρίζειν denotat: *ignominia et supplicio aliquem afficere, omnium ludibrio, tanquam in theatro, aliquem exponere*. Ex more nimirum Graecorum Romanorumque, homines malefici gravioris ignominiae caussa per theatrum deducti poenas ibi luebant Sueton. Aug. 45. *histrionum licentiam adeo compescuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis caesum, relegaverit*. Philo in Flacc. p. 977. καὶ ταῦτ' εἰργάζετο μετὰ τὸ πληγαῖς αἰκίσασθαι ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ βασανίσαι, καὶ ἡ θέα διενενέμητο· τὰ μὲν γὰρ πρῶτα τῶν θεαμάτων ἄχρι τρίτης ὥρας ἢ τετάρτης ἐξ ἑωθινοῦ ταῦτα ἦν, Ἰουδαῖοι μαστιγούμενοι, κρεμάμενοι, τροχιζόμενοι, καταδικαζόμενοι, διὰ μέσης τῆς ὀρχήστρας ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ *nihilominus flagellabantur in medio theatro, et igne ferroque torquebantur, spectaculis distributis in hunc modum: mane usque ad horam tertiam quartamve Iudaei flagellabantur, suspendebantur, rotis alligabantur, damnabantur, per mediam orchestram ad supplicium ducebantur*. Id. de Leg. ad Cai. p. 1043. A. τοιοῦτον ἀντὶ δικαστηρίου θέατρον ὁμοῦ καὶ δεσμωτήριον ἐκφυγόντες· ὡς μὲν γὰρ ἐν θεάτρῳ κλωσμοσυριττόντων, καταμωκωμένων, ἄμετρα χλευαζόντων κ. τ. λ. *postquam hoc non tam iudicium, quam theatrum pariter et carcerem effugimus. Nam quasi in theatro exsibilantium, subsannantium, et irridentium supra modum, ludibria evasimus*. Metaphora hac a spectaculis petita etiam Latini scriptores utuntur Sallust. Iug. 17. *At ego infelix in tanta mala praecipitatus — rerum humanarum spectaculum praebeo*. Cic. Att. 10, 2. *homini non amico nostra incommoda praesertim tanto spectaculo esse nollem*. Caeterum verbum θεατρίζειν praeter hunc locum

in N. T. non occurrit, ἐκθεατρίζειν *publicae ignominiae exponere* legitur ap. Polyb. 3, 91. al. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. Synon. est παραδειγματίζειν, de cuius verbi potestate disputavimus ad 6, 6. κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες] *in societatem eorum venistis qui ita se gererent.* Fuerunt qui verba οὕτως ἀναστρεφομένων verterent: *qui ita, talibus calamitatibus agitarentur.* Sed, ut iam *Kypkius* ad h. l. monuit, huius notionis exemplum alias non occurrit. Rectius igitur retinetur vulgaris significatio Medii, *me gero, vivo, vitam ago* cf. 13, 18. ut adeo verba sonent: qui ita laudabiliter se gesserunt, qui similem ἄθλησιν constanter ὑπέμειναν coll. v. 32. Intelligendi sunt christiani, qui vel in illa ipsa ecclesia, ad quam haec epistola data est, vel in aliis finitimis, similes calamitates constanter pertulerant.

34. καὶ γὰρ τοῖς δεσμίοις συνεπαθήσατε] *etenim captivorum miseriam ad vos pertinere putastis,* ὡς συνδεδεμένοι 13, 3. eorum vicem doluistis, omni modo eos adiuvistis, liberalitate, solatio, precibus. Probat et illustrat scriptor hoc in v. quae v. praecedente dixerat, sed inverso ordine, per χιασμόν. Vulgaris h. l. lectio est δεσμοῖς μου, quam interpretes haud pauci tuentur atque defendunt, ita, ut haec verba ad Pauli captivitatem Romanam referant, coll. Phil. 1, 13. 16. Col. 4, 18. Origenes protrept. ad Martyr. §. 44. solummodo habet δεσμοῖς, quae lectio si vera esset, δεσμοῖς idem valeret quod δεσμίοις, ut Col. 4, 18. ubi μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν dictum est pro ἐμοῦ δεσμίου. Sed δεσμίοις legitur in AD* a pr. m. 6. 8. 47. 73. al. 3. ap. Matth. 2 ap. Alter. Vulg. Syr. utr. Copt. Arm. Arab. Chrysost. Probant hanc lectionem *Millius* Prol. *Bengelius* in Gnom. *Wetstenius*, et in contexta migrare iusserunt *Griesbachius*, *Knappius* et *Schottus*. Nec dubitari potest, quin haec lectio vera et genuina sit. Facile enim δεσμίοις mutari potuit in δεσμοῖς μου, ab iis qui a Paulo hanc epistolam profectam esse censerent. Durius et sine exemplo dictum est συμπαθεῖν τοῖς δεσμοῖς τινος, aliud est μνημονεύειν τῶν δεσμῶν τινος, Col. 4, 18. ταῖς ἀσθενείαις τινός Hebr. 4, 15. Praeterea nusquam hactenus

scriptor de se ipso locutus est in numero singulari v. *Wetsten.* Confirmat denique etiam lectionem δεσμίοις orationis nexus et locus 13, 3. *καὶ τὴν ἁρπαγὴν κ. τ. λ.*] *et bonorum vestrorum rapinam laetabundi pertulistis, haud ignari vos meliora bona, eaque perpetuo duratura in coelo habere.* προσδέχεσθαι h. l. notat: *ferre, tolerare,* quo significatu legitur in versione Alexandrina Gen. 32, 20. Ex. 10, 17. Levit. 26, 43. *κρείττονα ὕπαρξιν* maiora et praestantiora bona, θησαυροὺς Matth. 6, 19. 20. *μένουσαν* quorum nulla ἁρπαγὴ 13, 14. ὕπαρξις indicat *bona, facultates,* ut ap. Plutarch. Apophthegm. Lacon. c. 12. §. 2. Artemidor. 3, 23. Polyb. 2, 27. 11. Hesychius: *ὕπαρξις, οὐσία.* Pro *ἐν ἑαυτοῖς* in aliis libris simpliciter legitur *ἑαυτοῖς,* in aliis *ἑαυτοὺς,* praepositionem *ἐν* induxerunt et sustulerunt *Bengelius, Griesbachius, Matthaeius, Knappius, Schottus,* uncinis inclusit *Vaterus.* Qui *ἐν ἑαυτοῖς* retinent, verba traiecta et construenda esse monent, *γινώσκοντες ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν.* Sed vera lectio est *ἑαυτοῖς,* lectio *ἑαυτοὺς,* ut et altera *ἐν ἑαυτοῖς,* cui nec *ἐν οὐρανοῖς* quod sequitur favet, originem suam debet grammaticis. Est autem *ἑαυτοῖς* dativus, quem vocant commodi, *repositam, destinatam vobis habere.*

35. *μὴ ἀποβάλητε* a Vulgato redditur: *ne amittatis.* Verbum *ἀποβάλλειν* ut sit *iacturam facere, amittere,* legitur ap. Ael. H. V. 4, 8. *Ἀμύντας ἀποβαλὼν τὴν ἀρχὴν amisso regno.* Herodi. 7, 12. 13. *ἀποβαλόντες κτήματα amissis possessionibus.* Id. 2, 6. 3. *πατέρα τε ἤπιον καὶ χρηστὸν προστάτην ἀποβαλόντες parente mili et principe bono amisso* add. Xen. Cyr. 3, 3. 45. et cf. *Loesnerus* ad h. l. Sed prima ac propria verbi *ἀποβάλλειν* significatio est *abiicere,* ita extat ap. Ael. H. V. 12, 38. *ἵππος ἀποβάλλει τὸν δεσπότην equus excutit sessorem.* Lucian. Dial. Mort. 10. p. 278. T. 1. *Graev. τὰ ἔπιπλα ἀποβαλὼν supellectilem abiecit.* Ies. 1, 30. *τερέβινθος ἡ ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα terebinthus quae folia abiecit.* Graecae locutioni respondet Latina *animam abiicere* ap. Petron. c. 74. h. e. se ipsum vita spoliare. Quae abiicimus, contemnere solemus, hinc *ἀποβάλλειν* etiam denotat: *contemnere, re-*

pudiare, ut in vers. Alex. Prov. 29, 24. ὃς ἀποβάλλεται πατέρα ἢ μητέρα. Admissa h. l. prima ac propria verbi notione gravior sententia et orationis seriei cummaxime accommodata procedit. Cohortatur enim scriptor lectores suos, ne deficiant temere ab agnita veritate, de qua defectione supra graviter dixerat. Metaphora petita videtur a milite ignavo et timido, qui arma, clypeum abiicit coll. Eph. 6, 16. Opposita verba sunt κρατεῖν et κατέχειν Hebr. 3, 14. 6, 11. 10, 23. παῤῥησία est *fiducia*, *spes certissima* vid. supra v. 19. esse nimirum nobis in coelo reposita bona meliora eaque aeterna coll. v. 34. Sensus autem verborum est: nolite a religione desciscere, quae tantam felicitatem praebet. ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην *quae largam remunerationem habet*, qui hanc spem alit et fovet, praemiis ornabitur uberrimis. μισθαποδοσίαν vid. ad 2, 2. not.

36. ὑπομονῆς ἔχετε χρείαν *constantia vobis opus est*, a vobis requiritur, si praemiis illis potiri vultis, hoc indicatur verbis ἵνα κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν. ὑπομονὴ opponitur τῇ ἀποβολῇ τῆς παῤῥησίας v. 35. indicat ergo ὑπομονὴ *constantiam*, *Ausdauer*, *Beharrlichkeit*, ut 12, 1. Luc. 21, 19. 1 Thess. 1, 3. Matth. 10, 22. 24, 13. de constantia in belli periculis legitur ap. Diod. Sic. p. 215. D. p. 285. E. vid. *Münthius* ad h. l. ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες κ. τ. λ.] *ut*, *si voluntati divinae obtemperaveritis*, *bona promissa reportetis*. Formula τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιεῖν non explicari potest generatim de vita praeceptis divinis consentanea, ut Matth. 7, 21. 1 Thess. 4, 3. sed ut contextus aperte docet, explicanda est nominatim, de constantia, quam Deus postulat, in retinenda fiducia v. 35. memorata, de constantia in professione religionis christianae, voluntati divinae consentanea. cf. 3, 6. 14. Sic 10, 10. τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ est ea Dei voluntas, qua Christum victimam fieri voluit. ἐπαγγελία per metonymiam indicat id, quod promissum est, τὴν μισθαποδοσίαν μεγάλην v. 35. τὴν ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς v. 34. Sic ἐπαγγελία de re promissa, bonis promissis occurrit Hebr. 6, 15. 9, 15. 11, 39.

37. Accommodavit scriptor locum Habac. 2, 3. 4. quem memoriter laudavit, ita, ut prophetae verba sua fecerit. Neque enim hoc prophetae oraculo ante dicta probare voluit, sed verbis Habacuci tantum argumentatus est. Conquestus fuerat propheta c. 1. iniurias a Chaldaeis populo Iudaico illatas. Iam c. 2. oraculo divinitus accepto, exhortatur Iudaeos, ne despondeant animum, Deum enim pios cultores suos, in eoque spem certam repositam habentes servaturum, et Chaldaeorum saevitiam vindicaturum esse. Quod autem verba prophetae h. l. allata attinet; neque verba versionis Alexandrinae exacte reddidit noster, neque textum Hebraicum accurate expressit. Verba enim versionis Alexandrinae haec sunt: v. 3. ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτὸν, ὅτι ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσῃ. v. 4. ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται. Ultima verba laudavit etiam Paulus Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. hoc supplementum cogitando adiiciendum est: constantes igitur estote, μὴ οὖν ἀποβάλητε τὴν παῤῥησίαν nam etc. *Heinrichsius* verborum cohaerentiam et sensum ita constituit: eo magis vobis suadenda est haec constantia (τοσούτῳ μᾶλλον v. 25.), quo propius adsit liberatoris vestri adventus, qui cum venerit, apparebit, quanto praemio afficientur ii, qui animum non desponderunt, quamque parum se ei probent, qui de futuro auxilio desperantes malis succumbunt. ἔτι μικρὸν ὅσον *admodum exiguum* tempus *restat*. ὅσον ὅσον dicitur de re parva Aristoph. Vespp. v. 213. τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην; *quidni requiescimus aliquantillum?* ubi scholiast. observat ὅσον ὅσον στίλην significare τὸ ἐλάχιστον. Arrian. Hist. Ind. 29, 15. ὀλίγοι δὲ αὐτῶν σπείρουσι ὅσον ὅσον τῆς χώρας. Ies. 26, 20. ἀποκρύβηθη μικρὸν ὅσον ὅσον ubi in textu Hebraico legitur כִּמְעַט רֶגַע Heliodor. 5, 18. ὀλίγον ὅσον προήκων ὁρῶ πρεσβύτην ἁλιευτικὸν πρόσθεν τῶν θυρῶν τῶν αὐτοῦ καθήμενον. Philo Leg. ad Cai. p. 1029. B. μικρὸν ὅσον ἐπισχὼν *brevi mora interiecta* v. *Loesnerus* ad h. l. ἐρχόμενος nomen Messiae Matth. 11, 3. 21, 10. Ioh. 11, 27. ἥξει ad iudicium habendum et regnum inaugurandum cf. v. 25.

38. δὲ vim habet transitivam et copulativam *et* v. *Wahlii* Clavis N. T. δίκαιος dicitur is, qui Deo probatur, favore divino ornatus, ut Rom. 1, 17. 2, 13. δικαιοῦσθαι favorem divinum consequi, eo frui Luc. 18, 14. Gal. 3, 11. Iac. 2, 25. coniungi autem debet δίκαιος cum verbis ἐκ πίστεως, ut Rom. 1, 17. cf. 3, 21. ubi memoratur δικαιοσύνη διὰ πίστεως. 5, 1. ubi legitur formula δικαιωθέντες ἐκ πίστεως. Hebr. 11, 4. δι' ἧς (πίστεως) ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος. Minus recte alii ἐκ πίστεως cum verbo ζήσεται copulant. Etiam Habac. 2, 4. צַדִּיק referri debet ad בֶּאֱמוּנָתוֹ vid. ibi *Rosenmüllerus*. πίστις est fiducia in Deo et Iesu Messia collocata, fides promissis divinis habita, quae se maxime prodit in fortiter perferendis calamitatibus propter religionis christianae professionem subeundis, id. qd. παῤῥησία supra v. 35. ζῆν ut Hebr. חיה Ps. 22, 27. 30. 38, 20. Iob. 21, 7. Ez. 20, 11. notat *felicem esse*, quo significatu perquam frequenter occurrit. καὶ idem valet quod ἀλλά. ὑποστείληται scl. τὶς (v. Apoc. 19, 9. Xen. Mem. 2, 6. 26. Soph. Oed. Tyr. 612. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 1. p. 263.) *si quis se subduxerit* i. animum desponderit. Medium ὑποστέλλεσθαι significat *se subducere*, *sich zurückziehen*, *kleinmüthig seyn*, et adhibetur de *iis qui aliquid ex socordia*, *vel metu periculi*, *vel verecundia subterfugiunt*. Copiosius de huius verbi notionibus variis disputavimus in Commentar. in Act. App. ad 20, 20. Sensus h. l. est: qui metu calamitatum animum despondet, promissis fidem denegat et a religione christiana descissit. οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ Deus loquens inducitur, *hunc equidem probare non possum*. Litotes. Ab eo animus meus abhorret, eum puniam, infelix erit.

39. Versu 38. generatim dicta ad lectores epistolae auctor transfert eosque laudat, quod a religione non defecerint, ut comminationis, quae praecessit asperitatem leniat, et vacillantes v. 25. 6, 11. eo acrius excitet ad perseverantiam et constantiam in religionis christianae professione. Compara 6, 9. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν] *nos non sumus ii qui nos subtrahamus* (i. e. non sumus religionis desertores) *quo perdamur*. Hesychius:

ὑποστολή, δειλία, φυγή. Interpretes fere omnes ad verba ὑποστολῆς et πίστεως subintelligunt υἱοὶ vel τέκνα, etiam Vulgatus interpres vertit: *subtractionis filii.* Hebraei nimirum vocabulum בֵּן eorumque exemplo interpretes Alexandrini et N. T. scriptores vocabula υἱός, τέκνον, nominibus virtutum, vitiorum, aliarumque rerum ita iungunt, ut significetur is, ad quem virtus, vel vitium, vel res pertineat vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 516. nos ad Ioh. 17, 12. Sed non necesse est ut ad ellipsin et hanc Hebraicam loquendi formam confugiamus. Etenim verbo εἶναι a Graecis scriptoribus iunguntur genitivi rei, aut personae, ita, ut indicetur, vel qualis sit aliquis, aliqua res, vel quocum connexus sit aliquis, connexum aliquid. Sic Luc. 9, 55. legitur: οὐκ οἴδατε, οἵου πνεύματος ἐστε ὑμεῖς; *ignoratisne, quo animo esse debeatis?* add. infra 12, 11. vid. *Vigerus* p. 240. Ita quoque Latini loquuntur Liv. 21, 60. *nec magni certaminis ea dimicatio fuit.* Terent. Andr. 3, 5. 2. *quandoquidem tam nulli* (pro, nullius) *consilii sum.* ἀλλὰ πίστεως sed fiduciam in Deo et Christo reponimus. Praepositio εἰς eventum indicat, ut Rom. 5, 16. 6, 16. al. πίστις εἰς περιποίησιν ψυχῆς est *fides qua vita servatur.* Sed vita (ψυχή Matth. 2, 20. al. Achill. Tat. 7, 9. init.) Hebraeis est imago *felicitatis*, et significatur h. l. ut Matth. 10, 39. felicitas alterius vitae constantibus Christi cultoribus promissa coll. v. 34. περιποιεῖσθαι denotat: *sibi comparare, acquirere* Ael. H. V. 9, 9. Plutarch. PP. E. 16, 1. Xen. Anab. 5, 6. 17. Item: *servare, conservare* Xen. Cyr. 4, 4. 10. τὰς ψυχὰς περιποιήσασθε *vitam servastis.* Plutarch. Apophthegmm. 16, 5. περιποιήσασθαι τὸ ζῆν. Phavorinus: περιποιήσαντες ἀντὶ τοῦ διασώσαντες. Nomen περιποίησις ut sit *acquisitio* legitur 1 Thess. 5, 9. 2 Thess. 2, 14. *conservatio* in vers. Alex. 2 Par. 14, 13. ubi in textu Hebraico extat voc. מִחְיָה.

CAPUT XI.

In fine capitis praecedentis scriptor πίστεως mentionem fecerat, et propter fidem in Deo et Christo repositam

Christi cultores Deo probari, ab eoque praemiis ornari affirmaverat. Iam admoniturus lectores ad fidem porro servandam, ut hanc admonitionem facilius atque libentius audirent et admitterent, de fide eiusque natura et efficacia copiosius hoc in capite disserit. Ac primo quidem fidei indolem describit v. 1. Deinde ex historia gentis Hebraicae demonstrat, hanc fidem Deo gratam esse atque acceptam v. 2. 6. ab eoque praemiis ornari eximiis. Non docendi tantum, sed monendi etiam et cohortandi consilio ad maiorum exempla provocasse scriptorem, e cap. 12. patescit, ubi quae de fide generatim hoc in capite disputavit, fidei christianae accommodat. Sapienter autem epistolae auctor, ut lectorum animos permoveret, ad illa maiorum exempla provocavit, eosque ad eorum imitationem exhortatus est, quoniam Iudaeis suave atque iucundum erat, data quavis occasione, populi sui fata repetere, et quicquid maiorum suorum ex omni aevo illustrium nominibus, auctoritate, exemplis commendatum esset, libenter admittebant. v. Ps. 78. 105. 106. 135. 136. Ez. 20. Sir. 7. 44. Act. 7. 13, 17 sqq.

1. 2. Per τὴν πίστιν h. l. non significatur fiducia in Christi morte posita, nec religionis christianae professio, sed latiori significatu hoc vocabulum sumitur, ita, ut indicet firmam et stabilem persuasionem, vera esse, quae Deus docuerit, monuerit, minatus sit, promiserit, qualis fides tempore V. T. locum habuit. Inprimis autem, ut exempla proposita docent, spectatur fides respectu rerum futurarum, fides promissis divinis habita, et laeta eorum, quae Deus nos sperare iubet, exspectatio; de his autem potissimum sermo est, quia spes christianorum praecipua erat reditus Christi ad regni sui inaugurationem. Particula δὲ h. l. ut supra 10, 38. vim habet transeundi et copulandi. ἔστι δὲ ἡ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις κ. τ. λ.] *est autem fides, firma exspectatio rerum quae speramus, et certa persuasio de rebus quae non cernuntur*, ὑπόστασις nonnulli vertunt: *fundamentum*, v. not. ad 3, 14. Plerique cum Vulgato interprete, Chrysostomo et Theodoreto, *substantia*, essentia, id quod vere existit, *eine reelle*

Substanz, das wirkliche, das Wesen vid. ad 1, 3. atque adeo ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων dicitur illud, quod iis, quae nondum apparent, quorum nonnisi umbram videmus, corpus indit; sive ut alii verba explanant, fides ideo dicitur substantia rerum sperandarum, quia quamvis res speratae nondum existant, tamen earum existentiam fides quodammodo in nobis efficit et gignit, et nobis illas praesentes exhibet, dum adeo certos nos de illis facit, ac si re ipsa iam praestitae essent. Arguta interpretatio, nec a simplicitate commendabilis. Adhibuit epistolae auctor h. l. nomen ὑπόστασις eodem significatu quo 3, 14. positum comparet, ita nimirum, ut *firmam exspectationem* rerum quae speramus indicet. τὰ ἐλπιζόμενα quae speramus, sunt ea, quae nondum evenerunt, sed futura sunt. τὰ οὐ βλεπόμενα quae non in sensus incurrunt, sive iam evenerint, sive futura sint. πίστις respectu eorum quae evenerunt, est, cum quis testimoniis fidem habet; respectu eorum quae futura sunt, cum quis promissionibus fidem habet. Post πραγμάτων *Böhmius* comma ponendum censet, cum facilius hoc nomen ad posterius participium, quam ad prius subaudiatur. Sed vulgaris interpunctio retinenda. Nam non necesse est ut subintelligatur πραγμάτων v. *Hermanus* ad *Viger.* p. 871 sq. Vocabulum ἔλεγχος declarat *demonstrationem* ut ap. Diod. Sic. p. 146. B. Philo Lib. de Iosepho p. 541. ult. πρὸς ἔλεγχον βεβαιοτέρας πίστεως. v. *Münthius* et *Carpzovius* ad h. l. de demonstratione mathematica hoc nomen posuit Aristot. Rhet. c. 14. Significat vero etiam *argumentum*, ut ap. Ael. H. V. 7, 19. Glossae: *probatio*, ἔλεγχος. Theophylactus explicat δεῖξις καὶ φανέρωσις ἀδήλων πραγμάτων *demonstratio et manifestatio rerum quae non sunt conspicuae.* Oecumenius: ἀπόδειξις. Horum auctoritatem secuti sunt plures interpretum recentiorum, et ἔλεγχος reddiderunt *demonstratio*, alii explicuerunt: *demonstrata cognitio.* Alii *argumentum rerum quae non videntur, argumentatio.* Rectius h. l. mea sententia exprimitur *persuasio firma*, quae ex argumentis oritur iisque nititur, de rerum quae sensibus non percipiuntur veritate. Loquitur enim scriptor de certa animi affectione.

Caeterum hunc versum non definitionem aut descriptionem, sed encomium fidei continere, *Erasmus* statuit, in cuius sententiam discesserunt *Böhmius* et *Winerus* in *Gramm. des N. T. Sprachidioms* Th. 2. p. 197. ad eamque defendendam et comprobandam argumentis usi sunt his: 1) non satis idonea caussa apparet, cur definitionem fidei proferre voluerit auctor. α) Sed cum scriptor lectores suos ad fidem, eamque talem qualem eorum maiores Dei effatis et promissis habuissent, cohortari, atque huius fidei vim et efficaciam demonstrare vellet; cum 10, 39. fidem tanquam conditionem salutis nominasset: omnino fidei notio constituenda erat. 2) Si definitionem dare voluisset noster, scripturus fuisset: ἡ δὲ πίστις ἐστὶν, aut, πίστις δέ ἐστιν, sed ut verba sonant, reddenda sunt: (*Böhmii* verbis utor) valet fides, et in rerum verarum numero habenda est speratarum stabilitas rerum, argumentatio non visarum; *Winerus: es giebt einen Glauben, eine Zuversicht* etc. β) At enimvero hac de re nullus lectorum epistolae dubitabat, et exempla quae sequuntur, vim et effectum fidei demonstrant, nec eum in finem proposita sunt, ut ostendatur fidem esse in numero rerum verarum. Verbum ἐστὶ primo loco positum est ad excitandam lectorum attentionem. Ecquis verba Lucae 8, 11. ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολὴ reddet: *est, existit?* etc. 3) Particula caussalis γὰρ, si meram disertamque definitionem v. 1. contineri sumseris, vix habet quomodo accurate explicetur. γ) Equidem fateor me non perspicere, quidni accurate explicari possit. Probat scriptor v. 2. hanc esse fidei naturam et indolem; exempla, inquit, maiorum docent in eo consistere fidem; *nam propter hanc fidem maiores laudati sunt.* Particula ἐν v. 2. partes agit particulae διὰ coll. v. 39. ut 2 Cor. 13, 4. al. cf. Obss. Miscell. Vol. 10. p. 430. *Bosius* Exercitt. S. p. 30. μαρτυρεῖσθαι *probari, laudari,* ut Act. 6, 3. 10, 22. vid. not. ad Luc. 4, 22. οἱ πρεσβύτεροι idem valet quod οἱ πατέρες s. οἱ ἀρχαῖοι.

3. E creatione mundi probat epistolae conditor πίστιν spectare etiam res praeteritas, quae non in sensus incurrant, τὰ μὴ βλεπόμενα, eamque esse certissimam persua-

sionem de veritate eorum, quae in libris sacris consignata, et e Dei quasi ore profecta legantur. A creatione autem exorditur, morem Iudaeorum secutus, qui cum de gente sua et beneficiis a Deo ei exhibitis loquebantur, a primordiis mundi et generis humani inchoare solebant v. Ps. 136. Sir. 43, 44. Accedit alia ratio; de fide generatim dicta, fidei christianae accommodare volebat. Qui autem credebant, ut *Heinrichsius* et *Stolzius* perite monuerunt, mundum Dei potentia esse creatum, eo facilius credere poterant Deum christianos probos et constantes a calamitatibus propter religionem christianam perferendis liberaturum, eosque praemiis amplissimis ornaturum esse. Ipsa creatio, inquit, nullos spectatores habuit, neque nos, neque τοὺς πρεσβυτέρους, *sed fidem habentes scimus, mundum Dei voluntate conditum esse, ita, ut quae conspiciuntur, non condita sint ex iis quae iam existerent.* Respicitur locus Gen. 1, 1. καταρτίζειν *parare, creare*, id. qd. ποιεῖν ut Ps. 73, 16. vid. de hoc verbo not. ad 10, 5. τοὺς αἰῶνας mundum universum, τὰ βλεπόμενα vid. 1, 2. ῥήματι Θεοῦ *verbo*, voluntate Dei potentissima cf. not. ad 1, 3. μὴ ἐκ φαινομένων haud pauci interpretes positum esse putarunt pro ἐκ μὴ φαινομένων secuti auctoritatem vers. Syr. Vulg. *ex invisibilibus;* Chrysostomi (cuius verba sunt: δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν μὴ φαινομένων τὰ φαινόμενα, ἐκ τῶν οὐχ ὑφεστώτων τὰ ὑφεστῶτα), Theodoreti, Theophylacti et Oecumenii. Verba igitur reddiderunt: *ita ut ex iis quae non essent, ea quae sunt existerent.* Monuerunt, eiusmodi transpositiones optimis scriptoribus frequentes esse (exempla dant *Marklandus* ad Lys. p. 549. *Wetstenius* et *Valckenarius* ad h. l.); et τὸ μὴ φαινόμενον Hebraeis dici *rem non existentem* לא נמצא οὐχ εὑρισκόμενον coll. v. 5. provocant praeterea etiam ad 2 Macc. 7, 28. ubi pro ἐκ τῶν μὴ φαινομένων legatur: οὐκ ἐξ ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ (τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα) et eadem traiectio locum habeat (sed in cod. Vatic. ibi legitur ἐξ οὐκ ὄντων]. Contra vero *Beza, Er. Schmidius* (*ea quae cernimus non esse facta ex apparentibus*), *Storrius, Schulzius,*

Böhmius, *Winerus Gramm.* B. 1. p. 193. hanc transpositionem arbitrariam esse, et negandi particulam μὴ ad γεγονέναι referri debere, rectissime iudicarunt. Hac ratione admissa sensus est: mundus Dei voluntate extitit, ita, ut non ex materia quadam aeterna factus sit, sed conditus sit, cum nihil antea esset. Rom. 4, 17. Θεοῦ — καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Philo de creat. p. 728. B. τὰ γὰρ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς τὸ εἶναι cf. et *Schöttgenius* Horr. Hebrr. ad Rom. 4, 17. τὰ φαινόμενα dicuntur *ea quae conspiciuntur et quae sunt* Xen. Rep. Laced. 1, 1. ἡ Σπάρτη — δυνατωτάτη τε καὶ ὀνομαστοτάτη (πόλις) ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐφάνη *erat*. Lucian. dial. mort. 27, 7. ἐδήλου φαινόμενος ὠχρὸς *manifesto pallidus* ubi v. *Lehmannus*. Sic *apparere* ap. Plaut. Amph. 2, 2. 161 sq. v. *Vigerus* p. 313. ed. Herman.

4. *Fidem habens Abelus praestantius Deo sacrificium obtulit quam Cainus.* πλείονα θυσίαν Deo acceptius sacrificium. παρὰ vid. ad 1, 4. not. Fides Abeli et quaenam illa fuerit Gen. 4, 3 sq. non memoratur. Res igitur ad coniecturas redit. Inde quod Gen. l. l. legitur, Abeli sacrificium Deo gratum fuisse, colligit noster cf. hui. cap. v. 6. Abelum, qui fuerit pius Dei cultor (v. 6. τοῖς ἐκζητοῦσιν κ. τ. λ.) fiduciam in Deo collocasse. Quod autem fidem Abeli ipsam, quam speciatim h. l. epistolae auctor respexit, attinet, maxime probabilis, atque scriptoris consilio, qui ad fiduciam in Deo reponendam lectores cohortari vult, et v. 1. πίστιν declararat esse τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασιν, apprime conveniens est eorum sententia, qui statuunt, Abelum obtulisse sacrificium, ita, ut certissime speraret, se a Deo fortunatum iri, eumque gregem, cuius primitias obtulisset, multiplicaturum esse. Cainum vero diffidenter, et nonnisi ob poenae metum sacra fecisse. Hanc explicationem iam habet Targum Hieros. ad Gen. l. l. Aliam caussam sacrificii accepti et reiecti affert Philo Lib. de sacrif. Abeli et Caini; Cainum, dicit, obtulisse victimam post dies aliquot, non statim, item de fructibus quidem, sed non de primitiis frugum, et operatum esse sacris obiter vid. *Carpzovius* ad h. l. A Philone dissentit

Iosephus v. Ant. 1, 2. 1. opinatur, Deo Abeli sacrificium propterea gratius fuisse, quod Deus magis laetetur rebus sponte natis, quam in quibus solertia humana et vis aliqua cernatur, scribit: ὁ δὲ Θεὸς ταύτῃ μᾶλλον ἥδεται τῇ θυσίᾳ τοῖς αὐτομάτοις καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσιν τιμώμενος, ἀλλ' οὐχὶ ταῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πλεονέκτου κατὰ βίαν πεφυκόσιν *Deus hac magis delectatus est hostia* (Abeli) *quippe qui sponte et naturaliter nascentibus honoraretur, non autem iis, quae ex industria hominis avari violenter nascuntur.* Cainus enim, pergit Iosephus, πρὸς τὸ κερδαίνειν μόνον ἀποβλέπων, γῆν ἀροῦν ἐπενόησε πρῶτος *lucro tantum inhians, terrae arandae modum excogitavit primus.* Has coniecturas attulisse sufficiat. Quaesiverunt etiam interpretes, cur auctor epistolae ab Abelo inceperit, et Adamum praeterierit? quibus responderunt alii, id factum esse propterea, quod Moses de Adamo, enarrata historia peccati ab eo commissi, nihil eximium memoraverit, et quod Abeli caedes, prima sit in literis sacris caedes, viri pietatis laude conspicui, commemorata v. Matth. 23, 25. et huius quoque viri fidem, scriptor fidei christianorum accommodare voluerit. Nomen θυσία non tantum ponitur de sacrificiis cruentis, sed etiam de oblationibus incruentis, ut Hebr. מִנְחָה quod Gen. 4, 5. de Caini, qui de frugibus terrae obtulerat, sacrificio, positum reperitur, ubi οἱ ό habent: ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ (וְאֶל־מִנְחָתוֹ) οὐ προσέσχε. cf. etiam not. ad 5, 1. δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος] *per quam Deo gratus et accceptus declaratus est* vid. 10, 38. neque δι' ἧς neque δι' αὐτῆς v. extr. cum Syro interprete, Oecumenio, et nonnullis interpretibus recentioribus referendum ad θυσίαν, sed ad πίστιν coll. v. 2. πίστις in his veterum laudibus caput rei est. δίκαιος alii explicant: *pius, probus* ut Matth. 23, 35. 1 Ioh. 3, 12. μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ] *Deus ipse eius munera testimonio ornavit*, sacrificium eius sibi probatum declaravit. ἐπὶ *quod attinet ad* vid. not. ad 8, 1. Ex Gen. c. 4. apparet testimonium Dei fuisse signum quoddam in oculos incurrens, e quo Cainus et Abelus manifesto cognoverunt, Deo Abeli sacrificium

gratum fuisse, Caini displicuisse. Quodnam fuerit, cum literae sacrae sileant, definiri nequit. In vers. Alex. Gen. 4, 4. legitur: καὶ ἐπίδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ. Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, et magna pars interpretum recentiorum autumant, signum, quo Deus declararit acceptum sibi esse Abeli sacrificium, fuisse ignem de coelo delapsum, qui carnes victimae accendisset. Hanc sententiam etiam Theodotion in versione sua expressit (καὶ ἐνέπρισεν ὁ Θεός) et fuit communis Iudaeorum de hoc testimonio divino sententia v. *Schöttgenius* Hor. Hebr. ad h. l. Exempla similia sunt Abrahami Gen. 15, 17. Aaronis Lev. 9, 24. Gideonis Iudd. 6, 21. Davidis 1 Chron. 21, 26. Salomonis 2 Chron. 7, 1. Eliae 1 Regg. 18, 38. Ex aliorum opinione signum erat flamma ad coelum exsurgens, sicuti fumus ad terram devolutus, indicium erat, Caini oblationem a numine sperni et respui. Neque tamen simile exemplum in literis sacris occurrit. *Michaelis* in *Erklärung d. Br.* rem ita explanat, crevisse greges Abeli, Caini vero agros minus fuisse feraces. καὶ δι᾽ αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ] *et per eam post mortem etiamnum loquitur.* Pro vulgari lectione λαλεῖται, quam codd. versiones et edd. quam plurimae, Chrysostomus (qui λαλεῖται in textu legit), Oecumenius, Photius tuentur, λαλεῖ exhibent A. et 11 ap. *Wetsten.* et *Griesb.* 3 all. ap. *Matth.* 1 ap. Alt. vers. Syr. utraque Ar. Copt. Arm. Vulg. et multi patres, probantibus *Millio* Prolegg. n. 639. *Grotio*, *Valckenario* (in Annotatt. Critt. in loca quaedam libror. sacror. Novi Foederis in eiusd. Opuscc. Phil. Crit. Orat. Vol. 2. p. 232.), *Storrio*, *Dindorfio*, *Böhmio*, aliis; atque hanc lectionem recte in textum migrare iusserunt *Bengelius*, *Griesbachius*, *Knappius*, *Schottus*; vulgarem λαλεῖται retinendam putarunt *Wetstenius*, *Matthaeius*, *Heinrichsius*, *Vaterus*, al. quibus lectio λαλεῖ ex Gen. 4, 10. et Hebr. 12, 12. invecta esse videtur. Sed λαλεῖ est lectio difficilior, et Gen. l. l. ut recte iudicavit *Böhmius* nihil de ipso Abelo, verum de sanguine eius tantummodo *loquente*, relatum legitur, nemo ergo facile lectioni λαλεῖται, si haec ab auctore ep. profecta esset, substituisset

λαλεῖ. Haec lectio etiam satis commodum sensum parit, nimirum hunc: Abelus post mortem, per fidem suam, nos ad eandem fidem excitat et cohortatur, suo exemplo monet, ut eandem fiduciam in Deo reponamus. Praeterea haec metaphora aliis quoque scriptoribus frequens est, Virgil. Aen. 6, 618 sq. *Infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnis Admonet, et magna testatur voce per umbras: Discite iustitiam moniti, et non temnere divos.* Pindar. Pyth. 2, 39 sq. Ἰξίονά φαντι ταῦτα βροτοῖς λέγειν, ἐν πτερόεντι τροχῷ Παντᾶ κυλινδόμενον. Demosth. c. Eubulidem p. 711. ed. Lamb. §. 60. ὅς, καὶ τετελευτηκώς, ὅμως μαρτυρεῖ τοῖς ἔργοις, ἀστὴν ταύτην καὶ πολῖτιν εἶναι. In explicanda autem utraque lectione, λαλεῖται et λαλεῖ in diversas partes discesserunt interpretes. Nonnulli, veluti *Wolfius* in Curis, *Carpzovius*, λαλεῖται formam mediam esse censuerunt, quae vim activi habeat λαλεῖ, *mortuus etiamnum per fidem suam loquitur.* Refutavit hanc sententiam *Valckenarius*, cuius verba hic adiiciam: „Sane, inquit, ὁρᾶν et ὁρᾶσθαι, ἐρευνᾶν et ἐρευνᾶσθαι, pauca etiam alia promiscue usurpantur, sed hoc idem non de plerisque valet v. *Hemsterhusius* ad Tho. Mag. v. ἀποσκοποῦμαι. *Abreschius* Dilucc. Thucydd. p. 167. Eustath. ad Hom. Il. κ'. p. 727. 7. 10. μ'. p. 859. 1. φ'. p. 1306. 15. Aristoph. Thesmoph. 585. ubi πρᾶγμα memoratur ὀλίγῳ τι πρότερον κατ' ἀγορὰν λαλούμενον *res* (non *quae* loquitur, sed) *quae est in ore omni populo*, ut ait Terentius. Hic locus erroris convincit *Wolfium.* Recte *Bengelius*, *Griesbachius* defenderunt λαλεῖ, *etiam mortuus Abelus* loquitur, et admonet mortales, ut spem in Deo habeant repositam. Nihil aptius scriptor dicere potuit.“ Alii λαλεῖσθαι passivo sensu sumunt, *in ore fertur hominum, celebratur* (Chrysostomus: παρὰ πάντων θαυμάζεται καὶ μακαρίζεται. Theodoretus: εὐφημεῖται); laudant Matth. 26, 13. At nonne haec laus etiam Noacho, Abrahamo, aliisque h. l. memoratis pari iure contigit? Gravior sententia procedit, si verba hoc sensu accipiuntur: Abelus, protomartyr, per fidem suam exemplo est, eandemque fidem nobis commendat, λαλεῖ. Alii denique: verbo λαλεῖ

loquitur, respici putant locum Gen. 4, 10. ubi in versione Alexandrina legitur: φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου (Deus his verbis Cainum allocutus esse perhibetur) βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς· atque haec verba de immortalitate interpretantur. Ita iam Philo verba intellexit Lib. quod deterior insidietur potiori p. 164. B. ζῇ δὲ τὴν ἐν Θεῷ ζωὴν εὐδαίμονα, μαρτυρήσει δὲ τὸ χρησθὲν λόγιον, ἐν ᾧ φωνῇ χρώμενος καὶ βοῶν — εὑρίσκεται *vivit in Deo vitam felicissimam, nam testimonium ei perhibet S. Scriptura, in qua diserte loquens et clamans reperitur*, ib. p. 168. B. ζῇ μὲν γὰρ ὁ τεθνάναι δοκῶν, εἴγε καὶ ἱκέτης ὢν Θεοῦ, καὶ φωνῇ χρώμενος εὑρίσκεται *vivit enim* (Abelus) *qui mortuus existimatur, quandoquidem reperitur supplex Deum alloqui. Michaelis* sensum verborum ita constituit: Cainus Abeli, Deo ob fidem cari, corpus tantum interficere potuit, non vero animum delere Matth. 10. 28. etiam post mortem Deo vivit Luc. 20, 37. 38. *Moldenhauerus*, qui post ἀποθανὼν, incisi notam ponendam esse censet, verba ita interpretatur: et postquam propter fidem suam trucidatus, atque adeo mortuus erat, adhuc loquitur, loquens sistitur, dum sanguis eius clamare dicitur. *Böhmius* qui vertit: *per ipsam illam fidem mortuus adhuc*, ut est in sacris historiis, *loquitur* p. 545. scribit; his nil nisi immortalitatis Abeli, et illius quidem faustae sine dubio (neque tamen simul salutis coelestis ipsi iam concessae et exhibitae coll. v. 39.) nempe propter fidem sacrificio editam donatae, mentio continetur. Quamobrem absurde fecerint profecto, qui, quid tandem auctor Abelum post mortem *loculum* cogitasset, quaesiverint. Non enim hoc, vel illud, loqui eum affirmavit, sed *loqui* omnino, ipsi quippe tribuens id, quod in V. T. de eius sanguine dictum est, scilicet *sanguinem* (hoc αἷμα interim a nostri memoria haud abfuisse patet ex 12, 24. quo quidem loco hactenus alio, quid qualeque locutum illud fuerit, sane quodammodo cogitavit) pro homine cruentam mortem passo, quamquam eo nondum in coelum recepto, per metonymiam accipiens, atque in ipso Abelo illud λαλεῖν, si sensum spectes, cum soli vivi loqui soleant, non mortui, est id, quod *agere ac*

vivere. — Quae tamen interpretationes, meo iudicio, quaesitae sunt atque contortae, et praeoptanda est ea quam supra proposui, quae mihi quidem simplicissima et orationis seriei convenientissima videtur.

5. De Henochi fide Gen. 5, 24. nihil scriptum legitur. Sed ep. auctor v. 6. affirmat, neminem sine fide Deo placere, eumque qui Deo placere velit, credere debere, eum cultores suos praemiis ornaturum esse. Iam cum Gen. l. l. legatur, Henochum vitam egisse Deo probatam; inde scriptor cogit, Henochum fiduciam suam in Deo collocasse, eum credidisse, Deum piis suis cultoribus remuneratorem fore. Plerique interpretes in ea versari reperiuntur sententia ut statuant, non modo h. l. sed etiam Gen. loco parallelo 5, 22 sq. tradi, Henochum non esse mortuum, sed vivum a Deo in coelum translatum. Notant, quód locum Gen. attinet, in commemoranda morte caeterorum patriarcharum ante diluvium, Mosen constanter usum esse verbo וַיָּמֹת *mortuus est* v. Gen. 5, 8. 11. 14. 17. 20. 27. de Henocho autem hoc verbo non usum esse, sed verbo לקח *sublatus est a Deo*, quod idem verbum adhibitum legatur 2 Regg. 2, 3. de Elia vivo in coelum sublato, et voce וְאֵינֶנּוּ *et non fuit* in terris; ut Livius 1, 16. de Romulo (qui coorta tempestate cum magno fragore tonitribusque, denso imbre opertus, ex hominum coetu sublatus est): *nec deinde in terris Romulus fuit.* Inde ergo recte colligi, Mosen innuere voluisse, Henocho singulare quid prae caeteris contigisse, eum eodem aut simili modo, quo Eliam, rebus humanis ereptum, et in coelum sublatum esse. Laudant etiam alios scriptorum locos, e quibus appareat, prisci aevi populos existimasse, homines eximia pietate insignes, meritis conspicuos, vivos in coelum transferri. Sic de Semiramide Diod. Sic. 2, 20. refert, eam e conspectu hominum se subduxisse, tanquam migraturam ad deos. Iphigenia ad deorum sedem evecta perhibetur v. Eurip. Iphig. in Aul. v. 1604 sq. cf. *Maius* Obss. S. Lib. 1. p. 41 sq. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Gen. l. l. Obierant homines illi, sed locus et genus mortis eorum non innotuerat, inde orta opinio eos vivos in coelum esse translatos. Elias, de quo 2 Regg. 2,

11. legitur, eum vivum, inter tonitrua, in coelum fuisse translatum, haud dubie fulmine tactus est inter tonitrua vehementia; et narratio ipsa e carmine antiquo desumta esse videtur cf. *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat. B.* 4. p. 213. — Ex aliorum vero sententia, nominatim *Michaelis* in *Erklg. d. Briefs a. d. H. Mori, Hezelii, Lindii* ad Sir. 49, 14., *Stolzii, Eckermani*, neque Gen. I. l. neque h. l. Henochus vivus (cum corpore) in coelum translatus esse dicitur, sed innuitur, Henochum praematura et subita morte (fortasse fulmine ictum) ex his terris ablatum fuisse, et hanc viri pii ac probi praematuram et subitam mortem, apertam fuisse favoris divini erga eum declarationem. Haec sententia his argumentis defenditur: 1) Formula quae Gen. l. l. extat, וְאֵינֶנּוּ *nec amplius erat*, pro qua noster scripsit: καὶ οὐχ εὑρίσκετο, utuntur Hebraei *de mortuis*. Sic Iacobus Gen. 42, 36. dicit: Iosephus אֵינֶנּוּ *non amplius est* h. e. mortuus est, persuasum enim ei erat, Iosephum mortuum esse. add. Ps. 39, 14. ubi *abire* et *non amplius esse* sunt voces aequipollentes et pares, atque notant: mortuum esse. Ita quoque legitur Sir. 17, 25. ἀπὸ νεκροῦ, ὡς μηδὲ ὄντος, ἀπόλλυται ἐξομολόγησις, ubi verba ὡς μηδὲ ὄντος, sunt periphrasis τοῦ νεκροῦ. Ap. Philon. de Iosepho p. 528. E. Rubenus de Iosepho: εἴπατε, ζῇ ἢ τέθνηκεν; εἰ μὲν οὐκ ἐστὶ δείξατέ μοι τὸν νεκρὸν. Eurip. Alc. 1096. θάνοιμ᾽, ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς. add. Matth. 2, 18. ad quem locum v. *Raphelius* Obss. Xen. *Albertius, Elsnerus, Kypkius, Krebsius* et *Elsnerus*. Eodem sensu Latini usurpare solent formulam *non amplius esse*, ut Cic. ad Div. 6, 3. extr. v. *Gatackerus* de stilo N. T. c. 29. p. 117. De morte subita Hebraica phrasis legitur Ps. 37, 10. 36. 2) Si Moses Gen. l. l. indicare voluisset, Henochum vivum esse in coelum translatum, dilucidius mentem suam expressisset. Non usus est verbo וימת *et mortuus est*, ut de reliquis patriarchis, quia huius viri eximia pietate conspicui mors, digna videbatur, quae aliis et pluribus verbis notaretur. 3) Verbum לקח etiam de morte adhibetur v. Ier. 15, 15. Ez. 33, 4. 6. coll. 8, 9. Ies. 53, 8. 4) Formulae, quae h. l. legi-

tur: τοῦ μὴ ἰδεῖν τὸν θάνατον *ne mortem videret*, sensus esse potest: *ut felix non infelix fieret*, prouti eum explicuit *Morus* in vers. huius ep. vernacula; hoc saltem sensu τὸν θάνατον μὴ θεωρεῖν legitur Ioh. 8, 51. pro quo Ioh. 11, 25. extat ζῆν *felicem esse*. Alii vertunt: *non acerba morte periit, placidam et subitam mortem obiit*. Henochi vita brevior erat, quam reliquorum patriarcharum, ante diluvium. Sed praematuram mortem et subitaneam contingere iis, quos singulari favore dii amplectantur, communis erat antiquitatis opinio. Aeschin. Axioch. c. 9. οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιοῦνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν *dii, gnari rerum humanarum, celerius eos e vita evocant, quos maxime diligunt*. Cic. Tusc. 1, 47. ubi v. *Davisius*. Plautus Bacch. 4, 7. 18. *quem dI diligunt, Adolescens moritur*, quibus verbis expressit versum Menandri: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. Sap. 4, 13. (δίκαιος) τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακρούς, ἀρεστὴ γὰρ ἦν κυρίῳ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. — Equidem accedo interpretibus iis qui Gen. l. c. et h. l. tradi Henochum non mortuum, sed vivum in coelum translatum fuisse contendunt. Remitto lectores ad argumenta quae supra attuli. Etiam seriores Iudaei, quos noster secutus est, ita verba Mosis intellexerunt. Etenim apud Siracidem 49, 14. legitur: οὐδεὶς ἐκτίσθη ἐπὶ τῆς γῆς τοιοῦτος οἷος Ἐνὼχ, καὶ γὰρ αὐτὸς ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς γῆς scl. εἰς τὸν οὐρανὸν s. πρὸς τὸν κύριον. Id. 48, 9. de Elia: ἀναληφθεὶς ἐν λαίλαπι πυρὸς ἐν ἅρματι ἵππων πυῤῥίνων. Onquelosus ad Gen. l. l. *et ambulavit in timore domini, et non fuit, sed eum non mori fecit dominus*. Ionathan: *Enochus non fuit cum habitatoribus terrae, quoniam fuit deductus et evectus ad extensum per verbum domini*. Ioseph. Ant. 1, 3. 4. ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον (discessit ad Deum), ὅθεν οὐδὲ τελευτὴν αὐτοῦ ἀναγεγράφασι. Si verbis τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, quae ep. auctor adiecit, hic substituitur sensus: Henochus felix non infelix evasit, sententia existit verborum complexioni non conveniens; quod autem alteram verborum τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον explicationem

attinet: non acerba morte periit; exempla desunt quibu probari possit, hanc locutionem hac potestate esse praedi tam. Sed formula ἰδεῖν θάνατον Hebraica est v. Ps. 89 49. ראות־מות et simpliciter notat *mori* ut Luc. 2, 26. e similes formulae ᾅδην εἰσιδεῖν Eurip. Heraclidd. 51; σκότον δεδορκὼς Eurip. Phoenn. 390. γεύεσθαι θανάτο Matth. 16, 28. et verba τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον h. l. addit sunt, ut vis verbi μετετέθη planior esset et certior. Verb καὶ οὐχ εὑρίσκετο — ὁ Θεὸς parentheseos nota a reliqu verbis separari debent, sunt verba versionis Alexandrin quae noster laudavit; verbis autem πρὸ γὰρ — γίνετ demonstratur et probatur πίστει Henocho contigisse, mortem non expertus in coelum transferretur. πρὸ γὰ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ κ. τ. λ. *nam ante eius in coelu translationem iam memoratur, eum egisse vitam Deo pr batam:* εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ h. l. non significat *Deo plac re, sed Deo placere studere* s. *vitam agere quae Deo pl cet*, ut Gen. 5, 24. ubi verba Hebraica: הִתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים Vulg. *et ambulavit Henoch cum Deo*, Alexandrinus inte pres expressit: εὐαρίστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ. Sed *ambula cum Deo* s. ut alias legitur *coram Deo* לִפְנֵי אֱלֹהִים Ps 56, 14. 2 Chron. 6, 16. notat: Deum ducem sectari, vi tam agere ad Dei voluntatem compositam. Hoc sens formula Hebraica saepius in V. T. recurrit, et ab inter pretibus Alexandrinis verbo εὐαρεστεῖν expressa est, Gen. 6, 9. 17, 1. 24, 41. Ps. 56, 14. 116, 9. et Tit. 2, 9 εὐάρεστος dicitur is, qui alteri placere studet, atque for mula εὐάρεστον τῷ Θεῷ εἶναι 2 Cor. 5, 9. ponitur de vita praeceptis divinis consentanea, adeoque Deo probata.

6. Cum tali vita Deo probata, πίστις fiducia in Deo collocata arctissime est coniuncta. *Sine fide autem nullo pacto vitam agis voluntati Dei accommodatam, quae ei placeat.* Recte observarunt interpretes non esse initio huius v. de Henocho inprimis sermonem, ut subintelliga tur αὐτὸν scl. Ἐνώχ, sed quae h. l. leguntur universe dicta esse, ad Henochum quidem etiam referenda. Hoc docet ipsa orationis forma, et aoristus εὐαρεστῆσαι, quo, ut pro be monuit *Böhmius*, usus est noster in re ad quodcunque

tempus pertinente, pro Latinorum praesenti; docet item connexio horum verborum cum iis quae sequuntur. Ad ἀδύνατον supplendum ἐστὶ et ad εὐαρεστῆσαι cogitando adiiciendum τῷ Θεῷ. Formula προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ *Deum adire precibus* vid. not. ad 4, 16. 7, 19. 25. h. l. latiori sensu accipienda, et orationis variandae caussa adhibita, ut contextus docet, idem valet quod εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ, ita se gerere, ut Deo placeas, λατρεύειν εὐαρέστως τῷ Θεῷ, ut legitur 12, 28. Neque formulam ἐκζητεῖν τὸν Θεὸν, quae respondet locutioni Hebraicae דָּרַשׁ אֶת־יְהוָֹה de precibus esse explicandam, ut sit: *Deum adire precibus, Dei auxilium implorare* v. Ps. 27, 8. Hos. 5, 15. 2 Par. 7, 14. sed ampliori sensu sumendam esse, de pia numinis veneratione, de vita praeceptis Dei consentanea, ut Ps. 24, 6. coll. v. 4. Amos. 5, 4. Act. 15, 17. Rom. 3, 11. vel inde patet, ut iam animadvertit *Dindorfius*, quoniam scriptor non continuavit metaphoram quaerendi, alioquin dicendum fuisset εὑρίσκεται, sed sequi iussit verba μισθαποδότης γίνεται. Theophylactus: τοῖς διὰ βίου εὐαρεστεῖν αὐτῷ σπεύδουσιν *vita placere studentibus*.

7. Noachi πίστις posita erat in eo, quod ipsi persuasissimum erat, promissionem (v. Gen. 6, 18.) et comminationem divinam eventum esse habituram. Male nonnulli πίστει coniungendum esse putant cum χρηματισθεὶς. Nam praedictio divina innotuerat et fidem habenti, et non habentibus non data erat propter fidem. Itaque πίστις referri debet ad εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε, ut v. 8. πίστει coniungendum est cum ὑπήκουσεν, non cum καλούμενος. Verte: *fidem habens Noachus cum divinitus de rebus futuris admonitus esset*. χρηματισθεὶς vid. 8, 5. περὶ τῶν μήπω βλεπομένων h. e. de diluvio, quod adhuc futurum erat. Non diserte hoc commemoravit scriptor, sed hac circumlocutione usus est, respiciens descriptionem fidei supra v. 1. datam, quare nec usus est formula περὶ τῶν μελλόντων. Neque haec verba περὶ τῶν μ. βλ. ut *Grotius* voluit, cum εὐλαβηθεὶς, quod vertit *metuens*, coniungenda sunt, sed referenda ad ea quae proxime praecesserunt χρηματισθεὶς Νῶε. εὐλαβηθεὶς quod explanatores oppido multi cum

Vulgato interprete vertunt: *metuens* diluvium, rectius, meo iudicio exprimitur: *Deum reveritus*, reverentia divini moniti cf. not. ad 5, 7. Unde enim Noacho, viro pietate erga Deum conspicuo, pavor? fidem habebat comminationi et promissioni divinae, Deum oraculo monentem reveritus est; quare exstruxit navigium. De verbo *κατασκευάζειν* plura disputavimus ad 3, 3. notat h. l. *exstruere* ut ap. Diod. Sic. p. 9. D. *κατασκευάσαι ναοὺς templa exstruere*. p. 164. D. *κατασκευάζειν οἰκήσεις καταγείους domos subterraneas struere*. Vocabulum *κιβωτὸς* quod proprie arcam quamcunque, qua aliquid includitur, indicat, de *navigio* in quod Noachus se recepit, legitur etiam Matth. 24, 38. Luc. 17, 27. 1 Petr. 3, 20. et in vers. Alex. Gen. 6, 14. 15. 7, 1. ubi Hebr. תֵּבָה respondet. Ioseph. Ant. 1, 3. 6. habet *πλοῖον*. Verba *δι' αὐτῆς* Theophylactus et Oecumenius, ex recentioribus interpretibus, *Erasmus*, *Grotius*, *Beza*, *Limborchius*, *Carpzovius*, *Rosenmüllerus* ad *κιβωτὸν* referunt, ut sensus sit: *dum navigium aedificabat*, *per hanc navigii structuram*, *culpae convincebat reliquos*. Me non habent assentientem; referenda sunt haec verba ad *πίστιν*, rem in omni hac caussa praecipuam. Noachus condemnavit *τὸν κόσμον* per fidem suam, quam probavit eo quod construxit navem. Etiam supra v. 4. cum voc. *πίστει* cohaerent verba *δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος*, et videtur scriptor verba *εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ* hoc ordine posuisse, ne quis *δι' ἧς* ad *κιβωτὸν* referret. Formula *κατακρίνειν τινὰ* ponitur de eo, qui facto, exemplo suo, ostendit, quid alii facere debuissent, aut facere debeant, atque inde eos non idem facientes culpae convincit, poena dignos ostendit v. Matth. 12, 41. 42. Sap. 4, 16. *κατακρινεῖ δὲ δίκαιος καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς, καὶ νεότης τελεσθεῖσα ταχέως πολυετὲς γῆρας ἀδίκου condemnat mortuus iustus viventes impios*, et *iuventus exacta celeriter longaevam iniusti senectutem*. Eodem sensu *κρίνειν* positum extat Rom. 2, 27. *καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος*] *et per fidem Dei favorem consecutus est*. *κατὰ πίστιν* est id. qd. *ἐκ πίστεως* 10. 38. *δικαιοσύνη* h. l. non declarat *probitatem*

(nam ut intelligenter animadvertit *Böhmius*, de praemii acceptione sermo est, quale ipsa virtus ab homine praestita haberi nequit), sed *Dei favorem*, atque adeo verba exprimenda sunt: approbatione divina, favore Dei et praemio ornatus est, non interiit in diluvio. Iac. 2, 25. de Rahaba: *οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη*, pro quo Hebr. 11, 31. legitur: *οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι.* Sic h. l. *σωτηρία* et *δικαιοσύνη* unum idemque declarant v. *Borgerus* ad Gal. 3, 6. p. 181.

8. *καλούμενος Ἀβραάμ*] Nonnulli interpretes in ea versantur sententia, ut credant, scriptorem his verbis respexisse mutationem nominis *Abram* (pater excelsus) in *Abraham* (pater magnae multitudinis) de qua v. Gen. 17, 5. eamque propterea commemorasse, quod ad fidei Abrahami, qui hoc nomen obtinuerit, commendationem faceret. Habent etiam *ὁ καλούμενος* AD* Arm. Vulg: *qui vocatur Abraham.* Theodoretus, qui hanc annotationem adiecit: *τὸ ὁ καλούμενος Ἀβραὰμ διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος ἐναλλαγὴν εἴρηκεν. Ἀβρὰμ γὰρ καλούμενος Ἀβραὰμ ὠνομάσθη* *illud* qui vocatur Abraham, *dixit propter mutationem nominis. Abram enim qui dicebatur, appellatus est Abraham.* Verum rectius legitur *καλούμενος* divinitus *admonitus ut sedes suas relinqueret* v. Gen. 12, 1. hac de re h. l. sermonem esse omnis contextus docet. Accedit quod Abrami nomen mutatum est, cum iam dudum e Chaldaea exiisset. Participium *καλούμενος* vim et significatum aoristi habet v. *Krügerus* ad Xen. Anab. 1, 2. 3. *πίστει* coniungendum est cum *ὑπήκουσεν.* Fides autem Abrahami in eo posita erat, quod quamquam initio ignorabat, quaenam regio ipsi petenda esset (Gen. 12, 1. *δεῦρο εἰς τὴν γῆν ἥν σοι δείξω quam tibi indicabo* coll. Act. 7, 3.), et quamquam deinde in Cananaeam proficisci a Deo iussus Gen. 12, 5. (ubi cum advenisset, Iova ei apparuit, eique promisit, se eius posteris hanc terram esse possidendam daturum Gen. 12, 7.) huius regionis naturam et indolem non habebat cognitam, tamen Deo paruit, cum ei persuasissimum esset Deum esse optime ipsius rationibus prospecturum. *ἐξελθεῖν* subintell. *ὥστε obedivit ut exiret. τόπος regio* Ioh.

14, 2. Xen. Anab. 4, 4. 2. Herodi. 3,14. 2. μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται Vulg. *exiit nesciens quo iret*, incognita ei erat illa regio.

9. *παροικεῖν peregrinari, ut advenam in aliquo loco habitare* Isocrat. Panegyr. 43. Philo quis rer. div. her. p. 518. D. respondet Hebr. גּוּר *peregrinari* Gen. 12, 10. 17, 8. Ex. 6, 4. שָׁכַן *habitare* Ps. 15, 1. 93, 17. יָשַׁב *commorari* Gen. 24, 37. Num. 20, 15. *παρῴκησεν εἰς τὴν γῆν* dictum est pro *εἰσῆλθε εἰς τὴν γῆν καὶ παρῴκησε ἐκεῖ* vid. not. ad 2,3. *Wineri Grammatik d. N. T. Sprachidioms* Th. 1. p. 161. *ὡς ἀλλοτρίαν* id. qd. *οὐκ ἰδίαν* non ut suam, sibi propriam, non ut patriam v. 14. incoluit. cf. quod rem attinet Gen. 15, 13. Act. 7, 5. et not. ad v. 10. *ἐν σκηναῖς κατοικήσας sub tentoriis habitabat*, vitam egit Nomadicam. *μετὰ una cum, nebst, so wie* ut Phil. 4, 3. referri debent ultima v. verba ad omnia quae praecesserunt: *πίστει — κατοικήσας*, et post *κατοικήσας* incisi nota ponenda est. *μετὰ* (verbis *Böhmii* utor) aequalitatem communionemque tum factorum, tum animi, unde haec profecta sint, religiosi, non vero temporis et vitarum una aetate coniunctarum, significat.

10. Abrahamo Palaestina eatenus possidenda promissa erat, quatenus posteri ipsius eam possessuri essent v. Gen. 12, 2. (*tunc efficiam, inquit Iova, ut magna ex te gens proveniat, fortunabo te, magnam nominis famam consequeris et omnis generis bonis cumulatus eris*) 7. (*apparuit ei Iova, eique promisit, sese eius posteris hanc terram esse daturum*) 13, 15. 15, 18. 24, 7. nos ad Act. 7, 5. Huic promissioni fidem habebat Abrahamus, sed credebat etiam se ipsum, qui non possessurus esset Cananaeam, a Deo fortunatum, praemiis fidei ornatum iri cf. v. 6. 10, 38. adeoque exspectabat, ut v. 10. legitur, patriam coelestem, felicitatem summam regno Messiano solenniter instaurato Hebr. 10, 36 sq. Gen. 22, 18. (*per semen tuum* h. e. interprete Paulo Gal. 3, 14. 16. per unum ex posteris tuis, per Messiam, *omnes gentes se felices praedicabunt*) atque sic itineris molestias et peregrinationis incommoda v. 8. aequo ferebat animo, et in terra promissa tan-

quam hospes versatus est v. 9. Itaque πίστις Abrahami, e mente scriptoris nostri, in eo posita erat, quod credebat Deum ipsi largiturum numerosam posteritatem v. 12. quae possessura esset Cananaeam, et ipse coelestem beatitatem in regno Messiano exspectabat v. 13-16. coll. v. 39 sq. Dum autem noster Abrahami fidem non tam ad huius, quam potius coelestis vitae felicitatis exspectationem retulit et accommodavit, lectores suos, proponendo iis ex maioribus exemplo tam illustri, excitare et incitare voluit ad eandem fidei constantiam. Caeterum scriptoris hac in re argumentandi ratio similis est ei, qua 4, 1-13. usus est. cf. etiam infra v. 13. ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν] *sperabat enim urbem fundamenta* (firma) *habentem*. Significatur his verbis urbs cuius fundamenta non possunt moveri, opponitur ταῖς σκηναῖς v. 9. quae non sunt stabiles, sed, ut usus postulat, huc illuc transferuntur. Diod. Sic. 15, 1. παραλαβόντες ἡγεμονίαν κάλλιστα τεθεμελιωμένην. ubi v. *Wesselingius*. Designavit autem epistolae auctor nomine πόλις Hierosolymam coelestem, quae 12, 22. Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος, 13, 14. πόλις μένουσα dicitur, atque scriptori nostro est imago summae felicitatis, regno Messiano solenniter instaurato, in coelo exspectandae. Iudaei enim ad describendam beatitatem in regno Messiano exspectandam uti solebant imaginibus, a reipublicae Iudaicae statu florentissimo desumtis, adeoque putabant in coelis esse urbem similem Hierosolymis, terrenis longe magnificentiorem, quam ubi regnum Messiae terrenum initium cepisset, in has terras in melius mutatas demissum iri existimabant cf. *Wetstenius* ad Gal. 4, 26. *Schöttgenii* Diss. de Hierosolyma coelesti, annexa Horr. Hebrr. T. 1. p. 1205. *Bertholdti* Christologia p. 217. Ad has Iudaeorum opiniones accommodate noster scripsit, ita tamen ut Christi Apostolorumque exemplum et doctrinam secutus, regnum Messiae in coelum transtulerit vid. infra v. 16. 12, 23. 13, 14. Insigniri verbis quae h. l. leguntur, omisso ornatu Iudaico, felicitatem perennem in altera vita exspectandam, est plerorumque interpretum sententia, a qua tamen discesserunt *Grotius*, *Clericus* ad *Hammondum*, *Sy-*

kesius, *Dindorfius*, qui contenderunt his verbis urbem *terrenam*, nempe Hierosolymam, et cum haec urbs caput regionis Israelitarum fuerit, ipsam civitatem s. rempublicam Israelitarum significari. Huic vero interpretationi refragatur contextus cf. 14-16. add. 12, 22. 13, 14. ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς] *cuius opifex et conditor Deus esset futurus*; quibus verbis haec sententia inest: Deus est auctor et largitor felicitatis summae et perpetuae in coelo exspectandae. Non solum a scriptoribus sacris, sed profanis etiam Deus δημιουργὸς et τεχνίτης nuncupatur Max. Tyr. Diss. 8. c. 10. ed. *Reisk.* Θεὸς ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργός. Philostrat. Vit. Apoll. 8. p. 331. ἀπονίψαι δὲ οὔτε ἐμοὶ δυνατὸν, οὔτε τῷ πάντων δημιουργῷ *purgare autem* (a caede) *neque mihi possibile est*, *neque omnium rerum opifici Deo*. Xen. Mem. 1, 4. 7. ἀλλ᾽ οὕτω γε σκοπουμένῳ πάνυ ἔοικε ταῦτα σοφοῦ τινος δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τεχνήματι *sed mihi ea sic consideranti sapientis cuiusdam creatoris et animantium cupidi opificio sunt consentanea* Ioseph. Ant. 7, 14. 11. τὸν Θεὸν εὐλογεῖν ἤρξατο μεγάλῃ βοῇ, πατέρα τε καὶ γενέτορα τῶν ὅλων ἀποκαλῶν, καὶ δημιουργὸν ἀνθρωπίνων καὶ θείων Davides *Deum elata voce laudare coepit*, *patrem atque genitorem mundi universi appellans et creatorem rerum humanarum et coelestium*. Cic. N. D. 1, 8. *opifex aedificatorque mundi*. Sap. 13, 1. οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία, — οὔτε τοῖς ἔργοις προσχόντες ἐπέγνωσαν τὸν τεχνίτην. Exempla alia dant *Elsnerus* et *Münthius* ad h. l. Etym. M. δημιουργὸς — σημαίνει τοὺς τεχνίτας, ἀφ᾽ ὧν καὶ ὁ τῶν πάντων ποιητὴς Θεὸς δημιουργὸς εἴρηται.

11. πίστει credebat Sara, gentis Israeliticae mater, promissioni, ipsam esse parituram filium, et matrem amplissimae gentis futuram v. Gen. 18, 21. Quaesiverunt interpretes, quomodo potuerit Sarae fides laudari? cum Gen. 18, 12 sq. audita promissione, se anno proxime sequenti filium habituram, risisse nec promissioni divinae fidem habuisse perhibeatur. Fuerunt qui putarent, Sarae risum fidem non exclusisse, sed laetitiae potius indicium fuisse. Quae tamen ratio facile potest vanitatis convinci.

Nam quae Gen. 18, 12. leguntur, satis aperte docent, Sarae risum non laetitiae, sed diffidentiae et subsannationis fuisse, docet etiam reprehensio Iovae quam subiit v. 13. 14. Verum etiam Abrahamus, cum ei Iova annuntiasset, se ipsi ex Sara filium daturum esse, eumque patrem gentium fore, risisse legitur Gen. 17, 17. (Rom. 4, 19.) Nihilominus tamen Paulus Rom. 4, 20. de Abrahamo scribit, eum fide plenum non dubitasse, sed Deo gloriam tribuisse et certissime persuasum sibi habuisse, quae Deus promiserit, eadem perficere posse. Quare *Baumgartenius*, *C. F. Schmidius*, *Heinrichsius* et *Dindorfius* animadverterunt, epistolae auctorem significanter scripsisse καὶ αὐτὴ hoc sensu: *ipsa adeo Sara* antea tam incredula. Sed ex iis quae sequuntur verbis, recte, meo iudicio colligitur, scriptorem verbis καὶ αὐτὴ, sterilitatem Sarae eiusque senectutem respexisse. Scilicet Sara initio quidem non crediderat, sed a Iova ob risum reprehensa, re accuratius considerata fidem habuerat. In codd. nonnullis legitur: καὶ αὐτὴ Σάῤῥα στεῖρα. Vulg. *ipsa Sara sterilis:* in aliis libris extat: ἡ στεῖρα, in aliis στεῖρα οὖσα, hanc lectionem expresserunt etiam Syr. utr. Arr. Copt. (Aeth. ponit post ἔλαβε) it. Arm. Theophyl. Has vero lectiones a grammaticis esse profectas, nemo facile infitias ibit. Pro αὐτὴ Σάῤῥα, *Michaelis*, *Storrius*, *Hänleinius* in Diss. inscr. Examinis curarum criticar. atque exegetic. *Gilberti Wakefield* in libros N. F. Partic. 1. Erlang. 1798. 4. p. 16. legendum esse censuerunt αὐτῇ Σάῤῥα, ut ἔλαβε cum remotiore Ἀβραὰμ construatur, qui etiam versu seq. sub voce ἀφ' ἑνὸς — νενεκρωμένου intelligendus sit, atque adeo sententia procedat haec: Abrahamus, tanquam fidei praemium accepit a Deo vim, ut fecundo concubitu Saram praegnantem redderet, eaque praeter exspectationem, aetate iam provecta, filium ederet. *Michaelis* verba expressit: *durch den Glauben empfing er, selbst für die minderglaubige Sara, eine neue Kraft, zum fruchtbaren Beyschlaf, und sie gebar noch, da sie längst über die Jahre der Fruchtbarkeit hinaus war, weil er den für glaubwürdig hielt, der es verheissen hatte.* *Storrius* verba reddidit: *durch den Glauben hat er auch*

für die Sara selbst, und zwar da sie über diese Jahre hinaus, Stärkung erhalten, um mit ihr einen Sohn zeugen zu können. Denn er hielt den, welcher es verheissen hatte, für zuverlässig. Observavit praeterea *Hänleinius*, facilius hanc interpretationem fluere, omisso vocabulo suspecto, et criticis rationibus damnato *ἔτεκεν*, eoque reiecto etiam verba *καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας*, cum sequentibus ad Abrahamum referenda esse. Haec coniectura inprimis propterea prolata, quod *καταβολὴ σπέρματος iniectio seminis* de viris v. *Wetstenius* ad h. l. non de feminis usurpetur, et Sara describatur potius incredula (at v. supra notata); ingeniosa quidem est, sed, ut mox videbimus, minime necessaria. In verbis *εἰς καταβολὴν σπέρματος* explicandis diversissimi sunt interpretes. *Kypkius* hanc formulam explicat: *εἰς τὸ καταβάλλεσθαι σπέρμα Deus ei concessit vim illam, ut prospero successu semen virile in eam immitteretur. Carpzovius: ὅταν καταβληθῇ τὸ σπέρμα cum semen viri iniectum esset. Er. Schmidius, Wolfius, Dindorfius, Wakefieldius*, alii, eam idem declarare putant quod, *εἰς τὸ σπέρμα καταβεβλημένον* s. *καταβληθὲν* quae verba explicant: *εἰς τὸ δέχεσθαι τὸ σπέρμα καταβληθὲν ad semen iniectum recipiendum*, ut scl. fieret gravida. Quae quidem interpretationes omnes durae sunt atque contortae. Extra omnem dubitationem positum est, praeferendam esse verborum interpretationem, quae se probavit *Ernestio, C. F. Schmidio, Cramero, Böhmio: ad fundandam, condendam familiam* s. *sobolem*. Sunt nimirum vocabula *καταβολὴ* et *σπέρμα* h. l. coniuncta, eodem sensu accipienda, quo ea epistolae conditor separatim posita usurpavit. Formula *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, quae 4, 3. 9, 26. legitur, notat: *a mundo condito*, ab initio mundi; *σπέρμα* 2, 16. infra v. 18. *posteros, sobolem* indicat. Scilicet *καταβολὴ* proprie adhibetur de fundamentis aedificiorum cum iaciuntur, et significat: *iactum fundamenti* Polyb. 1, 36. ut *καταβάλλειν fundamentum iacere* v. ad 6, 1. deinde *fundamentum ipsum*. A fundamento cum incipiat aedificii structura, *καταβολὴ* denotat etiam *initium* vid. not. ad 4, 3. et *Loesnerus* ad Eph. 1, 4. Latini dicunt

fundare domum, *familiam*, et *familia fundari* dicitur susceptis liberis. Senec. Octav. 532. *domum fundare sobole* v. *Pricaeus* ad Apulei. p. 350. *Drakenborchius* ad Sil. Ital. 2, 65. Rectissime igitur h. l. verba explicantur: Sara accepit vim ad fundandam domum, familiam. καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν] *et praeter aetatem* pariendo idoneam *peperit: παρὰ praeter*, *contra* v. Rom. 1, 26. Act. 18, 13. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 269 sq. Verbum ἔτεκεν pauci quidem, sed bonae notae codd. vers. Copt. Aeth. Vulg. clar. germ. omittunt, ex ordine eiecerunt *Griesbachius*, *Knappius*, *Schottus*, uncinis inclusit *Vaterus*, omissionem probarunt *Millius* Prol. n. 1355. *Bengelius*, *Wetstenius*; additum videtur ab iis, qui non reputarent verba καὶ — ἡλικίας pendere a verbo ἔλαβε.

12. διὸ propter tantam Abrahami et Sarae fidem. ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν *ab uno soboles orta est*, *prognati sunt:* ἀφ' ἑνὸς ad Abrahamum referri debet. Male *Carpzovius* ad ἑνὸς subintelligi vult σπέρματος s. αἵματος. καὶ ταῦτα *idque*, *praesertim*, *und zwar*, *zumal*, *noch dazu* Aristoph. Plut. 272. ἀζήμιος, καὶ ταῦτ' ἐμοῦ βακτηρίαν ἔχοντος. v. 1176. καὶ ταῦτα, οὐκ ἀλλοτρίους ἀλλ' αὐτοῦ ὄντας add. Aristoph. in Pace v. 474. Diod. Sic. p. 379. D. p. 431. A. p. 432. B. Cic. Off. 1, 1. *quamquam te*, *Marce fili*, *annum iam audientem Cratippum*, idque *Athenis* v. *Hutchinsonus* ad Xen. Anab. 7. p. 498. *Vigerus* p. 177. νενεκρωμένος *emortuus*, *viribus ad gignendum ob senectutem destitutus* Rom. 4, 19. νεκρὰ (oppositum ζῶντα, de qua voce cf. ad 4, 12. disputata) dicuntur omnia, quibus vires desunt, quae vim suam non exserunt Rom. 7, 8. Iac. 2, 17. Martial. 8, 75. 11. *Galle mortue* i. ad Venerem inhabilis. Ovid. Amorr. 3, 7. 651. *nostra tamen iacuere velut praemortua membra.* καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει κ. τ. λ.] *multitudine stellis coelestibus similes*, *et sicuti arena litoris marini quae est innumerabilis*. Gen. 15, 5. *tum iussit* (Iova) *Abrahamum prodire foras*, *coelum intueri et numerare stellas si posset; tot quoque erunt posteri tui*, *inquit*. 22, 7. *te felicissimum efficiam; posteros tuos augebo*, *sicut*

stellas coeli, sicuti arenam ad maris litora. Ingentem numerum Hebraei comparare solebant cum stellis coelestibus v. Ex. 32, 13. Deut. 1, 10. 10, 22. Nahum. 3, 16. et arena maris v. Gen. 32, 13. 41, 49. Ies. 10, 22. Hos. 2, 1. Habac. 1, 9. Apoc. 20, 8. neque haec comparatio inusitata scriptoribus Graecis pariter atque Latinis v. Pindar. Olymp. Od. 2. extr. *Albertius* ad h. l. Ovid. A. A. 1, 254. *numero cedet arena meo.* Tristt. 4, 1. 55. 4, 55. *neque tot adversis cumulant, quot litus arenas — habet.* Pro *καὶ ὡσεὶ* plures codd. exhibent *ὡς ἡ*, quam lectionem, quae verbis antegressis *καθὼς τὰ* accuratius respondet, recte in textum receperunt *Griesbachius, Matthaeius, Knappius, Schottus* atque *Vaterus*, cum et facile a librariis *ὡς ἡ* permutari potuerit in *ὡσεί*. Vocabulum *χεῖλος*, ut Hebr. שָׂפָה significat *labium*, ut 1 Petr. 3, 10. Rom. 3, 13. per metonymiam *linguam* 1 Cor. 14, 21. Gen. 11, 1. et per metaphoram *litus* Gen. 22, 17. 41, 13. et h. l. qui vocis significatus etiam scriptoribus exteris usitatus est Herodot. 1, 191. de ripa fluvii *παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ.* Herodot. 2, 94. *παρὰ τὰ χείλεα τῶν τε ποταμῶν καὶ τῶν λιμνέων σπείρουσι.* Diod. Sic. p. 18. D. *παρὰ τὰ χείλη τῆς λίμνης* p. 771. D. *τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ.* Caesar B. Gall. 7, 72. 1. *quamquam summa* labra *fossae* distabant. Liv. 37, 37. *labro* (fossae) *murum cum turribus crebris obiecit. ἀνάριθμος* Hebr. אֵין־מִסְפָּר Iob. 21, 33. Ioel. 1, 6. ut Latinum *innumerabilis* dicitur pro *permultus, permagnus* Xen. Mem. 3, 2. 13. *Ξέρξης ὕστερον ἀγείρας τὴν ἀναρίθμητον στρατιὰν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.* Isocrat. Panegyr. c. 26. *καὶ τῆς πεζῆς στρατιᾶς ἀναριθμήτου μελλούσης εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσβάλλειν.* Soph. Ai. 655. *ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος.* Diod. Sic. 2, 12. *ἀναρίθμητον πλῆθος.* Horat. Carm. 3, 30. 4. *innumerabilis Annorum series.* v. *Lennepius* Animadvv. ad Coluth. p. 53. Suidas: *ἀναρίθμητος, ἄπειρος — καὶ ἀνάριθμοι πλεῖστοι, ἄπειροι.* Hesychius: *ἄπειρον, πολύ. Ἀπείρων· μεγάλων, ἀναριθμήτων, πέρας μὴ ἐχόντων.*

13. Quae v. 13 - 16. leguntur, interiecta sunt, ut scienter animadvertit *Böhmius*, eo consilio, ut certior fieret

lectoribus interpretatio fidei Patriarcharum, qua v. 10. scriptor tanquam certa usus erat, hanc nimirum fidem non ad terrestrem aliquam, sed coelestem patriam, quam et ipsi exspectarent christiani, pertinuisse. *κατὰ πίστιν ἀπέθανον mortui sunt secundum fidem* i. e. retinuerunt fidem usque ad mortem, *τὰς ἐπαγγελίας πόῤῥωθεν ἰδόντες*, crediderunt, Deum iis concessurum, quod promisisset, nimirum patriam coelestem, summam aeternamque salutem in coelo, regno Messiae instaurato cf. v. 10. 16. 39. et quae ad 6, 15. observavimus. Potuisset epistolae auctor scribere *πίστει*, i. e. *πιστεύοντες, fide praediti*, (ut plures *κατὰ πίστιν* explanant) quam vocem ubique in enumeratione exemplorum fidei usurpavit, sed usus est formula *κατὰ πίστιν*, quoniam non novum exemplum fidei afferre, sed supra v. 10. dicta accuratius explicare et confirmare volebat. Verbis *οὗτοι πάντες* significantur quos scriptor v. 8. 9. 11. nominarat, Abrahamus, Sara, Isaacus, Iacobus. *μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόῤῥωθεν αὐτὰς ἰδόντες*] *neutiquam bona promissa consecuti, sed ea e longinquo videntes.* Interpretes plurimi per *τὰς ἐπαγγελίας bona promissa*, intelligunt possessionem Palaestinae et numerosam posteritatem, ut sensus sit: mortui sunt cum fiducia Deum promissiones in posteris ipsorum impleturum esse. Alii voce *τὰς ἐπαγγελίας* respici contendunt possessionem Palaestinae et patriam coelestem. Sed his interpretationibus contextus adversatur cf. etiam v. 39 sq. Verior verborum explicatio nobis haec esse videtur. Maiores Israelitarum v. 8 sqq. nominatim inducti, quibus Deus promiserat se ipsos fortunaturum esse (vid. v. 9.), e mente scriptoris nostri, non exspectabant patriam et felicitatem terrenam, sed patriam coelestem, regnum coeleste, a Messia ex ipsorum posteris oriundo, olim inaugurandum, felicitatem summam, salutem quam et christiani in Christi regno coelesti exspectabant cf. not. ad v. 39. Eo referenda sunt verba: *μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας κ.τ.λ.* Plurali numero *τὰς ἐπαγγελίας* h. l. usus est auctor non tam propterea, quod plures et variis temporibus promissiones acceperant, quam potius propter bonorum promissorum

magnitudinem et ambitum. λαμβάνειν ut 9, 15. est id. qd. κληρονομεῖν 6, 12. ἐπιτυγχάνειν τῆς ἐπαγγ. 6, 15. κομίζεσθαι τὴν ἐπαγγ. 10, 36. Verba καὶ πεισθέντες plurimorum optimorumque codd. versionum item et Patrr. auctoritatem secuti *Bengelius*, *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Schottus*, *Vaterus*, in suis exemplis ex ordine eiecerunt, ea pro spuriis agnoverunt *Grotius*, *Millius* Prol. n. 887. *Wetstenius*, *Heinrichsius*, *Böhmius*, alii. Prolata est haec lectio ex grammaticorum ingeniis, qui verbo πεισθέντες (ut Photius apud Oecumenium) explicare voluerunt verbum quod sequitur ἀσπασάμενοι. Huius verbi prima notio est: *ad se trahere*, *apprehendere*, *amplecti* Hom. Odys. γ', 35. χερσίν τ' ἠσπάζοντο *manibus prehensare*. Deinde notat *salutare aliquem*, *omnis generis bona et felicitatem apprecari* ut Matth. 10, 12. vid. not. ad Matth. 5, 47. hinc significat etiam *amare*, *magni facere*, *laetari*, *delectari aliqua re* Xen. Ages. 11, 3. τῶν γε μὴν φίλων οὐ τοὺς δυνατωτάτους, ἀλλὰ τοὺς προθυμοτάτους μάλιστα ἠσπάζετο. Oppositum ibi ἐμίσει. Anthol. Gr. T. 2. p. 204. ed. *Iacobs*. Epigr. Philippi 31. τελετὰς Εὐίος ἠσπάσατο (*mysteriis Bacchus delectatus est* v. *Iacobsius* Animadvv. T. 2. P. 2. p. 161.) ἃς γελάσας Πενθεὺς ὠδύρατο. Eurip. Ion. v. 587. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν συμφορὰν ἀσπάζομαι, πατέρα σ' ἀνευρών. Ael. H. V. 13, 18. Dionysius Siciliae tyrannus τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο καὶ ἐπῄνει, ἀλλοτρίως δὲ πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέκειτο. Max. Tyr. Diss. 21, 1. extr. οὕτω δυσάρεστόν τι ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος κομιδῇ, καὶ φιλαίτιον, καὶ δεινῶς δύσκολον, καὶ οὐδὲν τῶν αὑτοῦ ἀσπάζεται *ita nihil est quod facile probent homines, qui contra queruli semper et morosi vitam transigunt, nec quae propria illis sors esse voluit, amplectuntur*. Philo de Abrah. p. 354. A. ὁ νοῦς — μόνωσιν ἀσπασάμενος *mens — amans solitudinis*. Alia exempla congesserunt *Kypkius*, *Wetstenius*, et *Loesnerus* ad h. l. cf. etiam *Iensius* in Ferculo Literar. p. 13 sq. Ita Latini quoque scriptores usi sunt verbis *amplecti*, *amplexari* Cic. Orat. 1, 24. de arte rhetorica Antonius assentiebatur Crasso: *quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte*

merent, neque rursum eam totam, sicut plerique philoso-
hi facerent, repudiaret. Epp. ad Q. Frat. 2, 11. *Appius*
tum me amplexatur. H. l. ἀσπασάμενοι eo sensu posi-
um est, ut valeat: promissione gavisi sunt, bona promissa
eto animo sperarunt. καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ
παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς] *et sese peregrinos ad tempus*
s in terris commorantes dixerunt. Vitam cum peregrina-
one conferre solent scriptores tum sacri, tum profani Anto-
in. Phil. 2, 17. ὁ δὲ βίος πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία. Ae-
chin. Dial. 3, 14. παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος· ubi v.
Fischerus. Alexis ap. Athen. 11. p. 463. ed. *Casaub.* 1611.
ποδημίας γὰρ τυγχάνειν ἡμᾶς ἀεὶ τοὺς ζῶντας *in peregri-*
natione nos semper esse qui vivimus. Locos Philonis, qui
andem sententiam continent attulit *Carpzovius* ad h. l.
dd. Hebr. 13, 14. ξένοι *peregrini, alienigenae,* dicuntur
sraelitae in Aegypto Sap. 19, 13. 14. ξέναι δυνάμεις sunt
opiae ex exteris collectae 1 Macc. 11, 38. 2 Macc. 10, 34.
ένοι opponuntur πολίταις ap. Xen. Hiero. 5, 3. Mem. 4,
. 17. hoc vocabulo Hebr. גֵּר *peregrinus* expressit Sym-
aach. Ps. 80, 10. ubi Alexandrini interpretes usi sunt no-
nine ἀλλότριος. Verba παρεπίδημοι, παρεπιδημεῖν, ut
πίδημοι, ἐπιδημεῖν adhibentur de iis, qui *peregre et extra*
patriam agunt, sive haec ἐπιδημία sit brevior, sive longior
it domicilium certum et stabile alicubi figatur, plerumque
amen ut h. l. παρεπίδημοι ponuntur de iis, qui in aliena
erra ad tempus commorantur v. *Münthius* ad Act. 2, 10.
Diod. Sic. p. 53. A. οἱ παρεπιδημοῦντες τῶν ἀπὸ τῆς Ἰτα-
λίας *Italici homines* in Aegypto *aliquamdiu commorantes*
add. p. 196. D. Theophrast. Char. 3, 2. (ὡς πολλοὶ ἐπιδη-
μοῦσι ξένοι *multos peregrinos commorari in urbe.*) Ael. H.
V. 3, 14. Act. 17, 21. Caeterum respexit noster verbis
huius v. ultimis locos Gen. 23, 4. ubi Abrahamus Chetitis
dicit: *peregrinus sum et advena inter vos,* οἱ ὁ Hebraica
verba expresserunt πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι
μεθ᾽ ὑμῶν. Gen. 28, 4. ubi Isaacus Iacobo: καὶ δῴη σοι
τὴν εὐλογίαν Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, σοὶ καὶ τῷ σπέρ-
ματί σου μετὰ σὲ, κληρονομῆσαι τὴν γῆν τῆς παροικήσεώς
σου *in qua peregrinaris,* Gen. 47, 9. quo loco Iacobus re-

spondet Pharaoni: *anni peregrinationis meae sunt centum et triginta.* Interpretes Alexandrini verba textus Hebraici reddiderunt: *αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου, ἃς παροικῶ, ἑκατὸν τριάκοντα ἔτη.* Peregrinatio his in locis posita est pro vita, et respicitur vita vaga et instabilis, quam Nomades agunt, et terra significat terram Cananaeam. Sed epistolae auctor, ut 4, 1. ubi v. Argum. sublimiorem verbis substituit sensum, et maiores illos Israelitarum professos esse ait, se patriam coelestem, felicitatem summam in altera vita exspectare. In verbis *ἐπὶ τῆς γῆς* cogitari voluit scriptor coelum *his terris* oppositum.

14. 15. Laeto animo se promissa consecuturos, in patriam coelestem perventuros esse sperabant: *nam qui talia dicunt, ii, se patriae desiderio ferri declarant.* Qui sicut Patriarchae non habent certam et stabilem sedem, sed modo in hanc, modo in illam regionem compelluntur, atque adeo se peregrinos profitentur, eo ipso declarant, se patriae desiderio ferri, in qua ab illis molestis erroribus et iactationibus liberi, vitam quietam et tranquillam ducere possint. Argumentatur scriptor v. 14. 15. hunc in modum: Patriarchae, Nomades scenitae, peregrinos se profitebantur, et eo ipso prodebant se patriae desiderio ferri; si patriam his in terris desiderassent, si Chaldaeam pro vera patria habuissent, facile eo redire potuissent, sed in illam regionem non reversi sunt, ergo non terrenam sed praestantiorem, sed coelestem patriam desiderarunt. *τοιαῦτα* similia, quae sensu non differunt a verbis quae v. 13. extr. leguntur vid. 1 Chron. 29 (30), 15. Ps. 39, 13. 119, 19. *ἐμφανίζειν significare, declarare* v. not. ad Act. 23, 15. *ἐπιζητεῖν desiderare* ut 13, 14. Diod. Sic. 17, 101. *εἰ μὲν γὰρ ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον] quodsi enim illius* (patriae) *unde exierant, recordati essent.* Pro *ἐξῆλθον* codd. AD*E. 17. habent *ἐξέβησαν*, quam lectionem probarunt *Griesbachius* et *Böhmius;* neque ea contemnenda est, cum facile e v. 8. pro *ἐξέβησαν* huc transferri potuerit a grammaticis *ἐξῆλθον*, nec alias in N. T. libris verbum *ἐκβαίνειν* occurrat. *εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι] revertendi tempus habuissent.* Intra annos plus ducentos,

ui intercesserunt Abrahami exitum e Chaldaea et Iacobi ıortem, affatim temporis Abrahamo, Isaaco et Iacobo eo ›vertendi fuisset. Verbum ἀνακάμπτειν notat redire ut [atth. 2, 12. Act. 18, 21. Diod. Sic. p. 11. B. μέχρις ἂν ἰς Αἴγυπτον ἀνακάμψῃ donec in Aegyptum redierit. Ale- andrini interpretes hoc verbo reddiderunt Hebr. שׁוּב Ex. 2, 16. Iudd. 11, 39. Theodot. Iob. 39, 4.

16. νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν, ἐπουρα- ίου] iam vero cum tali sermone utantur, praestantiorem , e. coelestem appetunt. νῦν δὲ iam vero vid. not. ad 8, 6. 'ro νυνὶ, quae est vulgaris lectio, auctoritate plurium ptimorumque librorum Griesbachius, Schottus, Knap- ius rescripserunt νῦν. κρείττονος (scl. πατρίδος) ὀρέγον- αι. Anaxagoras ap. Diog. Laërt. 2, 3. rogatus, num atriae curam haberet? respondisse dicitur: εὐφήμει, ἐμοὶ άρ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. Athe- agoras legat. pro christ. c. 27. §. 8. ed. Lindner. nostrum ortassis locum respiciens scribit: ἐπεὶ δὲ ἐφεστηκέναι μὲν ῖς ἐννοοῦμεν, οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ὸν Θεὸν οἴδαμεν, πάντα δὲ, φῶς ὄντα αὐτὸν, καὶ τὰ ἐν ῇ καρδίᾳ ἡμῶν ὁρᾷν· πεπείσμεθα τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλ- αγέντες βίου, βίον ἕτερον βιώσεσθαι ἀμείνονα, ἢ κατὰ ὸν ἐνθάδε, καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον. Verbum ὀρέ- ειν proprie valet extendere manum Max. Tyr. Diss. 20. iit. ὀρέγειν τὴν δεξιάν. Herodi. 2, 8. 3. ὀρέξαι χεῖρα σω- ήριον. Ioseph. B. I. 1, 2. 4. χεῖρας ὤρεγε. Suidas: ὀρέξει - ἐκτένει. Medium ὀρέγεσθαι proprie denotat manum xtendere sibi, in commodum suum, ut sumas aliquid, hinc ppetere id. qd. ἐπιθυμεῖν, ut ap. Xen. Mem. 1, 2. 15. ubi i iungitur ἐπιθυμεῖν. Herodi. 2, 15. 8. λαβεῖν ταῦτα ὧν ρέγετο. Isocrat. de Pace c. 8. ἀεὶ τοῦ πλέονος ὀρεγόμενοι bi v. Leloupius, qui pluribus locis Isocratis, Platonis, lutarchi et Demosthenis hanc huius verbi significationem robavit add. Sturzii Lex. Xenoph. h. v. Erravit ergo chaeferus qui in Apparat. crit. ad Demosth. T. 1. p. 852. oc verbum esse ait vocem rarioris usus in prosaicis. 'aeterum praesens tempus h. l. positum est pro praeteri- ›. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς κ. τ. λ.] quare

Deum non pudet eorum, quo minus Deus eorum appelletur. διὸ propterea quod Dei promissis fidem habentes, non terrestrem, sed coelestem patriam usque ad mortem exspectarunt. οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς idem declarat quod ἠξίωσε αὐτοὺς de qua forma loquendi v. quae disputavimus ad 2, 11. ἐπικαλεῖσθαι Θεὸς αὐτῶν *Deus eorum tutelaris vocari* np. post mortem eorum coll. v. 13. Ex. 3, 6. Matth. 22, 32. Deus ex Hebraeorum loquendi ratione, Deus alicuius esse dicitur, quem singulari favore et gratia prosequitur. Verbis igitur: Deus post eorum mortem se Deum eorum appellat, inest sententia haec: eorum fidei constantiam post mortem praemiis ornat. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν *nam destinavit iis urbem* coelestem, patriam sedes (πατρίδα v. 15.) i. e. felicitatem summam in regno Messiano coelesti exspectandam. ἑτοιμάζειν *destinare* ut Matth. 25, 34. Tob. 6, 18. ὅτι σοὶ αὕτη ἡτοιμασμένη ἦν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. Gen. 24, 14. ταύτην (παρθένον) ἡτοίμασας τῷ παιδί σου τῷ Ἰσαὰκ in textu ibi legitur verbum הוֹכַחְתָּ. πόλις cf. v. 10. opponitur σκηναῖς v. 9. terrae v. 13. coll. 13, 14. 12, 22.

17. Pergit scriptor singula afferre fidei constantis exempla. Ac primo quidem commemorat, Abrahamum fidei caussa paene mactasse filium unicum. Abrahami historiae diutius inhaeret noster, quia ille ob fiduciam suam in Deo repositam erat longe celeberrimus, et Abrahamum paratum fuisse mactare filium, etiam propterea commemorat, quoniam a Iudaeis hoc fidei documentum inprimis celebrabatur Sap. 10, 5. καὶ ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξεν. Sir. 44, 20. καὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιστός. 1 Macc. 2, 52. Ἀβραὰμ οὐχὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιστὸς, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. add. Iac. 2, 21. Res ipsa narratur Gen. 22. Qui vulgarem loci interpretationem sequuntur v. *Ierusalemi Betrachtungen* etc. *Betr.* 3. *Abth.* 2. p. 243 sqq. *Niemeieri Charakteristik der Bibel* Th. 2. p. 153 sqq. alii, inprimis urgent hoc, quod Deus noluerit ut Abrahamus imperata faceret. His ita statuentibus opposuerunt alii, immolationem hominis innocentis esse facinus, a Dei iubentis sanctitate prorsus

alienum, et perinde esse, sive revera perpetretur, sive tantum imperetur. Quare *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* Th. 1. p. 45 sqq. quocum consentit *Dindorfius* ad h. l. contendit, Gen. l. l. continere narrationem somnii, neque tamen a Deo ipso effecti; Abrahamum autem putasse, somnium a Deo esse profectum, et iussa Dei efficere voluisse, sed fortuita apparitione arietis, in senticeto haerentis et strepitum moventis, in ipso facto impeditum fuisse. Neque contra hanc interpretationem moneri posse, animadvertit *Eichhornius*, quod ea admissa, non potuerit Abrahamus proponi tanquam summum fidei ac pietatis erga Deum exemplar; eum enim sive somnium illud Deum auctorem habuerit, sive Abrahamus hoc tantum opinatus sit, animum probasse Deum venerantem, eique confidentem. Sed ut alia mittamus, quae contra hanc interpretandi rationem moneri possint, ei etiam, et inprimis hoc obstat, quod, historia teste, Abrahamus rectius de Deo eiusque cultu sentiebat, quam ipsius aequales. Quomodo ergo somnium illud a Deo effectum esse credere poterat, cui persuasum esset, Deum innocentes non perdere? v. Gen. 18, 23. Si somnium illo Gen. loco narratur, quod perquam probabile est v. Gen. 46, 1. 2. narratio potius ita explicanda videtur. Cananaei, inter quos Abrahamus degebat, homines, et inprimis infantes immolare solebant. Die quodam, Patriarcha, cui persuasum erat hostias humanas Deo abominabiles esse, audierat vicinos deo litasse hostiis humanis. Ea quae vigilans cogitarat, somnium ipsi ita reddebat ut Gen. 22. legimus, et persuasionem ipsius, Deum eiusmodi sacrificia detestari, graviter confirmabat. Somnium narrabat domesticis. Narratio ore propagata, quae in somniis evenerant, vere evenisse tradebat, et ita literis consignabatur. *Greverus* in Commentatt. miscellanar. syntagm. Oldenburg. 1794. p. 94. hanc narrationem pro veteris carminis particula habet, quod maiorum gentis Israelitarum in Deum pietatem celebrasset. προσενήνοχεν *obtulit* i. e. offerre voluit. Saepius enim verba simpliciter ita ponuntur, ut conatum vel voluntatem indicent Homer. Odys. π', 432. Ulyssis uxorem ambis, παῖδα τ' ἀποκτείνεις *et fi-*

lium interficere vis add. Ioh. 8, 27. 14, 17. Act. 21, 13. v. *Gatackerus* Advv. Misc. post. c. 32. *Glassius* Phil. S. p. 202 sq. *Raphelius* Obss. Herodot. ad Luc. 5, 6. πειραζόμενος *tentatus* a Deo, cum Deus ipsius fidem exploraret. Gen. 22, 1. legitur: ἐπείραζε ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραάμ. Deus dicitur πειράζειν ἀνθρώπους, cum iis, quo fidem et obsequium eorum exploret, mala immittit, opus perdifficile et molestum ab iis exigit v. 1 Cor. 10, 13. καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, κ. τ. λ.] *et unicum obtulit filium, is qui promissiones acceperat.* μονογενῆ Isaacum, quem ex legitimo matrimonio habebat unicum. Nonnulli τὸν μονογενῆ explicant: *dilectum, unice dilectum.* Notant vocabula μονογενὴς et ἀγαπητὸς apud Hellenistas promiscue dici, ut Gen. 22, 2. λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας ubi Aquila usus sit voce τὸν μονογενῆ. et Hebr. יחיד *unicus* ab Alexandrinis Amos. 8, 10. Ps. 22, 20. Ier. 6, 26. exprimi vocabulo ἀγαπητός. Huic vero interpretationi h. l. contexta oratio adversatur, quae docet, vocabulum μονογενὴς hunc involvere sensum: quo sublato, omnis spes promissionis amissa videbatur, cum huic filio coll. v. 18. Deus promissa posteritatis numerosae, cui Deus possessionem terrae Cananaeae daturus esset, adstrinxisset, ut adeo nec constarent promissa Dei, si Deus alium filium dedisset. Retinenda ergo est vulgaris verbi significatio. ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος *qui promissiones acceperat* 7, 6. ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἔχων· intelligitur Abrahamus. τὰς ἐπαγγελίας vid. not. ad 6, 15.

18. πρὸς ὃν pertinet ad Abrahamum, ut orationis contextus satis aperte docet, adeoque reddi debet: *cui dictum erat*, ita πρὸς adhibitum legitur 1, 13. Luc. 14, 25. al. Declarant autem huius versiculi verba, quonam sensu Isaacus v. 17. dictus sit μονογενής. Male nonnulli πρὸς ὃν vertunt *de quo*, ut haec formula legitur 1, 7. Particula ὅτι indicat afferri certa loquentis verba, neque Latine exprimenda est. Verba autem ipsa petita sunt ex Gen. 21, 12. κληθήσεται *nominabitur* positum est pro ἔσεται ut Rom. 9, 7. qui usus loquendi Hebraeis et Graecis familiaris est v. Gen. 21, 12. Ies. 56, 7. Hom. Il. δ', 62. ubi Schol. τὸ

κέκλημαι, ἀντὶ τοῦ εἰμὶ κεῖται. Diod. Sic. p. 392. *Rhod.* cf. *Glassius* Phil. S. p. 222 sq. *Casaubonus* ad Theocrit. 2, 125.

19. λογίζεσθαι quod proprie est verbum arithmeticum et significat *rationes conferre*, *computare* (Consule *Fischerum* ad Aristoph. Plut. v. 381. eiusd. Ind. Theophr. sub h. v.) per metaphoram notat *censere*, *statuere*, *persuasum habere*, ut Rom. 2, 3. 3, 28. 2 Cor. 10, 2. Phil. 3, 13. Xen. Cyr. 6, 1. 4. Herodi. 2, 11. 14. h. l. ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεὸς] *Deum vel e mortuis* (*eum*) *in vitam revocare posse. Reichardus* haec verba vertit: *vel mortuos abs Deo in vitam revocari posse.* His verbis significari, Abrahamum credidisse Deum mortuos in vitam revocare posse, etiam *Iaspisius*, *Dindorfius*, *Böhmius* statuunt, et *Böhmius* opinatur, scriptorem hanc cogitationem Abrahamo affinxisse, ut eius exemplo lectoribus suis spem fidemque resurrectionis commendaret. Qui vero sine cupiditate et studio ad hunc locum legendum accesserit, facile concedet, non esse in hac verborum complexione sermonem de mortuorum in vitam revocatione, sed de Isaaco v. 18. nominato, e quo σπέρμα Abrahamo erat exspectandum, de Isaaco quem scriptor v. 17. vocarat τὸν μονογενῆ, ubi v. notata. Supplendum est αὐτὸν, quod pronomen etiam sequitur, et verbis inest sententia haec: persuasum erat Abrahamo Deum promissa servaturum, filium a morte ad vitam revocaturum esse. Quodsi epistolae auctor hoc dicere voluisset: reputabat s. persuasum Abrahamo erat Deum in vitam revocare posse mortuos, scripturus fuisset νεκρούς. ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο] *quare eum etiam simili modo recepit.* Adverbium ὅθεν significat: *unde*, e quo loco, ut Matth. 14, 7. Act. 26, 19. ut sit id. qd. ἐξ οὗ, ἐξ ὧν Xen. Anab. 2, 5. 26. ἐγὼ δηλώσω, ὅθεν ἐγὼ περί σου ἀκούω eos, *a quibus ego audio.* Terent. Eun. 1, 2. 35. *e praedonibus unde emerat*, pro, a quibus. Frequentius autem in libris N. T. nominatim in hac epistola denotat; *quare*, *quapropter* v. Hebr. 2, 17. 3, 1. 7, 25. 8, 3. 9, 18. Matth. 14, 7. Act. 26, 19. Xen. Mem. 1, 1. 2. Herodi. 1, 16. 4. 6, 8. 7. In expli-

eandis autem verbis ὅθεν αὐτὸν κ. τ. λ. permagna est interpretum dissensio. 1) Plerique formulam ἐν παραβολῇ vertunt; *simili modo*, *per similitudinem*. Sed hi rursus in constituendo verborum sensu in varias partes discedunt. a) Sunt qui verbis hunc sensum subiiciant: credidit Abrahamus Deum vel a mortuis excitare posse mactatum filium, quemadmodum eum etiam olim, cum ipsi nasceretur, ex mortuis (ex effoeto Abrahami corpore, et e mortuo Sarae utero) accepisset. Aoristo ἐκομίσατο vim plusquamperfecti tribuunt; et ad explicationem suam confirmandam, provocant ad v. 11. et Rom. 4, 19. Quam contorta sit et incommoda haec interpretatio, non opus est ut pluribus demonstremus. cf. si videbitur *Wolfius* in Curis ad h. l. b) Alii παραβολῇ de *similitudine*, quam vocant, *typica* intelligunt, ut sit *typus mortis Christi piacularis et ipsius in vitam revocationis* atque adeo verba sonent: *unde* (ὅθεν pro ἐξ ὧν scl. νεκρῶν) *Abrahamus ita accepit filium ut esset typus mortis Christi eiusque in vitam reditus*. Pro hac sententia dixerunt *Erasmus*, *Wolfius*, *Carpzovius*, *Cramerus*, alii, praeeuntibus *Chrysostomo*, *Theodoreto* (qui tamen ἐν παραβολῇ etiam explicat: ἐν συμβόλῳ καὶ τύπῳ τῆς ἀναστάσεως in *symbolo et typo mortuorum resurrectionis*), *Oecumenio* et *Theophylacto*. Refutavit hanc sententiam *Ernestius*, qui inter alia monuit, nullam idoneam caussam esse, cur h. l. typus commemoretur, nec usquam in libris sacris Isaacum typum Christi fuisse, nec esse potuisse, Christum enim vere mortuum et in vitam revocatum esse, sed Isaacum neque mortuum, neque ad vitam excitatum. Adde, quod annotarunt alii: si de typo vel imagine cogitasset scriptor, haud dubie etiam addidisset, imo addere debuisset, cuius rei vel personae typus, sive imago, Isaaci liberatio fuerit; ἐν παραβολῇ Χριστοῦ aut ἀναστάσεως νεκρῶν. c) Alii, quorum in numero sunt *Cameron*, *Grotius*, *Michaelis*, *Rosenmüllerus*, *Iaspisius*, *Dindorfius*, *Böhmius*, scriptorem nostrum liberationem Isaaci a morte spectasse contendunt tanquam *imaginem futurae mortuorum in vitam revocationis*, cum παραβολὴ hoc significatu ut sit *imago* extet 9, 9. et Hesychius hoc vocabulum interpretatus sit nomine

ὁμοίωσις similitudo. Dindorfius verba explanat: accepit filium suum, ut haberet imaginem adspectabilem istius rei quam crediderat, Deum nimirum in vitam revocare posse mortuos. *Böhmius: unde eum quoque per similitudinem reportavit*, ita, ut esset imago resurrectionis mortuorum. In versione latina verba ita expressit: *unde eum quoque cum praefiguratione* (ita ut mortuorum praesignificaretur resurrectio) *reportavit.* Sed et haec interpretatio nobis mere arbitraria videtur, cf. etiam quae supra sub lit. b. scripsimus. 2) *Storrius* vertit: *er bekam ihn auch durch einen merkwürdigen Ausspruch wieder*, notabili effato, oraculo eum recepit coll. Gen. 22, 12. 16-18. ad hanc vocabulorum παραβολή et מָשָׁל significationem comprobandam laudat Num. 23, 7. 18. 24, 3. 15. 20. Recte *Heinrichsius* hanc explicationem nimis remotam atque incommodam indicavit. 3) *Camerarius* verba explanat: *exponens se periculo amittendi filii, illum recepit. Hombergius* Parerg. Sacr. p. 351 sq. ἐν παραβολῇ reddendum statuit: *in ipso praesentissimo periculo. Raphelius* Obss. Polyb. ἐν παραβολῇ positum esse ait pro παραβόλως, et vertit: *insperato, praeter spem*, ut sit id. qd. παρ' ἐλπίδα. Provocat ad locum Plin. ep. 9, 26. 4. ubi legitur: *sunt enim maxime mirabilia, quae maxime insperata, maxime periculosa, utque Graeci magis exprimunt* παράβολα. Verum παράβολα ap. Plin. denotat *audacia;* etiam ap. Longin. de Sublim. 32, 4. τὰ παράβολα dicuntur durae et audaces metaphorae. *Raphelio* adstipulatus est *Krebsius*, qui sensum verborum ita constituit: *unde etiam illum ex imminente mortis periculo praeter omnem spem et exspectationem recepit;* et *Loesnerus* formulam ἐν παραβολῇ *in summo discrimine*, aequipollere animadvertit τῷ παρ' ἐλπίδα, παραδόξως. At enimvero aliud est in summo discrimine, aliud, praeter spem; neque haec formulae ἐν παραβολῇ explicatio, *praeter spem*, convenit verbis quae praecesserunt: λογισάμενος κ. τ. λ. praeterea significatio quam vocabulo παραβολή *Krebsius* atque *Loesnerus* tribuunt, nullius idonei scriptoris auctoritate confirmari potest. — Mihi quidem simplicissima et orationis seriei convenien-

tissima verbórum expositio videtur esse haec: credebat Abrahamus Deum a morte ad vitam revocare posse filium; quare (propter hanc fidem) etiam, simili modo (quasi a mortuis excitatum) eum recepit. Praeivit nobis *Limborchius*, qui verba interpretatus est: filium recepit quasi mortuum, ac si ex morte resuscitatum ipsi reddidisset Deus. κομίζεσθαι, quod plures, in his *Albertius* et *Böhmius*, h. l. vertunt: *accipere*, *obtinere*, *reportare*, et inprimis de praemiis et ἄθλοις adhiberi notant, ut 10, 36. 11, 39. 1 Petr. 1, 9. Arrian. Exp. Al. 5, 27. τὰ ἆθλα τῶν πόνων κεκομισμένοι, h. l. notat *recipere* (quo significatu hoc verbum ab aliis scriptoribus usurpari temere negavit *Schulzius*) ut Matth. 25, 27. Philo de Ioseph. p. 556. C. de Iosephi fratribus: τὰ ἀποβάντα αἰσίων τελειότερα εὐχῶν — τὸ κομίσασθαι τὸν ἀδελφὸν ἀνύβριστον, μηδενὸς ἐντυχόντος καὶ δεηθέντος *iis omnia supra votum evenerant — quod receperunt fratrem illaesum, nullo deprecante.* add. 2 Macc. 7, 29. 10, 1. Diod. Sic. 12, 80.

20. Conf. Gen. 27. πίστει *fiducia plenus*, vota sua eventum esse habitura, *Isaacus Iacobo et Esavo bona futura apprecatus est* s. *promisit et praenuntiavit*. Verbum enim εὐλογεῖν h. l. ut 7, 6. ubi v. not. non simpliciter notat *apprecari*, sed ea ut certo eventura apprecari, praenuntiare. Vota illa Isaaci, itemque Iacobi v. 21. praedictiones fuisse, etiam Philo profitetur p. 517. E. τί δὲ Ἰσαάκ; τί δὲ Ἰακώβ; καὶ γὰρ οὗτοι, διά τε ἄλλων πολλῶν, καὶ μάλιστα διὰ τῶν εἰς τοὺς ἐγγόνους προσρήσεων ὁμολογοῦνται προφητεῦσαι *quid Isaacus? quid Iacobus? et hos multis argumentis, praecipue vaticiniis, quae cecinerunt de suis posteris, prophetas fuisse credimus;* pergit: ἡ γὰρ τῶν μελλόντων κατάληψις ἀνοίκειος ἀνθρώπων *siquidem cognitio futurorum non est hominis propria.* Veteres putabant, moribundorum preces faustas et diras certissimum eventum habere, statuebant μαντικὰς esse animas corpore iam solvendas; quam opinionem et philosophi adoptarunt. Eustathius ad Hom. Il. π', 843. p. 1089. 59. Rom. ἔστι δὲ δόγμα παλαιόν, ὡς ὅτι ἀπαλλασσομένη σώματος ἡ ψυχή, καὶ θείᾳ φύσει ἐγγίζουσα, ἔχει τι μαντι-

κῆς. Ἀρτέμωνα δὲ φασὶ, τὸν Μιλήσιον, λέγειν ἐν τῷ περὶ Ὀνείρων, ὡς, ὅτε ἀθροισθῇ ἡ ψυχὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος, πρὸς τὸ ἐκκριθῆναι, μαντικωτάτη γίνεται. Socrates in Apol. Platon. c. 30. καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι· φημὶ γάρ, ὦ ἄνδρες, εἴ με ἀποκτενεῖτε, τιμωρίαν ὑμῖν ἥξειν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον κ. τ. λ. Cic. de Div. 1, 30. *animus — appropinquante morte multo est divinior. — Divinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Posidonius, quo affert, Rhodium quendam morientem sex aequales nominasse, et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinde deinceps moriturus esset.* add. Xen. Cyr. 8, 7. 21. περὶ μελλόντων copulandum est cum verbo εὐλόγησεν. Iacobum natu minorem, praeposuit scriptor Esavo, quoniam Iacobus gentis Israelitarum auctor erat, eique Isaacus laetiora praedixerat, quam Esavo, qui aetatis praerogativam vendiderat, et quia eodem ordine εὐλογίαι in historiis se excipiunt.

21. πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε] *fiduciae plenus Iacobus moriens, duobus Iosephi filiis fausta apprecatus est.* πίστει eodem sensu capiendum est, quo v. 20. legitur. Epistolae auctor mentionem fecit h. l. εὐλογίας, quae Iosephi filiis contigit, et commemorare omisit vota illa quibus Iacobus moribundus filios suos prosecutus erat coll. Gen. 49. Quare Anonymus ap. *Bowyerum, Heinrichsius, Iaspisius* suspicantur, nomen Ἰωσὴφ a librariis e v. 22. illatum esse. *Böhmio* haud improbabile est, quod etiam singularis usus τοῦ ἕκαστος suadere videatur, legendum esse ἕκαστον τῶν αὐτοῦ υἱῶν καὶ τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ, omissa esse verba τῶν αὐτοῦ υἱῶν librariorum incuria, qui oculos coniecissent in sequentem vocem υἱῶν. His vero coniecturis non opus est. Solam filiorum Iosephi εὐλογίαν scriptor attulit, quoniam statim Iosephum, Iacobi filium nobilissimum, tanquam illustre fidei exemplum, producere volebat. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ] *et inclinato capite versus cuspidem baculi sui* (pro αὐτοῦ recte rescripserunt *Griesbachius, Knappius, Vaterus, Schottus* αὐτοῦ) *Deum vene-*

ratus est. Hoc in loco explicando desudarunt interpretes. Scilicet desumta sunt haec verba ex vers. Alex. Gen. 47, 31. ubi Iacobus perhibetur a Iosepho postulasse, iureiurando interposito, ut ipsum in terra Cananaea sepeliendum curaret. Neque in textu Hebraico legitur מַטֶּה *baculus*, ῥάβδος, ut Alexandrini Iudaei legerunt, sed מִטָּה *lectus*, κλίνη, quae vera lectio est, quam etiam versiones antiquae tuentur. Symmachus enim verba Hebraica expressit: ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης. Aquila: ἐπὶ κεφαλὴν τῆς κλίνης. Vulgatus: *adoravit Deum conversus ad lectuli caput.* Sensus verborum Gen. l. l. ut eum bene constituit *Rosenmüllerus* est: Iacobus, qui prae senectutis imbecillitate in lecto erat, cum ei Iosephus iureiurando promisisset, se velle curare, ut mortuus ex Aegypto deportaretur, et in maiorum sepulcro sepeliretur, cervicali suo incubuit, ut ea de re, de promta Iosephi sponsione, gratias ageret. Sed verba priora huius versiculi respiciunt locum Gen. 48, 15. ibi autem non memoratur, Iacobum, postquam Iosephi filiis bona apprecatus esset, se reclinasse versus cuspidem baculi sui. Ergo alia prorsus occasione Iacobus προσεκύνησε ἐπὶ τὸ ἄκρον, non τῆς ῥάβδου, sed τῆς κλίνης αὐτοῦ. Ut ex hac difficultate sese exsolverent interpretes, varias vias inierunt. Fuerunt qui dicerent, ep. auctorem errasse, per errorem diversa miscuisse. Alii eum haec ex maiorum traditione inseruisse putarunt. *Böhmius*, quod noster, inquit, rem tanquam ad hanc εὐλογίαν pertinentem proposuit alio, et quidem priori tempore, si historiam audias, factam; id auctoris vel libertati, vel audaciae, in dictis sacris ad suum usum accommodandis, pluribus exemplis conspicuae tribuendum videtur. Vario modo etiam verba ipsa καὶ προςεκύνησεν κ. τ. λ. explicuerunt interpretes. Plures ea vertunt: *et inclinavit se ad extremum scipionis sui.* Ex *Heinrichsii* sententia haec verba non ad ipsam εὐλογίαν pertinent, sed vividiorem modo reddunt imaginem aegroti infirmi, qui circumstantes allocuturus, tollere corpus e lecto et scipioni inniti cogitur. Alii statuerunt, scriptorem his verbis laudare voluisse Iacobi morientis fidem et pietatem

erga Deum, ac proinde verbum προσκυνεῖν h. l. et Gen. l. l. ita positum accipiunt, ut valeat: *adorare*, *venerari*, atque verborum sententia haec sit: Iacobus certissime sperans, vota sua eventum habitura esse, laeta quaevis Iosephi filiis auguratus, inclinato in cuspidem baculi capite, Deum veneratus est h. e. gratias ei pro hoc beneficio egit. Monuerunt quidem contra hanc verba explicandi rationem *Michaelis* et *Dindorfius*, verbum προσκυνεῖν nonnisi de iis dici, qui prostrato humi corpore Deum venerentur, nec additum h. l. esse, quid adoraverit Iacobus. Sed usum loquendi huic explicationi, quae priori illi supra allatae praeferenda videtur, neutiquam refragari, planissime docet locus 1 Reg. 1, 47. 48. nostro admodum similis, ubi de Davide legitur: καὶ προσεκύνησε ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν κοίτην αὐτοῦ. Praeterea etiam προσκυνεῖν haud raro omnino notat: Deum venerari, colere v. Ioh. 12, 20. Act. 8, 27. 24, 11. Omitto alias aliorum explicationes contortas idoneisque argumentis destitutas; adeat, qui eas cognoscere cupit, *Wolfii* Curas, *Dindorfii* et *Bezae* annotatt. ad h. l. Quaecunque autem verborum explicatio ex iis quas supra protulimus admittatur; apposita sententia καὶ προσεκύνησεν κ. τ. λ. frigida est, et languidam orationem reddit, et cum alia prorsus occasione ea quae h. l. v. extr. leguntur, evenerint; maxime probabile est, hunc nostrum locum annumerandum esse locis interpolationibus corruptis (vid. quae notavimus ad Ioh. 13, 20.), neque hoc additamentum a manu scriptoris huius epistolae esse profectum. Additamento locum dedisse videntur verba v. 22. καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο coll. Gen. 47, 29. 30.

22. De Iosephi sepultura cf. Gen. 50, 24 sq. Ex. 13, 19. Act. 7, 16. ubi v. not. πίστει fiducia plenus Israelitas in promissam terram Cananaeam immigraturos esse. τελευτᾷν *mori*. Plena formula τελευτᾷν τὸν βίον Ael. H. V. 5, 2. Sic *finire* legitur ap. Tacit. Ann. 6, 50. extr. περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευε] Vertunt: *futurum exitum Israelitarum commemoravit*. At vero verbum μνημονεύειν in hac orationis serie non simpliciter notat

commemorare, sed vaticinatus est, certo futurum praedixit. ἔξοδος *profectio*, ut ap. Herodi. 6, 7. 11. Xen. Anab. 5, 2. 8. 6, 4. 6. περὶ τῶν ὀστέων de ossibus suis in terram Cananaeam deportandis.

23. Mosen, alterum quasi gentis Iudaicae conditorem, quem Iudaei pro summo Dei legato habebant, plurimis verbis epistolae auctor ornat, et ex historia Mosis ea decerpit, quae ad monendos et exhortandos lectores faciant. Ita et Siracides in Mose collaudando magno orationis ornatu utitur c. 45. cf. etiam Act. 7, 20 sq. Ac primo quidem scriptor praedicat fidem parentum Mosis, cuius probandae infans occasionem dederat. Parentes eius, spreto Pharaonis iussu, de conservando puero cogitarant, eumque, cum ulterius occultare non possent, exposuerant, certo sperantes, eum singulari providentia divina servatum iri v. Ex. 2. τρίμηνον *per tres menses*; hoc vocabulo, quod praeter h. l. in libris N. T. non legitur, usi sunt interpretes Alexandrini Gen. 38, 24. 2 Regg. 24, 8. τρίμηνον ἐβασίλευσε. 2 Chron. 36, 2. Polyb. 5, 1. 12. πατέρες sunt *parentes*. Graecos de utroque parente pluralem numerum adhibuisse, *Wetstenius* probavit Parthenii loco erot. 10. παρὰ τῶν πατέρων αἰτησάμενος. Eph. 6, 4. οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, praecessit v. 2. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. add. Col. 3, 21. Latini scriptores saepius *patrum* nomine, patrem et matrem designant, ut Ovid. Met. 4, 61. *Tempore crevit amor: taedae quoque iure coissent; Sed vetuere patres* ubi v. *Burmanus*. Itaque sine idonea ratione *Vaterus* πατέρων nomine *maiores* insigniri statuit, nec audiendi sunt *Bengelius* et *C. F. Schmidius* qui hoc vocabulo designari autumant *Amramum*, Mosis patrem, et *Kahatum*, avum paternum, cum avus maternus, Levi, iam dudum mortuus fuisset v. Ex. 6, 20. Contra quos *Moldenhauerus* monuit, ab adventu Iacobi in Aegyptum, usque ad Mosis nativitatem numerari CXXXVIII. annos, et cum *Kahatus* iam ante profectionem Iacobi in Aegyptum natus fuerit v. Gen. 46, 11. et tantum annum aetatis CXXXIII. attigerit, eum, cum Moses nasceretur, iam obiisse. In textu Hebraico

Ex. 2, 2. 3. Mosis matri occultatio pueri adscribitur. Neque tamen inde colligi potest, puerum inscio patre occultatum fuisse. Quare etiam Alexandrini interpretes Ex. l. l. verba Hebraica expresserunt: *ἰδόντες δὲ αὐτὸ* (*ἄρσεν*) *ἀστεῖον ὄν, ἐσκέπασαν αὐτὸ μῆνας τρεῖς* np. parentes; et Stephanus Act. 7, 20. ita loquens inducitur: *ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός.* Commemoratur Ex. l. l. mater, quoniam ea maxime negotiosa fuerat in occultando et servando puero. Alexandrinos et nostrum, pluralem adhibentes traditionem esse secutos, *Schmidius* et *Böhmius* opinantur. *διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον*] *quoniam formosum infantem esse videbant:* *ἀστεῖος* de cuius vocabuli significationibus plura disputavimus ad Act. 7, 20. in vers. Alex. Ex. l. l. respondet vocabulo טוֹב quod Alexandrini Iudaei Gen. 24, 16. expresserunt voce *καλός*. Gen. 26, 7. *ὡραῖος*. Symmach. Ex. 2, 2. *καλός*. Aq. *ἀγαθός*. Hesych. *καλὸς, ἐπίχαρις*. Suidas: *ἀστεῖος, εὐσύνετος, εὐπρόσωπος, καλός*. Ioseph. Ant. 2, 9. 7. Mosen vocat *παῖδα μορφῇ θεῖον* *puerum forma divinum* i. formosissimum. Philo de Vita Mos. p. 604. *γεννηθεὶς οὖν ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην.* Formositas Mosis parentibus erat favoris divini indicium. Veteres enim homines diis inprimis caros, et nobilioribus animis praeditos, formae praestantia pollere existimabant v. Hom. Il. γ', 166. Odys. β', 12. ϑ', 19. Il. υ', 234. 1 Sam. 9, 2. 10, 23. Ps. 45, 3. Virg. Aen. 1, 496. 589. et propter hanc pueri formositatem parentes sperare poterant, eum a Deo servatum iri. *καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως*] *et regis edictum*, de interficiendo omni foetu masculo Ex. 1, 16. 22. *contemserunt:* *διάταγμα* *edictum, decretum* Esr. 7, 10. Sap. 11, 8. *νηπιοκτόνου διατάγματος*. In N. T. libris hoc vocabulum non recurrit. Luc. 2, 1. pro eo usus est voc. *δόγμα*.

24. In codd. nonnullis inter v. 23 et 24. interiecta leguntur haec: *πίστει μέγας γενόμενος Μωϋσῆς ἀνεῖλεν τὸν Αἰγύπτιον, κατανοῶν τὴν ταπείνωσιν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.* Genuina haec verba putat *Millius* Prol. n. 497. et e codd. iam olim incuria scribae, ob repetita verba versus priora

in versu proxime sequente, seu etiam forte studio praeterita, quod minus veritati consonum videretur, ut occisio Aegyptii inter acta fidei recenseretur, cum tamen hoc ipsum satis aperte affirmet Stephanus Act. 7, 24. Sed plurium et praestantissimorum codd. auctoritas obstat, et ingrata existeret tautologia hac verborum πίστει M. μ. γ. v. 24. repetitione. Videntur haec verba a grammatico adscripta esse, qui ex Act. l. l. nostrum locum magis exornare vellet. πίστει persuasum erat Mosi, promissa Dei Abrahamo eiusque posteris data eventum habitura et Israelitas brevi in Cananaeam perventuros esse. Formulam μέγας γενόμενος sunt qui explicandam statuant: *cum honore et potentia auctus esset* quod Act. 7, 23. Moses tunc annorum XL fuisse perhibeatur. Sed vocabulum μέγας etiam de aetate ponitur Hom. Odys. σ', 215. Παῖς ἔτ' ἐὼν — Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας ἐσσὶ, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις add. Odys. β', 314. Xen. Cyr. 1, 3. 17. et cum h. l. praecesserit γεννηθεὶς, verba reddenda sunt: *cum ad aetatem adultam pervenisset.* Ex. 2, 11. eodem sensu positum extat verbum וַיִּגְדַּל. Syrus recte h. l. vertit גברא *vir factus.* ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ] *noluit filiae Pharaonis filius haberi. Böhmius* ad h. l. observat, rhetorem nostrum historiam pro suo dicendi consilio exornasse; Mosen minime contemtorem felicitatis, qua in aula Aegypti frueretur, sed poenae potius propter homicidium patratum infligendae metu plenum aufugisse. At vero potuisset Moses, ut eius conditio erat, criminis impunitatem, si voluisset, reperire, eum amore in populum suum, in Aegyptios odio arsisse, ipsa historia docet, non trucidasset Aegyptium, si non iam dudum inprimis cari populares ipsi fuissent. υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ, Thermutidem eam Iosephus nominat, ex traditione. Ant. 2, 5. et Philo de Vit. Mos. p. 604. ut ad h. l. notavit *Carpzovius*, tradit, Pharaonis filiam nuptam, sed improlem, affectu autem in liberos ductam, matri Mosis infantem nutriendum tradidisse, post haec se gravidam finxisse arte muliebri, et filium hunc sibi supposuisse, ne propter nepotum penuriam ad aliam gentem regnum perveniret.

25. *μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ* εοῦ] *maluit potius cum populo Dei affligi: αἱρέω capio,* edium *αἱρέομαι mihi capio,* hinc *eligo, praefero* v. *Dre-ȝius* de V. M. p. 161 sq. Formula *μᾶλλον αἱρεῖσθαι* le-tur ap. Xen. Apol. 9. *αἱρήσομαι τελευτᾷν μᾶλλον, ἢ ἀνε-υθέριος κ. τ. λ.* add. Xen. Mem. 2, 6. 22. Plura exempla lscribere piget; eorum qui cupidus sit adeat *Wetstenium.* ι*κουχεῖσθαι* notat: *male tractari, calamitatibus premi,* ut 37. 13, 3. Diod. Sic. 3, 22. v. *Kypkius* ad v. 37. ver-um compositum *συγκακουχεῖσθαι male tractari cum ali-ιο, in societatem malorum alicuius venire* h. l. tantum ;gitur. Quod autem mala ipsa attinet, quibus Moses una um populo Dei affligi voluisse dicitur, non respiciuntur a, quibus populus in Aegypto premebatur v. Ex. 1, 11 q. haec enim mala non subiit Moses, sed exilium, lon-ginqua peregrinatio, itineris incommoda. *τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ* ›opulo Deo peculiari, inprimis caro, quo nomine in V. Ľ. insigniuntur Hebraei, in N. T. christiani v. 4, 9. Luc. l, 17. Act. 15, 14. al. Hac autem circumlocutione usus ɜst scriptor, ut indicaret, honestam et cum fidei pietate :oniunctam hanc malorum perpessionem fuisse. *ἢ πρόσ-καιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν*] *quam per breve* huius vitae *tempus peccato frui.* Mosis exemplo epistolae au-ctor lectores monere volebat, ut calamitates propter Chri-sti religionem promti et constantes perferrent, terrestria bona et commoda, quibus, si Christi signa desererent, perfrui possent, despicerent, iisque anteferrent bona coe-lestia eademque perpetua v. 26. extr. Itaque *ἁμαρτία* ut 10, 26. defectionem a religione declarat, speciatim h. l. a religione Iudaica. Ex mente scriptoris nostri deficere debuisset Moses a religione avita, et populares suos dese-rere, si in regia permanere et voluptatibus atque commo-dis omnibus frui voluisset, quibus filii et nepotes regum gaudere solent. *πρόσκαιρον* dicitur omne id, quod per breve tempus durat, quod temporarium, nec perpetuum est, ut 2 Cor. 4, 18. ubi *πρόσκαιρα* et *αἰώνια* sibi invicem opponuntur 3 Macc. 7, 16. *πρόσκαιρος σωτηρία.* Herodi. 1, 1. 6. *πρόσκαιρος δυναστεία.* add. Matth. 13, 21. *ἀπόλαυ-*

σιν ἔχειν *frui* Aeschin. Dial. 3, 17. ἕξεις τῶν ἀγαθῶν εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν *frueris bonis magis integris et puris.*

26. μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος Αἰγύπτου θησαυρῶν] *ditiorem se existimans, ac si omnibus Aegypti opibus afflueret:* ἡγεῖσθαι *ducere, existimare,* ut 10, 29. πλοῦτος *divitiae*, per metaphoram denotat *copiam, affluentiam,* ex adiuncto *felicitatem*, et idem valet quod εὐδαιμονία, σωτηρία ut h. l. Rom. 11, 12. Sic πλούσιος *felix, prospero rerum statu utens* legitur 2 Cor. 8, 9. Pro vulgari lectione τῶν ἐν Αἰγύπτῳ plures optimae notae codd. exhibent τῶν Αἰγύπτου, quam lectionem recte *Griesbachius, Matthaeius, Knappius, Schottus* in ordinem receperunt. Lectio ἐν Αἰγύπτῳ glossema sapit. Aegypti opulentiam et potentiam commemorat Philo lib. Deus immutab. p. 318. A. de Iosepho p. 545. C. de Abrah. p. 363. B. v. *Carpzovius* ad h. l. et *Iahnii Archaeol. der Hebr. Th.* 1. *B.* 1. p. 95 sq. Verba quae h. l. leguntur nonnulli ita interpretantur, Iosephum a regis filia adoptatum, spem in regno succedendi habuisse, atque adeo thesauris publicis potiri potuisse, quam fabulam ipse Ioseph. Ant. 2, 9. 7. enarrat. Sed ut *Michaelis* ad h. l. observavit, multum discriminis intercedit inter filium a regia filia adoptatum et regni successorem, nec fides habenda est Iosepho, scriptori iuniori, cum in libris Mosaicis res tanti momenti silentio praetermissa sit. Rectius haec verba explicantur de divitiis maximis, quas sibi comparare, et quibus frui potuisset Moses, a regia filia adoptatus. τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ] De sensu horum verborum interpretes inter se discrepant. Sunt qui ea reddenda putent: *Christi caussa contumeliam perpessus est.* Qui hanc interpretationem tuentur, provocant ad Gal. 6, 12. ubi legitur: τῷ σταυρῷ Χριστοῦ διώκεσθαι i. *propter doctrinam de morte Christi in crucem acti calamitates perferre.* v. 17. ubi commemorantur στίγματα τοῦ Χριστοῦ i. *vulnera ob caussam christianam inflicta.* Col. 1, 2. θλίψις τοῦ Χριστοῦ *miseriae propter Christum perferendae.* Notant: de Mose, qui voluerit una cum populo Dei, cui Deus promiserit et desti-

narit Messiam, calamitates perferre, recte scriptorem nostrum affirmare potuisse, eum Messiae caussa contumelias perpessum esse. Plerique interpretes verba intellexerunt de *contumelia simili ei quam Christus perpessus est.* Observant genitivum etiam ita poni, ut comparationem s. similitudinem indicet v. *Glassii* Phil. S. p. 80. Luc. 11, 29. σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου i. ὅμοιον τῷ σημείῳ Ἰωνᾶ τ. π. 2 Cor. 4, 10. νέκρωσις τοῦ Ἰησοῦ i. e. θάνατος ὅμοιος τῷ τοῦ Ἰησοῦ. Iud. v. 11. ἀντιλογία τοῦ Κορέ. Mihi praeferenda videtur eorum ratio, qui verba explicanda censent: *si propter Messiam contumelias perferret.* Mosen enim adventum Messiae praevidisse et de futuro Messia cecinisse Deut. 18, 15 sq. Iudaei credebant v. Act. 3, 22. 7, 37. Quare epistolae auctor his verbis exhortatur lectores suos, ut, sicuti Moses, quem pro summo legato divino haberent, Messiae caussa contumelias olim pertulisset, item ipsi quoque Christi caussa contumelias et calamitates constanter perferrent. Si cui paulo durior interpretatio, quam defendimus, videatur, eum remittimus ad locum 1 Cor. 10, 4. 9. Caeterum plures eorum interpretum, qui ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ explicant de contumelia quam Christus perpessus est simili, intelligunt probra, convicia, contumelias quibus Moses in deserto ab Israelitis affectus est. Sed haec interpretatio non congruens et conveniens est iis, quae v. 25. leguntur; respiciuntur potius Mosis coram Pharaone fata v. Ex. 5, 26 sqq. ἀπέβλεπε γὰρ τὴν μισθαποδοσίαν] *futuram enim remunerationem intuebatur;* felicitatem in regno Messiano coelesti exspectandam respiciebat: v. not. ad v. 10. 16. 39. ἀποβλέπειν *respicere, rationem alicuius habere* Herodi. 5, 8. 6. ἐδίδου δὲ καὶ χρήματα — εἰς ἃ μάλιστα ἀποβλέπουσι np. στρατιῶται add. Xen. H. G. 6, 1. 8. Anab. 7, 2. 33. Theophrast. Char. 2, 5. Exempla plura e Iosepho, Philone et Diod. Sic. congesserunt *Krebsius, Loesnerus* et *Münthius* ad h. l. μισθαποδοσία vid. 2, 2. 10, 35. nonnulli de ingressu in Palaestinam accipiunt. Sed Moses, de quo h. l. sermo est, in Palaestinam non pervenit. Rectius plerique praemia vitae futurae intelligunt.

27. πίστει Deo confisus de felici ex Aegypto migratione, nil dubitans sibi et populo Deum esse affuturum. κατέλιπεν Αἴγυπτον Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, *Heinsius*, *Bengelius*, *Schulzius* haec verba referunt ad priorem Mosis et privatam Aegypti relictionem v. Ex. 2, 14 sq. inprimis propterea, quod Paschae celebratio exitum Israelitarum antecesserit. Contra vero rectissime alii monuerunt, ipsa verba h. l. addita μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως satis luculenter docere, sermonem esse de solenni Israelitarum, ductore Mose, ex Aegypto migratione; nam Ex. l. l. diserte tradi, Mosen, iram regis metuentem, ex Aegypto aufugisse. Et ipsum verbum κατέλιπεν mitius est, quam ut de fugiente Mose hic usurpatum sit. Si Mosis fugam in mente habuisset epistolae auctor, haud dubie usus fuisset verbo ἔφυγε, quod legitur Act. 7, 29. Neque nos moratur, quod opposuerunt illius sententiae defensores, scriptorem prius commemorare debuisse Paschae celebrationem, non migrationem ex Aegypto. Scriptor exempla fidei cumulans h. l. ut v. 32-36. non attendit ordinem temporis, ut solent qui animo commoto scribunt. *Böhmius*, qui non vult admittere ὕστερον πρότερον, animadvertit, Ex. 10, 28 sq. legi Pharaonem valde iratum fuisse Mosi, eique mortem minitatum, si rursus in conspectum ipsius veniret; tum vero c. 11 sq. enarrari mortem primogenitorum, institutionem festi paschalis et migrationem Israelitarum ex Aegypto, atque hunc rerum ordinem nostrum secutum esse. Sed h. l. coniunctim memorantur ira regis et Israelitarum ex Aegypto demigratio, atque adeo sermo est de ira regis cum comperisset, Israelitas ex Aegypto emigrasse v. Ex. 14, 5 sqq. τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε] *tanquam* Deum *haud adspectabilem cerneret*, *fortem se praestitit*. Fiduciae Mosis in Deo repositae magnitudo his verbis significatur; de praesentissima Dei ope ipsi persuasissimum erat. καρτερεῖν absolute positum, notat *forti animo esse* 2 Macc. 7, 17. σὺ δὲ καρτέρει, καὶ θεώρει τὸ μεγαλεῖον αὐτοῦ (Θεοῦ) κράτος. Sir, 2, 2. εὔθυνον τὴν καρδίαν σου καὶ καρτέρησον. Aeschin. Dial. 3, 3. καρτεροὶ λόγοι *fortes*

voces, quae declarant fortitudinem quandam et magnitudinem animi.

28. πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα κ. τ. λ.] *fidem habens instituit festum paschale et sanguinis adspersionem.* Bene *Böhmius:* „πεποίηκε instituit, *fieri iussit*, latum verbum usurpatum, quia utrique rei, festi agendi et sanguinis effundendi, commune esse voluit.“ πίστει credidit Moses servatum iri primogenita Israelitarum, quorum postes sanguine agni adspersi essent; hac spe fretus, festum paschale et adspersionem sanguinis instituit. Quod rem attinet v. Ex. 12, 12 s. 18 sq. Voc. πάσχα est origine Hebraicum פֶּסַח et proprie notat *transitum*, unde Symmach. Ex. 12, 11. פסח vertit ὑπέρβασις et Ioseph. Ant. 2, 14. 6. usus est vocabulo ὑπερβασία: deinde πάσχα, פסח dicebatur *agnus paschalis*, quotannis a Iudaeis die XIV mensis Nisan post solis occasum comedendus v. Ex. 12, 6. Num. 9, 5. hoc nomine agnus paschalis insigniebatur, quia cruor eius, quo imbuti erant postes forium domuum Israelitarum ex Aegypto migraturorum, defendebat ab iis caedem, ita ut angelus mortis, Aegyptiorum primogenita percutiens, Israelitarum fores praeteriret v. interpp. ad Ex. l. l. denique πάσχα, פסח, nominabatur etiam ut h. l. *ipsum festum paschale* v. Ex. 12, 18. Deut. 16, 6. ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ αὐτῶν] *ne* Israelitarum *primogenita percuteret perditor:* τὰ πρωτότοκα non hominum tantum, sed etiam pecudum v. Ex. 12, 29. ὁ ὀλοθρεύων θίγῃ de peste intelligi debet v. *Rosenmüllerus* ad Ex. l. l. Iudaei statuebant morbos repentinos et graves per angelum effici v. not. ad Act. 12, 23. 2 Sam. 24, 16 sq. et angelum mortis, qui h. l. ut in vers. Alex. Ex. 12, 23. nominatur ὁ ὀλοθρεύων 1 Cor. 10, 10. ὁ ὀλοθρευτής, מַשְׁחִית, iussu divino mortem subitam hominibus inferre v. 2 Regg. 19, 35. 1 Chr. 21, 12. 15. 2 Chr. 32, 21. Sir. 48, 21. interpp. ad Ies. 37, 37. cui Iudaeorum opinioni h. l. noster se accommodavit. Verbum θίγειν *tangere*, quo Iudaei Alexandrini expresserunt Hebr. נגע Ex. 19, 12. quod significat etiam *percutere*, *calamitate afficere* h. l. denotat *trucidare*. αὐτῶν Israelitarum. Solent Hebraei pronomen relativum ponere, ubi nullum nomen

praecessit, quod tamen ex orationis serie facile intelligi potest v. Matth. 11, 1. 12, 9. Luc. 4, 15. Ioh. 9, 23. *Glassius* Phil. S. p. 158 sqq. *Storrius* Obss. ad Anal. p. 399. et res ipsa lectoribus erat notissima.

29. cf. Ex. 14, 13 sqq. *πίστει* Deo ac verbis Mosis fidem habuerunt. *τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν* *mare rubrum*, oceanus Indicus, Arabiam et Persidem alluens, is qui ab oriente est, sinus Persicus dicitur, qui ex adverso, Arabicus. Hebraice sinus Arabicus vocatur יַם־סוּף *mare algosum* Ex. 13, 18. ita dictum, quia in fundo alga subrufa refertum est, cuius folia summo mari innatantia, cum nonnullis in locis rubore tingant, a Graecis sinus Arabicus nuncupatus est *ἐρυθρὰ θάλασσα* *mare rubrum* v. *Michaelis* Supplem. ad Lexx. Hebrr. p. 1729 sq. eiusd. *Arab. Fragen* p. 1 sq. *Rosenmülleri Altes u. Neues Morgenland* Th. 2. p. 1 sq. *Wineri biblisch. Realwörterbuch* s. v. *Meer, rothes*. *ὡς διὰ ξηρᾶς* *tanquam per continentem*. *ξηρὰ* scil. *γῆ*, Hebr. יַבָּשָׁה Ion. 1, 9. *terra, continens* Matth. 23, 15. Sir. 37, 3. 1 Macc. 8, 32. qui vocabuli usus probae Graecitatis auctoribus ignotus fuit v. *Vorstius* de Hebraismis N. T. p. 20. et *Fischerus* ad *Leusdenium* de Dialectis N. T. p. 30 sq. *ἧς* plerique ad *θάλασσαν* referunt. Sed sensus verborumque positio flagitant, ut referatur ad *ξηρᾶς* hoc sensu: cuius sicci periculum facturi, an transitum esset praebiturum. Formula *πεῖραν λαμβάνειν τινὸς* significat *periculum facere, experimentum agere, tentare* Ael. H. V. 12, 22. *πεῖραν λαβεῖν ἰσχύος* *virium periculum facere*. Xen. Oecon. 17, 1. Herodi. 1, 8. 10. ubi v. *Irmischius*. Deut. 28, 56. LXX. *ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποῦς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς*. 2) *experiri aliquid*, ita legitur infra v. 36. ap. Diod. Sic. p. 359. A. *ἀτυχίας πεῖραν λαβεῖν*. p. 362. B. *πεῖραν τῆς δουλείας λαβεῖν*. add. Xen. Anab. 5, 8. 15. cf. *Kypkius* ad h. l. Pro *κατεπόθησαν* fluctibus demersi *absorpti sunt*, in nonnullis libris e glossemate legitur *κατεποντίσθησαν*, quod verbum extat Matth. 18, 3. quo etiam Philo in hac historia usus est v. *Carpzovium* ad h. l. Hesych. *κατεπόθησαν*, *κατεποντίσθησαν*.

30. cf. Ios. c. 6. πίστει fidem habuerunt Israelitae romissioni divinae se Hierichuntem expugnaturos esse. Ion piget *Dindorfii* verba hic afferre: „historia procul ubio haec est: iussit Iosua milites suos per septem dies rbem circuire, et ab omni in eam impetu abstinere; quo icto, cum incolae ita securi essent, Iosua milites suos septimo die in urbis eam partem, quae minus munita esset, rruere iussit, et moenia urbis inter tubarum clangorem et lamores horrendos oppugnare, idque tanta cum vehe-ıentia actum putamus, ut moenia cadere sponte viderenar. In qua quidem historia si vel maxime nonnulla sint oetice adumbrata, nihil tamen eius gravitati derogatur. Iam ad πίστιν nihil refert, utrum haec miraculosa ratioıe, an ordine rerum antea ignoto gesta sint.“ Alii, quoum in numero sunt *Lilienthalius* in *gute Sache d. Offenarung* Th. 9. p. 292. *Hezelius* ad Ios. 6, 20. *Iahnius* in *Einleit. in das A. T. Th.* 2. *Abschn.* 1. p. 174. statuunt partem muri Hierichuntini terrae motu corruisse. Ex opiıione Iudaeorum Dei miraculo moenia ceciderunt 2 Macc. 12, 15. ἐπικαλεσάμενοι τὸν μέγαν τοῦ κόσμου δυνάστην, τὸν ἄτερ κριῶν καὶ μηχανῶν ὀργανικῶν κατακρημνίσαντα τὴν Ἱεριχὼ κατὰ τοὺς Ἰησοῦ χρόνους. Ios. 6, 4. LXX. πεσεῖται αὐτόματα (hanc vocem interpres addidit) τὰ τείχη τῆς πόλεως. Verbum κυκλοῦν *cingere, obsidione cingere* h. l. notat *circumire*. ἐπὶ *per, hindurch* v. *Wahlii* Clavis sub v. ἐπὶ 3. b. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 244. *Matthiae Gramm.* Th. 2. p. 1169.

31. πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι] *fide habita Rahab* olim *meretrix, non periit cum iis qui fidem habere noluerunt* cf. Ios. c. 2. πίστει credidit Hierichuntem ab Israelitis expugnatum iri, et Deum iis Cananaeam possidendam daturum esse. Ῥαὰβ ἡ πόρνη Ios. 2, 1. 6, 17. 22. 25. vocatur אשה זונה γυνὴ πόρνη, רחב הזונה Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Fuerunt qui vocabulum πόρνη explicarent *idolorum cultrix*. Quamquam vero negari nequit verba πορνεία et πορνεύειν in sacris literis haud raro de idolorum cultu adhiberi, haec tamen vocabuli πόρνη interpretatio, in hac narratione historica est mere arbitraria.

Extiterunt etiam interpretes, in his *Cappellus*, *Valckenarius*, *Bensonus* ad Iac. 2, 25. qui ut feminae omnem vitae inhonestae maculam abstergerent, lectoribus persuadere conarentur, Rahabam fuisse *hospitam*, *cauponae dominam* s. *mulierem cibaria vendentem;* non reputantes, ne sic quidem nomen eius aut ingenium honestius reddi, cum cauponae negotium, quia meretrices frequentare solebant cauponaria, apud veteres turpe fuisse constet v. *Casaubonus* ad Theophr. Char. 6, 2. (ubi *πανδοχεῦσαι* cum *πορνοβοσκῆσαι* coniungitur) et *Fischeri* Ind. Theophr. v. *πανδοκεύειν.* Secuti sunt Chaldaeum interpretem qui זונה Ios. 2, 1. Iudd. 11, 1. 16, 1. 1 Regg. 3, 16 (quod Deut. 23, 18. Hos. 4, 14. Mich. 1, 7. Prov. 6, 26. per זניתה *meretrix* expressit) vertit פּוּנְדְקִיתָא, quod barbarum vocabulum est e Graeco *πανδοκεύτρια cauponae domina*, expressum. Male hi interpretes, ut recte animadvertit *Knappius* Opuscc. p. 538. זונה derivarunt a Chald. זון *cibare*, *alere*, cum idoneis exemplis doceri non possit, illam vocem ullo in loco bibliorum etymon habere זון, etsi Hebraeis inde מָזוֹן *cibus* s. *alimentum* dicatur vid. *Buxtorfii* Lex. Chald. et Talm. p. 1754 sq. et *Outhovii* Diss. de Raab, inserta Biblioth. Bremens. Class. 3. p. 451 sqq. Neque omnino illo tempore, quo hospitalitas floreret, deversoria publica erant v. Gen. 19, 1. 2. Iudd. 19, 15 sqq. Itaque h. l. ut Iac. 2, 15. retinenda est vulgaris vocabuli *πόρνη* notio qua *meretricem* indicat. Sed ita vocatur Rahaba a vita ante acta. Saepius fit, ut tale cognomen, e vita ante acta aut pristina conditione alicui inditum maneat et fixum sit. Sic Matth. 26, 6. Simon vocatur *λεπρὸς* h. e. qui olim fuerat leprosus (apud leprosum non coenasset Iesus); Lazarus Ioh. 12, 1. *ὁ τεθνηκώς*. Matthaeus Matth. 10, 3. (21, 31.) *ὁ τελώνης*. Sic et Rahabae, quae vitae impudicae et cultui falsorum deorum renuntiavit, atque in populum sanctum recepta est Ios. 6, 25. hoc cognomen mansit, et, ut *Böhmius* ait, iam honorificum potius, quod melior facta esset, quam turpe putandum est. Rahabae autem exemplo laudato, docere voluit epistolae auctor etiam fidem alienigenarum et extraneorum Deo probari. Cananaei dicuntur

ἀπειθήσαντες h. e. Theophylacto interprete μὴ πιστεύσαντες τοῖς τοῦ Θεοῦ θαυμασίοις, non credebant Deum posse Israelitis Cananaeam possidendam dare, Iovam, licet conspicuis signis de potentia ipsius admoniti Ios. 2, 10. verum numen non agnoscebant. δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης] *speculatores amico hospitio excepit: μετ' εἰρήνης animo pacifico, benevolo;* liberaliter eos excepit, occultavit eos ne a ministris regis prehenderentur, eosque furtim dimisit. κατασκόπους *speculatores*, vocabulum Graecis scriptoribus frequens v. *Wetstenius* ad h. l. Iacobus 2, 25. pro eo habet ἀγγέλους. Caeterum de ipso Rahabae facto, propter quod a nonnullis proditae patriae accusata est, legi merentur quae disputata sunt a *Niemeyero* in *Characteristik der Bibel Th.* 3. p. 386 sq. et *Bergero* in *Praktische Einleitung in das Alte Testament Th.* 2. p. 13 sq. Non sunt ea quae Ios. 2. narrata leguntur ex hodiernae aetatis cultu et sensu iudicanda.

32. Iam in laudes eorum excurrit scriptor, qui occupata terra Cananaea fidei constantiam probarunt. Sed in tanto exemplorum cumulo, cum de omnium ac singulorum fidei documentis copiosius disserere non posset, homines quosdam celebratiores nominat et alios fide conspicuos nomine προφητῶν designat; praemia quae reportarunt attingit, et summatim etiam perstringit v. 35 sq. eorum exempla, qui constanter fiduciam in Deo collocantes calamitates pertulerunt. Oratio est affectus plena, et oratorio more epistolae auctor rem pertractavit. Quare nos non offendit, quod in commemorandis hominibus fidei laude conspicuis v. 32. de ordine temporis non fuit sollicitus, sed in fervore dicendi nomina posuit, sicut ipsi in mentem venerunt, neque anxie exempla circumspicimus in quae v. 33 sqq. dicta conveniant. καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει κ. τ. λ.] *et quid amplius dicam? tempus quippe me deficiat enarrantem, de Gideone, Baraco, Samsone, Iephtha, Davide, Samuele, caeterisque prophetis:* ἐπιλείψει με χρόνος formula oratoribus solennis Demosth. de corona p. 888. ἐπιλείψει με λέγοντα ἡ ἡμέρα τὰ τῶν προδότων ὀνόματα *proditorum nomina recensentem* Isocrat. ad Demon. p. 7. extr.

ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα. Iulian. Orat. 1. p. 34. B. ἐπιλείψει με τἀκείνου διηγούμενον ὁ χρόνος. Cic. pro Coelio c. 12. *dies iam me deficiet, si, quae dici in eam sententiam possent, coner expromere.* Id. pro Rosc. Am. c. 32. *tempus te citius quam oratio deficeret.* Exempla alia plura dant *Wetstenius*, *Kypkius*, *Loesnerus*, *Palairetus.* Γεδεὼν vicit Midianitas v. Iudd. c. 6 sqq. Βαρὰκ Cananitas Iudd. c. 4. Σαμψὼν Philistaeos Iudd. c. 13 sqq. Ἰεφθαὲ Ammonitas Iudd. c. 11. Gideonis historia in literis sacris prolixius enarratur, quam Baraci; Samsonis quam Iephtae, quare non Baraci sed Gideonis nomen primum locum, Iephtae, qui ante Simsonem vixit, postremum locum occupat. Caeterum observatum est ab interpretibus, hos viros, dotibus eximiis ad servandam Iudaeorum rempublicam instructos, epistolae conditorem non sanctis hominibus accensuisse, sed collaudasse tantum eorum fidem heroicam, reliqua eorum vita prorsus neglecta. Quod iam observavit Chrysostomus ad h. l. cuius verba sunt: ὁρᾷς ὅτι οὐχὶ βίον ἐνταῦθα αὐτοῖς μαρτυρεῖ λαμπρόν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο προηγουμένως ἦν τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ πίστεως τέως ἐξέτασις ἦν *vides quod non ferat hic testimonium de vita praeclara, non enim erat id quod quaerebatur, sed fidei erat examinatio.* Δαυὶδ καὶ Σαμουὴλ post Davidis nomen, ex *Böhmii* sententia, Samuelis nomen posuit scriptor, quia hoc prophetae erat, quod igitur cum his proximis καὶ τῶν προφητῶν commodius coniungeretur. Vocabulum προφῆται latiori sensu sumendum est, cum etiam mulieres v. 35. commemoratae, eo comprehendantur. *Prophetae* nimirum nomine ex usu loquendi V. T. insignitur, quicunque cum Deo singulari quadam ratione coniunctus, eius amicus, familiaris est v. *Koppius* Exc. 3. in ep. ad Ephes. Hoc sensu Abrahamus Gen. 20, 8. dicitur נָבִיא. Tob. 4, 12. Noachus, Abrahamus, Isaacus, Iacobus, nominantur προφῆται, et Patriarchae Ps. 105, 15. נְבִיאִים qui in priori hemistichio dicuntur *uncti* i. e. Deo sacri, dicati, ut populus Israeliticus Hab. 3, 13. vocatur *unctus* i. e. Deo carus, dicatus, consecratus v. *Schnurrerus*

Opuscc. p. 369. Luc. 2, 36. Anna nuncupatur προφῆτις h. e. Deo sacra, devota s. familiaris. Sic h. l. προφῆται sunt homines Deo consecrati, ei familiares.

33. Tenendum est non omnes effectiones fidei quae v. 33 sqq. commemorantur, ad omnes v. 32. laudatos, sed ad singulos pertinere, alias ad alios. οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας] *qui cum fiduciam in Deo reposuerint, regna debellarunt.* Referri possunt haec verba ad Davidem, qui varia regna sibi subiecit. *Boltenius* βασιλείας positum putat pro βασιλέας. Sed victoriae de regibus aliorum populorum reportatae intelligi nequeunt, cum, ut recte ad h. l. notavit *Michaelis*, aliis formulis hoc v. 34. extr. innuatur. Verbum καταγωνίζεσθαι quod in N. T. est ἅπαξ λεγόμενον, neque in versione Alexandrina extat, legitur ap. Lucian. dial. mort. 12, 2. ed. *Lehman.* οὐ Μήδους καὶ Ἀρμενίους καταγωνιζόμενος κ. τ. λ. Ael. H. V. 4, 8. πάμπολλους μυριάδας κατηγωνίσατο. add. Ioseph. Ant. 4, 6. 12. Formulam εἰργάσαντο δικαιοσύνην varie explicant. Chrysostomus et Oecumenius voce δικαιοσύνη indicari opinantur τὴν φιλανθρωπίαν Davidis. Theophylactus haec verba de iis interpretatur, qui suorum iniurias ulti sunt, quales fuerunt Gideon, Simson et horum similes. *Grotius*, *Sykesius*, *Carpzovius*, alii, vertunt: *vitam egerunt piam et sanctam*, et inprimis Samuelem intelligendum esse statuunt v. 1 Sam. 8, 5. 12, 23. 15, 33. Ita vero in hac contextae orationis gravitate sententia existit perquam frigida. Etenim in omni hac ῥήσει sermo est de factis eximiis, qualia divino auxilio suffulti patrasse dicuntur, qui certam et constantem in eo fiduciam haberent. Rectius *Seb. Schmidius*, *Bengelius*, *Michaelis*, *Böhmius* al. iustitiae, quae proprie dicitur, administrationem et iure dicundo severitatem, inprimis Samuelis 1 Sam. 12, 3. laudari contendunt, ut verba sonent: ius atque leges, Deo confisi, sine metu tuiti sunt. ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν] *promissa consecuti sunt*, Davides regnum promissum accepit, heroes victorias reportarunt. Sermo est de bonis terrenis a Deo promissis et acceptis, non de τῇ ἐπαγγελίᾳ Messiana. Sic haec verba non repugnant iis quae v. 13. et 39. legun-

tur. ἔφραξαν στόματα λεόντων] *leonum ora obturarunt*, ne nocerent. Referunt haec ad Simsonem Iudd. 14, 16. Davidem 1 Sam. 17, 34 sq. aliosque qui cum leonibus dimicarunt et eos occiderunt. Equidem cum iis facio, qui haec verba ad ea referenda censent quae Dan. 6, 7 sqq. enarrantur. Etenim verbum φράσσειν *obstruere*, *occludere*, per metaphoram, *ad silentium redigere*, dicitur magis de cohibendo furore bestiarum, quam de earum occisione, ut scite observavit *Carpzovius*. Et hoc ipsum verbum legitur Dan. 6, 22. in vers. Alex. ὁ Θεός μου ἀπέστειλεν τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐνέφραξεν τὰ στόματα τῶν λεόντων. Praeterea etiam φράσσειν extat ap. Antonin. fab. 12, 1. de ore leonis, veste a viro forti obiecta, obturato. Caeterum rhetorice non modo verbum numero plurali adhibitum est, cum de uno tantum, Daniele sermo sit, sed et Danieli (cuius tamen etiam fides laudatur Dan. 6, 23. καὶ ἀνηνέχθη Δανιὴλ ἐκ τοῦ λάκκου, καὶ πᾶσα διαφθορὰ οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐπίστευσεν ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ) h. l. tribuitur id, quod Dan. 6, 18. Deo (καὶ ἔκλεισεν ὁ Θεὸς τὰ στόματα τῶν λεόντων) et v. 22. angelo assignatur.

34. ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς] *flammarum vim extinxerunt*, vi ignis non laedebantur. Intelligendi sunt tres Danielis socii, in fornacem coniecti, qui statuam Nebucadnezaris adorare recusarant Dan. 3, 12 sqq. de quibus 1 Macc. 2, 59. legitur: πιστεύσαντες ἐσώθησαν ἐκ φλογός. — ἔφυγον στόματα μαχαίρας] *gladii aciem feliciter effugerunt*. στόμα vid. not. ad 4, 12. Respiciuntur Davides a Saulo paene trucidatus, Elias, qui Achabi v. 1 Regg. 17. 18. 19. Elisaeus, qui Syrorum et Iorami Israelitarum regis gladium evasit v. 2 Regg. 6, 12. 31. στόματα μαχαίρας *ora gladiorum* h. e. gladios v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 347. ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας] *a morbis convaluerunt*. Nonnulli haec verba explicant: viribus aucti sunt, qui imbecilles fuerant, ut Simson Iudd. 16, 19. 29. 30. Sed interpretatio orationis seriei convenientissima haud dubie haec est: a morbis gravissimis convaluerunt, ut Iobus, Hiskias v. Ies. 38. Vocabulum ἀσθένεια de quocunque morbo usurpari solere, tralatitium est v. Luc.

13, 11. ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων] *fortes bello fuerunt*, magna et heroica facinora fecerunt, *hostiles acies in fugam coniecerunt:* παρεμβολὴ non tantum denotat *castra*, ut in versione Alexandrina Gen. 32, 7. ubi respondet Hebr. מַחֲנֶה, exempla alia dant *Münthius* ad Act. 21, 34. et *Sturzius* de dial. Maced. et Alex. p. 30. sed significat etiam *exercitum*, *aciem* Sir. 48, 24. ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἀσσυρίων. add. 1 Macc. 5, 28. 45. Ael. H. V. 14, 46. Sic מחנה positum extat Iudd. 8, 11. 2 Sam. 3, 9. Hesychius: παρεμβολὴ, στρατόπεδον — ἢ κάστρον. Suidas: παρεμβολὴ, κάστρον, στρατόπεδον. Verbum κλίνειν *inclinare*, in re bellica ita usurpatur, ut notet *in fugam vertere hostem* Hom. Il. ε', 37. Τρῶας δ' ἔκλιναν Δαναοὶ *Troianos in fugam verterunt Danai.* Ioseph. Ant. 14, 15. 4. κλίνεται τὸ κέρας τῆς φάλαγγος. Polyaenus 1. p. m. 73. (quem locum *Palairetus* attulit) Θηβαῖοι δὲ τῷ ἀγγέλματι τῆς ἥττης καταπληγέντες ἔκλιναν εἰς φυγήν. Hesychius: ἔκλιναν, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. Etiam Latinis acies *inclinare* s. inclinari dicitur, quando ita urgetur ab hostibus, ut incipiat cedere et in fugam converti Livius 1, 12. *ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies* Id. 7, 33. *tum demum impulsi Latini, perculsaque inclinavit acies.* ἀλλότριοι dicuntur proprie *alieni*, *peregrini*, *exteri*, non ad populum Dei pertinentes, ut adeo ἀλλότριος sit id. qd. ἀλλογενὴς v. Num. 3, 10. Sir. 29, 21. καὶ ἐπλανήθησαν ἐν ἔθνεσιν ἀλλοτρίοις. Hoc loco autem cum sermo sit de hostibus populi Israelitici, nomen ἀλλότριος ita positum legitur, ut *hostem* declaret, quo significatu etiam extat 1 Macc. 1, 38. Ἱερουσαλὴμ ἐγένετο κατοικία ἀλλοτρίων. Sir. 36, 2. ἔπαρον τὴν χεῖρά σου ἐπὶ ἔθνη ἀλλότρια. Ps. 53, 3. Alexandrini interpretes Hebr. זר verterunt ἀλλότριος, sed hoc idem nomen Hebr. Prov. 6, 1. expresserunt vocabulo ἐχθρός. Neque hic usus loquendi scriptoribus exteris insolens est v. Xen. Anab. 3, 5. 5. Diod. Sic. 18, 23. Hom. Il. ε', 214. Cic. Offic. 1, 12. *hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.* Hesychius: ἀλλότριος, πολέμιος, ξένος. Quod exempla attinet, quae in his ver-

bis cogitaverit scriptor, laudant interpretes Ionathanis heroicum facinus, quod narratur 1 Sam. 14, 1 sq. Philistaeorum caedem postquam Davides Goliathum necaverat v. 1 Sam. 17, 51 sq. Gideonis victoriam Iudd. c. 7.

35. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν] *mulieres* fidem habentes *mortuos suos in vitam revocatos receperunt*. Videtur scriptor respicere historiam viduae Sareptanae, cuius filium Elias in vitam revocavit v. 1 Regg. 17, 17 sqq. et Sunamitidis, cuius filium Elisaeus matri restituit v. 2 Regg. 4, 32 sq. λαμβάνειν *recipere* ut Ioh. 13, 12. Xen. Cyr. 1, 4. 13. Ioseph. Ant. 2, 6. 7. ἐξ *per* v. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 120. *Matthiae Gramm*. Th. 2. §. 174. p. 1134. id. qd. ἀναστάντας vitae restitutos. ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν] *alii cruciatu confecti sunt*. Quae verba alii interpretes vertunt: *devincti ad tympanum fustibus ad mortem usque caesi sunt*; alii: *fustibus interfecti sunt*. Praemia fidei primo loco posuerat epistolae auctor, cum in his magna esset lectoribus ad fidem tenendam excitatio, iam vero profert exempla eorum, qui propter fidem gravia passi, calamitates constanter pertulerunt, quin et ipsam mortem aequissimo animo oppetiverunt, ut lectores suos ad eandem fidei perseverantiam, et in religione christiana profitenda constantiam excitaret. ἄλλοι ut bene monuit *Böhmius* partim omnino μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος, partim contrarium quodammodo significat, proxime ante de *mulieribus*, *quae reduces e morte suos recepissent* positi; nempe ut huic ad terrestrem vitam pertinenti ἀναστάσει, statim opponeretur *melior*, coelestem aeternamque vitam beatissimam promittens et afferens ἀνάστασις regno Iesu Messiae instaurato futura. ἐτυμπανίσθησαν] Non una est, ut iam supra notavimus interpretum de huius verbi vi ac potestate sententia. Scilicet τύμπανον erat *machina lignea*, rotae formam habens, ad quam devincti caedebantur fustibus, atque erat tormenti et supplicii genus. Hesychius: τύμπανον, ᾧ αἱ Βάκχαι κρούουσιν, ἢ εἶδος τιμωρίας *instrumentum quo Bacchae pulsant*, *vel genus poenae*. Id. ἐτυμπανίσθησαν, ἐκρεμάσθησαν (*distenti sunt*, ut h. l. Vulgatus interpres habet)

ἐσφαιρίσθησαν ad formam globi incurvati sunt. 2 Macc. c. 6. ubi sermo est de supplicio, quo Eleasarus, cum Antiochus Iudaeos persequeretur, periit, v. 19. legitur: *αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε.* v. 28. *ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε:* et v. 30. sequitur: *μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾶν.* Iosephus autem eandem historiam referens de Macc. §. 5. T. 2. p. 603. *τροχὸν rotam* commemorat, et §. 9. *τυμπανίζεσθαι* explicat per *τροχὸν προσεπικατατείνειν*, et Eleasarus ibidem dicit: *τρόχους ἐντρέπιζε, καὶ πῦρ ἐκφύσα σφοδρότερον.* (Achill. Tat. 6, 21. *τὰς βασάνους παράστησον, φερέτω τροχόν· ἰδοὺ χεῖρες, τεινέτω· φερέτω καὶ μάστιγας· ἰδοὺ νότος, τυπτέτω.* Ibid. c. 22. *τροχὸς* iungitur cum igne, flagellis, ferro: *λάμβανε κατ' ἐμοῦ τὰς μάστιγας, τὸν τροχὸν, τὸ πῦρ, τὸ σίδηρον.* Cic. Quaest. Tusc. 5, 9. *in rotam vitam beatam non ascendere.* Apuleius Met. 10. p. 217. *Pric. nec rota, vel equuleus, more Graecorum, tormentis eius apparata, deerant*) Hinc plures interpretes *τυμπανίζειν* h. l. explicant: *devinctum ad tympanum fustibus ad mortem usque caedere.* 2) Alii *τυμπανίζειν* h. l. idem valere contendunt quod *τύπτειν fustibus* sed certi generis, quae *τύμπανα* vocarentur *caedere* Photius Lex. Ms. *τυμπανίζεται· ξύλῳ πλήσσεται, ἐκδέρεται, καὶ κρεμᾶται. Τύμπανον τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους διαχειρίζεται, καὶ τὸ ἀποτυμπανίζειν ἐντεῦθεν.* Hesychius: *τυμπανίζεται· πλήσσεται, ἐκδέρεται, ἰσχυρῶς τύπτεται.* Oecumenius: *διὰ ῥοπάλων ἀπέθανον fustibus caesi perierunt.* Gl. V. *ῥόπαλα, fustes.* Apud Aristophanem in Pluto v. 476. memorantur *τύμπανα* et *κύφωνες*, ubi *τύμπανα* sunt *fustes*, quia iis adiunguntur *κύφωνες*. Nam *κύφωνες* erant *vincula lignea*, quibus colla maleficorum ita illigabantur et constringebantur, ut erigere se non possent, unde etiam nomen acceperunt, quae poena et supplicium dicebatur *κυφωνισμὸς*, et tum caedebantur fustibus. Scholiast. *τύμπανα, ξύλα, ἐφ' οἷς ἐτυμπάνιζον· ἐχρῶντο γὰρ ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ· ἢ βάκλα, παρὰ τὸ τύπτειν, ἤγουν ξύλα, οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι.* 3) Quia autem hoc distentionis instrumentum pluribus tormentis aptatum erat, et ad

ipsum ignem, ut Ioseph. significat de Maccab. §. 8. 9. 11. et machina illa sic forte rotabatur, ut in illa distentum corpus ad prunas, illis urendum, deprimi posset, et ad verbera, seu alias excarnificandum, unguibus ferreis, aliisque levari, et exquisitissima ratione affligi posset; hinc factum est, ut τυμπανίζεσθαι ita usurparetur, ut omnino valeret, *tormentis ad mortem usque excruciari* 3 Macc. 3, 27. ἐχθίσταις βασάνοις ἀποτυμπανισθήσεται. Dan. 7, 11. LXX. ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον. Ioseph. Lib. 1. c. Apion. §. 20. ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. cf. omnino *Gatackerus* Advers. c. 46. Opp. Crit. p. 907. *Krebsius* de usu et praestantia Rom. Hist. in interpret. N. T. p. 92. *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. l. l. ad Polluc. T. 2. p. 897. *Hammondus* et *Clericus* ad h. l. et quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. Quaeritur iam quaenam significatio in hac orationis serie verbo ἐτυμπανίσθησαν tribuenda sit. Plerique interpretes epistolae auctorem respexisse putant Eleasari historiam vid. 2 Macc. 6. qui fustibus ad mortem usque caesus est, atque adeo verbo τυμπανίζεσθαι subiiciunt primam aut secundam significationem paulo superius commemoratam. Sed h. l. v. extr. ii qui ἐτυμπανίσθησαν dicuntur liberationem a cruciatu admittere noluisse, ut ad meliorem vitam olim revocarentur. Hoc solatio Eleasarum animum suum confirmasse 2 Macc. 6. disertis verbis non traditur, v. 26. ita loquens inducitur: εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐξελοῦμαι τὴν ἐξ ἀνθρώπων τιμωρίαν, ἀλλὰ τὰς τοῦ παντοκράτορος χεῖρας οὔτε ζῶν οὔτε ἀποθανὼν ἐκφεύξομαι. Additur ibi v. 31. eum exemplum fidei constantis reliquisse aliis: καὶ οὗτος οὖν τοῦτον τὸν τρόπον μετήλλαξεν, οὐ μόνον τοῖς νέοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔθνους τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ὑπόδειγμα γενναιότητος καὶ μνημόσυνον ἀρετῆς καταλιπών. Tum c. 7. narratur septem filios matris Iudaicae, Eleasari exemplum esse secutos. Hi flagris caesi v. 13. 15. et omni supplicio cruciati, in fide ad mortem usque mansisse, atque spei reditus in vitam felicioris plenos, animo forti cruciatus pertulisse perhibentur v. 9. ὁ δὲ τοῦ κόσμου βασιλεὺς — εἰς αἰώνιον ἀνάβασιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει.

v. 14. *αἱρετὸν — τὰς ὑπὸ Θεοῦ προσδοκᾷν ἐλπίδας, πάλιν ἀναστήσεσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ*. add. v. 23. Puto igitur bina exempla matrum, quae mortuos filios in vitam revocatos receperunt vid. h. l. v. 35. init. in memoriam redegisse epistolae auctori fata illius matris 2 Macc. 7. quae filios suos non *ἐξ ἀναστάσεως ἔλαβε*, sed simul etiam scriptoris menti obversatam esse Eleasari, fustibus ad mortem usque caesi, e quo septem illi fratres exemplum sibi sumserunt, fidei constantiam, atque adeo nostrum verbum *τυμπανίζεσθαι* latiori sensu adhibuisse, ita, ut esset *cruciatu confici*. *οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν repudiarunt liberationem* a suppliciis 2 Macc. 6, 30. Eleasarus: *δυνάμενος ἀπολυθῆναι τοῦ θανάτου, σκληρὰς ὑποφέρω κατὰ τὸ σῶμα ἀλγηδόνας*. add. 2 Macc. 7, 11. 24 sq. noluerunt a religione avita desciscere, exspectabant meliorem in vitam reditum. *ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν*] Vulgatus: *ut meliorem invenirent resurrectionem. Seb. Schmidius*, *Hammondus*, *Ernestius*, *Winerus* in Diss. de Hypallage et Hendiadyi in N. T. Erlang. 1824. 4. p. 15. verba *κρείττονος ἀναστάσεως*, ne videretur scriptor beneficium illud divinum, quod initio v. celebrarat, paululum attenuasse, referenda putarunt ad *ἀπολύτρωσιν*, hoc sensu: nolebant illi ab hoc supplicio liberari, satius videbatur mori, ut per *ἀνάστασιν* rem meliorem consequerentur, quam qua per *ἀπολύτρωσιν* potiri possent. Quae tamen interpretatio paulo durior videtur. Quare praeferendam duco plerorumque interpretum sententiam, qui verba versus priora respici censent, ut sensus sit: quo praestantiorem a morte revocationem consequerentur, qua non redderentur vitae viliori terrenae, atque adeo haec *ἀνάστασις* distinguatur ab illa initio versiculi memorata. Est enim constans Christi Apostolorumque et scriptoris nostri doctrina, huius vitae commoda non esse aequiparanda commodis et praemiis alterius vitae, atque iacturam bonorum terrenorum contemnendam esse v. 10, 34 sq. et volebat noster haec scribens, lectorum animos eo fortius ferire, eo acrius eos excitare ad constantiam in profitenda religione ad mortem usque praestandam. Neque negat ep.

auctor, mulieres illas, quarum filii in vitam revocati fuerint, eximium fidei praemium accepisse, sed hoc etiam affirmat, *ἀνάστασιν* hominum illorum, fidei constantia insignium, qui pro avita religione mortem occubuissent, fore praestantiorem, quatenus eos perductura sit ad felicitatem summam in regno Messiano coelesti, eo instaurato, consequendam.

36. *Caeteri* (ut Matth. 16, 14.) *ludibria et flagella, praetereaque vincula et carcerem experti.* Quaenam potissimum fidei exempla respexerit auctor, constitui nequit. Plures Dei cultores pios ex Maccabaeorum aevo in mente habuisse videtur. Ad ἐμπαιγμῶν e prioribus gentis Iudaicae aetatibus interpretes nominant Elisaeum v. 2 Regg. 2, 23. Iudaeos templum restaurantes Neh. 4, 1. *δεσμῶν, φυλακῆς* laudatur Micha v. 1 Regg. 22, 27. Ieremias Ier. 20, 2. alii. *πεῖραν ἔλαβον* vid. not. ad v. 29.

37. *ἐλιθάσθησαν*] *lapidati*, ut Zacharias, Ioiadae summi sacerdotis filius, ob reprehensa populi Iudaici flagitia, iussu Ioasi, Iudaeorum regis v. 2 Chron. 24, 20 sqq. Alii *ἐλιθάσθησαν* ad Ieremiam referunt, quem Patres nonnulli in Aegypto a popularibus suis lapidatum esse tradunt. Epiphanius de vita et obitu prophetar. V. T. in Opp. T. 2. p. 239. *ἐν Τάφναις Αἰγύπτου λιθοβοληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐτελεύτησε.* Consule omnino *Carpzovii* Introduct. in libros V. T. P. 2. p. 137 sqq. Sed lapidatio Ieremiae nullo idoneo testimonio nititur, et quinam vitae ipsius exitus fuerit, non constat. *ἐπρίσθησαν*] *serra dissecti.* Erat olim hoc crudelissimum supplicii genus, ut reorum vel captivorum corpora in duas partes secarentur, tam apud Hebraeos, quam apud Graecos et Romanos usitatum v. Iudd. 19, 29. 1 Sam. 15, 33. Dan. 3, 29. Tertull. Apologet. c. 3. Sueton. V. Calig. c. 27. Valer. Max. 9. 2. 4. Horat. Sat. 1, 1. 99 sq. Dio Cassius L. 68. p. 786. de rebellantibus in Africa Iudaeis sub Traiano: *πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον.* v. *Gatackerus* Advers. Misc. Posth. p. 45. et *Münthius* ad h. l. Interpretes plures opinantur nostrum in mente habuisse Iesaiam, qui testibus Talmudicis scriptoribus (v. *Wetstenius* ad h. l. et *Gesenii*

Kommentar üb. d. Iesaias Th. 1. p. 11.) quibus add. Iustin. Martyr. dial. c. Tryph. p. 349. Tertullian. de patientia c. 14. Augustin. de civ. Dei 18, 24. Lactant. Instit. 4, 11. Hieronym. ad Ies. 57, 1. serra dissectus est. Sed haec de Iesaiae morte narratio, traditione tantum nititur, nec necesse est, ut ad Iesaiam verbum ἐπρίσθησαν referatur, cum hoc supplicii genus usitatum fuerit, ut adeo epistolae auctor plures pios Dei cultores, fidei constantia insignes respicere potuerit. ἐπειράσθησαν] *tentati sunt.* Qui hanc vocem genuinam esse iudicarunt, vario modo eam explicuerunt. Theodoretus et Oecumenius de tentatione Abrahami et Iobi eam intellexerunt. *Wolfius*, *Heinrichsius* interpretati sunt: calamitates subierunt v. not. ad 2, 18. 1 Cor. 10, 13. Iac. 1, 2. *Halletus:* per calamitates tentati sunt. *Carpzovius:* sollicitati sunt ad scelus, admotis tormentis, tympanis, flagellis, catenis. *Limborchius*, *Moldenhauerus:* tentati sunt comminatione graviorum tormentorum et suppliciorum Dan. 3, 15 sqq. 2 Macc. 6, 7. et inter media tormenta, et in ipsis suppliciis, alloquiis blandis, promissione variorum in hac vita commodorum, si a religione avita deficerent 2 Macc. 6, 21. 22. 7, 17. 24. Sed interpretibus plurimis interpolationis nomine suspectum hoc verbum visum est, quos iure offendit auctorem usum esse voce generaliori (*calamitates subierunt* s. *tentati sunt*), nec aliam suppliciorum speciem commemorasse, cum tamen verba quae praecesserint et subsequantur, eorum species contineant. Admonuit quidem *Matthaeius* a Paulo saepe molliora durioribus adiungi (sed ut intelligenter *Michaelis* animadvertit, non de eo h. l. agitur, utrum verbum lenioris an durioris significatus adhibitum sit, sed media inter mala singularia, vocem generaliorem adhibitam esse), et *Heinrichsius* provocat ad 6, 2. ubi sic quoque vocabulum generalius διδαχὴ (βαπτισμῶν διδαχῆς) orationi immixtum sit, ut a Paulo Rom. 8, 35. vocabulum aeque frigidum κίνδυνος, qui tamen loci nostro non sunt plane similes. Quicquid contra dicatur, admissa voce ἐπειράσθησαν, quomodocunque eam explices, languida et frigida existit oratio, neque ullo pacto probabile est,

scriptorem nostrum, ubique tam accuratum, tam diligenter et graviter dicentem, hoc loco rhetorico, verbum ἐπειράσθησαν orationi contextae inseruisse. Omittunt vero etiam vocem ἐπειράσθησαν codd. plures, vers. Syr. Arab. Erp. Aeth. Origenes semel (sed quater habet) Tertullian. Euseb. Praepar. Evang. 12, 10. p. 583. Chrysost. Theophyl. Ante ἐπρίσθησαν ponit cod. 17. Quare interpretum haud pauci verbum ἐπειράσθησαν pro glossemate habuerunt, ita quidem, ut vel cum *Erasmo*, *Beza*, *Hammondo* coniicerent, quempiam qui ignorarit, quid esset ἐπρίσθησαν, pro eo in marg. posuisse ἐπειράσθησαν, atque ita utramque vocem in textum irrepsisse; vel ut existimarent, negligentia librarii, vocem ἐπρίσθησαν bis scriptam, a seriore librario posteriorem mutatam esse in ἐπειράσθησαν. Quae fuit sententia *Grotii*, *Whitbyi*, *Michaelis*. Multi tamen verbum ἐπειράσθησαν non prorsus inducendum et tollendum, sed pro eo e scribendi vitio orto, aliud substituendum censuerunt. *Beza* Annott. ἐπυρώθησαν. *Piscator*, *Sykesius*: ἐπυράσθησαν. *Gatackerus* Miscell. c. 44. ἐπρήσθησαν. Quae verba notant: *cremati sunt*. *Tanq. Faber* epp. Lib. 2. ep. 14. extr. p. 47. *Gesnerus* ap. *Carpzovium*: ἐπηρώθησαν *truncati*, *mutilati sunt*. *Stephan. le Moyne* ep. de Orac. Dodonaeo in *Gronov.* Thes. Antiq. Gr. Vol. 7. ἐπράθησαν *venditi sunt*, *ut servorum munere fungerentur*. *Albertius* ἐσπειράσθησαν, aut ἐσπειράθησαν rota contusi, vel potius: *radiis rotarum districti ad necem usque torti sunt*, *aut strangulati*. Quae coniectura *Fischero* in Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 538. ob insolentem verbi σπειρᾶσθαι usum displicet, praesertim cum nulla excogitari possit caussa idonea, quare scriptor verbum hoc in genere inusitatum verbis usitatis τροχίζεσθαι et ἀπάγχεσθαι, vel ἀπαγχονίζεσθαι praeferre voluerit. *Knachtbullus*, ἐπάρθησαν *transfixi sunt*, cui assentitur *Fischerus*, qui l. l. observat: hoc supplicii genus, ut vel stipites, et pali praeacuti, per medios homines adigerentur, vel per pectora transfigerentur hastarum lancearumve, aut gladiorum mucronibus, civitatibus barbaris haud inusitatum fuisse v. Senec. ep. 14. consol. ad

Marciam c. 20. et scriptorem nostrum verbo *πείρεσθαι* verbum Hebraicum חָקַר reddidisse. Hesych. et Phavorin. *ἐπάρη, ἐκεντήθη. Ἔπειρεν — ἐκέντησεν. Wakefieldius* in Silva Crit. 2, 62. coni. *ἐπειράθησαν palis confossi sunt.* Mihi quidem *ἐπειράσθησαν* verbi minus noti *ἐπρίσθησαν* interpretamentum esse videtur, cui fortasse occasionem dedit formula *πεῖραν ἔλαβον* quae praecessit, neque omisso verbo post *ἐπρίσθησαν* manca fit oratio. *ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον*] *gladio interfecti sunt.* Nam *ἀπέθανον* idem valet quod *ἀνῃρέθησαν* vel *ἀπεκτάνθησαν.* Laudant Uriam prophetam v. Ier. 26, 20 sq. Alii respici statuunt seculum Antiochi Epiphanis, Syrorum regis. Formula *ἐν φόνῳ μαχαίρας* Alexandrini interpretes Hebr. לפי־חרב Ex. 17, 13. expresserunt. *περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν*] *pellibus ovillis, caprinis induti circumiverunt.* De hoc usu praepositionis *ἐν*, nominibus vestium iunctae v. *Fischerus* ad *Weller.* Vol. 3. P. 2. p. 137. *Matthiae Gramm.* §. 577. *Th.* 2. p. 1140. et nos ad Matth. 7, 15. Vulgat. *in melotis.* Vocem *μηλωτὴ* civitate Latina aliquando esse donatam, patet ex Cassiano de habitu monachi c. 11. *et parvissimi cuculli velamen vel melotis gestatio derisum potius, quum aedificationem ullam videntibus comparabit.* Isidor. Orig. 19. c. 24. *Melotes, quae etiam pera vocatur, pellis est caprina, a collo pendens praecincta usque ad lumbos.* v. *Hasaeus* in Biblioth. Brem. Cl. 4. p. 354. *μηλωτὴ pellem caprinam*, et *ovillam* indicat Hesychius: *μῆλα κοινῶς μὲν πάντα τὰ τετράποδα· ὅθεν καὶ πᾶσα βύρσα, ὅ ἐστι πᾶν δέρμα, μηλωτὴ λέγεται· κατ᾽ ἐπικράτειαν δὲ τὰ πρόβατα καὶ αἶγες.* v. *Spanhemius* ad Callim. h. in Apoll. v. 51. ubi Scholiast. *καὶ γὰρ αἶγας μῆλα λέγουσι.* Pollux Onomast. 10. c. 45. *εἴποις δ᾽ ἂν καὶ μηλωτὴν τὴν τοῦ προβάτου δοράν. Φιλήμονος εἰπόντος ἐν Εὐρίπῳ· Στρῶμα μηλωτήν τ᾽ ἔχει.* Male, meo iudicio, *Hemsterhusius* ad Polluc. l. l. *Küsterus* in praefat. ad *Millii* N. T. *Valckenarius* in Scholis ad Act. Vol. 1. p. 367. *Wassenberghius* in Diss. de Glossis N. T. praemissa Scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. 1. p. 80. coniecerunt verba *ἐν αἰγείοις δέρμασιν* ex ordine esse delenda,

cum *μηλωτὴ* et *αἴγειον δέρμα* proprie unum idemque significent, ac proinde posterius, tanquam clarius et notius prioris sit interpretamentum. Imo distinguuntur h. l. *μηλωταὶ* ab *αἰγείοις δέρμασι,* et verba per asyndeton expressa sonant: partim ovillis induti pellibus, partim caprinis. Pelles ovium atque caprarum erant vestitus antiquissimus Propert. 4, 1. 12. *Curia, praetexto quae nunc nitet alta senatu Pellitos habuit rustica corda patres.* Claudian. Bel. Get. 481. *Crinigeri sedere patres pellita Getarum Curia.* Theognis de populo rudi v. 55. *ἀλλ' ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον.* Deae apparent Iasoni ap. Apollon. Rhod. 4, 1348. *στρέφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι.* Prophetas veteres et eos qui prophetae videri vellent, pallia hirta, villosa, maxime e pellibus ovillis et caprinis confecta gestasse patet ex 2 Regg. 2, 8. ubi Eliae, qui pallium hirsutum gestabat, tribuitur *μηλωτὴ* add. 1 Regg. 19, 13. qui propterea 2 Regg. 1, 8. appellatur בַּעַל שֵׂעָר quod *οἱ ό* vertunt: *ἀνὴρ δασύς.* Eliae pallium adeptus est Elisaeus 2 Regg. 2, 13. Zacharias 13, 4. de prophetis falsis וְלֹא יִלְבְּשׁוּ אַדֶּרֶת שֵׂעָר *nec induent porro pallium villosum* np. ex pellibus caprinis vel ovillis confectum add. Matth. 3, 4. 7, 15. Eiusmodi pallia h. l. plerique interpretes intelligunt. Cum vero h. l. sermo sit generatim de piis Dei cultoribus, qui exules ad extremam inopiam redacti oberrabant, et in asperrimis locis, ne in manus hostium inciderent, vivere coacti erant; praeoptanda videtur eorum sententia, qui haec verba non de palliis qualia prophetae gestabant, sed de pellibus ovium et caprarum crudis, nec consarcinatis explicanda esse censent. *ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι rebus ad vitam necessariis destituti,* penuria laborantes (Luc. 15, 14.) *vexati, miseriis afflicti.* Exprimitur his verbis omnino sententia haec: miserrimam vitam traxerunt exules, huc illuc agitati.

38. *ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι κ. τ. λ.*] *quorum consortio indignum erat impium seculum, vagantes per loca deserta, montes, speluncas, et cavernas subterraneas.* Verba *ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος* parentheseos nota interpretes haud pauci signanda censent.

Sed pertinent ad ea quae sequuntur, hoc sensu: homines illi pietate et fidei constantia insignes, quorum consuetudine ut fruerentur, quibuscum in eodem loco versarentur, homines impii indigni erant, per loca deserta, montes etc. vagari coacti erant conf. 1 Macc. 1, 56. 2, 28. 2 Macc. 5, 27. 6, 11. Alii respici putant Eliam v. 1 Regg. 19, 4 sq. Ineptam atque contortam *Carpzovii* interpretationem, qui haec verba ad κακουχούμενοι refert, hunc in modum: ὧν scl. κακῶν (ὑστερήσεων, θλίψεων) οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος *quorum indignus malorum* erat mundus, satis refutavit *Cramerus* ad h. l. σπήλαιον spelunca, rupis hiatus. Hesychius: σπήλαιον, ἄντρον. Repleta erat Palaestina cavernis subterraneis et speluncis montium, quas etiam tempore belli Iudaei fugientes petere solebant vid. ad Matth. 24, 16.

39. 40. Mens atque sententia scriptoris haec est: hi omnes quorum fides celebratur, eventum promissionis non viderunt, non facti sunt cives regni coelestis, quod Christus, in fine mundi, revocatis in vitam mortuis v. 35. et iudicio habito constituet, nondum assecuti sunt beatitatem summam, quam in regno Messiano se consecuturos esse sperarunt 11, 10. 13. 16. ne sine nobis perfecta et consummata felicitate fruerentur, ut nos eorum fidei constantiam imitantes et aemulantes, una cum iis beatitatis in regno Messiano exspectandae participes redderemur. In verbis ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι metaphora desumta est, ut vel satis aperte docent ea, quae 12, 1. 2. leguntur, a cursoribus in stadio, qui cursu prospere confecto, praemium reportant cf. not. ad 2, 10. Praemium quod illi pii et constantes Dei cultores nondum reportasse dicuntur, est ἐπαγγελία v. 39. memorata; hoc vocabulo h. l. ut saepius de re promissa adhibito, indicatur beatitas summa in regno Messiano exspectanda, atque adeo sensus verborum est: ut nobiscum ad plenam et perfectam felicitatem in Christi regno coelesti perveniant. Neque huic verborum explicationi adversatur locus 12, 23. ibi enim τετελειωμένοι omnino dicuntur ii, qui vitae cursu feliciter peracto, virtutis praemium consecuti sunt, ad felicitatem coelestem pervenerunt, beati. Pro τὴν ἐπαγγελίαν in nonnullis li-

bris scriptum extat ἐπαγγελίας, quae lectio e v. 13. in hunc locum translata est. Plerique interpretes τὴν ἐπαγγελίαν referunt ad resurrectionem corporis et beatitatem totius hominis in coelo aeternam. „*Melius* illud, scribit *Limborchius*, quod Deus *nobis providit*, est beata illa resurrectio in vitam aeternam. Illam enim Deus destinavit hominibus dare in consummatione seculorum, quando mundo finem est impositurus. Si autem temporibus prioribus ante natum Christum mundo finem imposuisset, illosque constantes ac fideles testes ex morte in vitam resuscitatos in coelestem felicitatem introduxisset, nos, utpote nondum nati, illa felicitate fuissemus exclusi. Sed cum Deus illam beatitudinem in haec posteriora tempora distulit, et dandam constituit per et propter Christum, melius quid nobis providit.“ *Ernestius* per ἐπαγγελίαν intelligit: felicitatem, quae inest in praesentia et adventu Messiae et maiore cognitione in his terris; ut sensus sit: Deus hac in re melius nobis, quam illis, consuluit, ne ante nos ea felicitate potirentur, quae inest in adventu et praesentia Messiae, qua utuntur ii, qui vivunt, postquam Christus natus est, afflictus, mortuus, in vitam revocatus et in coelum sublatus. *Wetstenius* sensum loci ita constituit: illi non acceperunt felicitatem promissam huius vitae, et maluerunt affligi atque mori propter Deum, certa fide nixi, Deum abunde omnia quae passi essent, bonis compensaturum; hoc non sine sapientissimo Dei consilio in literas relatum est, ut intelligeremus, haec exempla legentes, morte non omnia perire, sed melius quid pios in altera vita manere, ut nos promissionibus fidem habentes, aeque ac illi vexationes constanter sustineremus, ne ab illis die resurrectionis relinqueremur, sed una cum illis perfecti pronuntiaremur, atque aeternae felicitatis praemiis afficeremur. *Morus*, qui *Dindorfium* et *Iaspisium* adstipulatores nactus est, locum ita interpretatur: non pervenerunt ad huius vitae felicitatem omnibus partibus ac numeris absolutam, Deus nobis optime prospicere voluit, ne cum illi ornati essent consummata felicitate, nos in dubitationes coniiceremur, an perfecta et consummata felicitas post hanc vitam exspe-

ctanda esset. Quodsi enim aliquem his in terris ab omni parte beatum videremus, spes nostra de futura beatitate minueretur. Sed dum Deus ita rem instituit, ut nemo in hac vita ab omni parte beatus sit et plenissima fruatur felicitate, sic spei nostrae de tali felicitate olim obtinenda optime consuluit, nec quisquam conqueratur, se hac nunc destitutum esse. Hae vero *Ernestii*, *Wetstenii*, *Mori* explicationes alienae sunt a consilio et mente scriptoris eiusque reliqua oratione. vid. v. 33. 35. et not. ad 6, 12. 15. Neque admitti potest *Hammondi* interpretatio prorsus inepta, qui quae v. 39. 40. leguntur ad Maccabaeorum tempora refert, et respici statuit locum Gen. 22, 17. ubi Abrahami posteris promittitur, eos hostium suorum oppida occupaturos esse; cuius promissionis eventum cum Abrahami posteri nunquam viderint, scriptorem verbis v. 39. 40. declarare, longe meliorem fore ecclesiae christianae conditionem per Christum, quod in mediis afflictionibus florens esset futura, et tandem de omnibus hostibus victoriam reportatura. Adversus *Hammondum* acute et graviter dictum est a *Limborchio* et *Michaele*. *Storrius*, qui tamen per *ἐπαγγελίαν* plenam beatitatem in coelo intelligit, verba v. 39. *οὗτοι πάντες* referenda tantum esse putat ad eos qui inde a v. 35. commemorati sint. Sed ut probe monuit *Limborchius*, cuius verba mea facio, „de ipso Abrahamo eiusque uxore Sara, nec non filio v. 13. dicitur, quod mortui sunt non accepta promissione, sed eminus eam videntes. Latius ergo extendenda vox *hi omnes* v. 39. ad omnes hoc capite commemoratos; et quia hic totius capitis, omniumque hoc capite dictorum, scriptor conclusionem facit, etiam omnes hic includit.“ *κρεῖττόν τι melius quiddam* hoc sensu positum est: vivimus ultimis temporibus 1, 1. incidit nostra aetas in Iesu Messiae aevum, propius instat regni Messiani inauguratio 10, 37. *προβλέπεσθαι praevidere* etiam ita usurpatur, ut notet: *consulere, prospicere alicui, parare alicui aliquid* ut in vers. Alex. Ps. 37, 13. ubi in textu Hebraico legitur ראה. Ita quoque adhibetur verbum *προορᾷν, προορᾶσθαι* v. Oratt. Grr. Vol. 5. ed. *Reiskii* p. 915. ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι

ne sine nobis perfectam et consummatam felicitatem in coelo *nanciscerentur.* Haec verba non tantum docent, qui factum sit, ut illi veteres fidei constantiae laudibus conspicui, non reportassent *τὴν ἐπαγγελίαν*, sed continent etiam consolationem et excitationem ad constantiam et studium consequendae *τῆς ἐπαγγελίας*. De verbo *τελειοῦσθαι* vid. not. ad 2, 10.

CAPUT XII.

1. Postquam epistolae auctor fidei indolem eiusque vim et efficaciam permultis exemplis demonstravit et confirmavit; lectores suos cohortatur, ut illam priorum hominum, etiam in malis perferendis fidem atque constantiam, inprimis vero etiam Iesu Messiae, qui gravissima mala pertulerit, exemplum imitando exprimant; eosque admonet, in rebus adversis, quas Deus suis immittat, paternae castigationis consilium et usum inesse v. 1-11. Quo acrius autem scriptor lectores ad imitationem Christi, et maiorum constantiae compellat, comparat eos cum cursoribus in stadio; spectatores et testes esse dicit maiores pie defunctos c. 11. memoratos, qui quasi e coelo in hanc terram despiciant, et certaminis iudicem nominat Christum v. 1. 2. Hac metaphora a ludis veterum publicis desumta saepius etiam Paulus in epistolis suis usus est v. 1 Cor. 9, 24. Phil. 3, 12 sq. 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7. 8. *τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες προκείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων*] *quapropter nos quoque tanta testium nube undique cincti.* Vulgatus: *et nos tantam habentes impositam nubem testium.* Solent scriptores veteres, et Graeci et Latini, ad indicandam magnam et confertam multitudinem, quam vix perspicere aut numerare quis possit, vocabulis *νέφος*, *νεφέλη*, *nubes*, *nimbus* uti Ezech. 38, 9. LXX. *καὶ ἥξεις ὡς νεφέλη, κατακαλύψαι γῆν.* Ies. 60, 8. *τίνες οἵδε ὡς νεφέλαι πέτανται* ubi v. *Rosenmüllerus.* Hom. Il. δ', 274. *νέφος πεζῶν.* Schol. *νέφος, πύκνωμα, πλῆθος. ὁ τρόπος μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ ἀθροίσματος τῶν νεφῶν.* Hesychius: *νέφος, ἄθροισμα, πλῆθος.* Il. π', 66. *Τρώων νέφος.* Eurip. Hec. v. 907. *Ἑλλάνων νέφος.* Herodot. 8, 109. *νέφος*

ἀνϑρώπων. Alia exempla peti possunt ex *Elsneri*, *Palairetì*, *Kypkii* Obss. ad h. l. Liv. 35, 49. *peditum equitumque nubes.* Virg. Aen. 7, 793. *insequitur nimbus peditum.* Statius Thebaid. 9, 120. *Iaculantum nubes.* v. *Cerda* ad Virg. Aen. 12, 254. *Taubmanus* ad Georg. 4, 60. Indicatur ergo h. l. ingens, densa et conferta multitudo, corona testium spectantium. *Tittmanus* de synonymis in N. T. p. 82. νέφος a νεφέλη ita differre ait, ut νέφος indefinitum et indistinctum nimbum denotet, *das Gewölk*, νεφέλη autem singulas nubes, quae ex illo nimbo veluti massa nubila in certam aliquam formam coierint, *die Wolken;* et cum τὸ νέφος non pluribus, sed indistinctis et confusis partibus constet, etiam τὰ νέφη collective dici, ita, ut non plures nubes denotentur, sed totum illud velum, quo aut totum coelum, aut certe magna eius pars obtegatur. μάρτυρες sunt priorum seculorum homines fidei constantia insignes, qui 11, 39. μαρτυρηϑέντες, 12, 23. πνεύματα δικαίων τετελειώμενα dicuntur. περικείμενον *circumiacentem*, *circumdantem*, apposite, cum a nimbo imago petita sit. ὄγκον ἀποϑέμενοι πάντα] *omni onere deposito.* Ὄγκος *tumor*, ut annotavit ad h. l. *Münthius*, dicitur quicquid tumoris aut molis corpori accedit, vel a pinguedine et crassitie, vel a membrorum densitate, vel etiam a staturae proceritate, aut ab alia quacunque ratione, quae corpus ingens et minus agile reddat Antonin. Lib. fab. 13. ὄγκος τοῦ σώματος *corporis moles.* Diod. Sic. p. 85. D. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἀνϑρώπους ἡ πολυκαρπία φέρουσα τοῖς τε ἀναστήμασι τῶν σωμάτων καὶ τοῖς ὄγκοις ὑπερφέροντας κατασκευάζει *frugum etiam copia, ut proceritate corporum et crassitie homines excellant*, *efficit.* Philo V. Mos. 1. p. 605. C. de femina gravidam se simulante, τὰ περὶ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς τεχνάσασα. Ael. H. V. 14, 7. ὄγκος τοῦ σώματος ὑπὲρ τὰ γυμνάσια *moles corporis maior, quam quae esse solet in gymnasiis* np. per exercitia. Ael. H. An. 2, 3. σαρκῶν ὄγκος. Virg. Aen. 3, 656. de Polyphemo Cyclope: *vidermus ipsum inter pecudes vasta se mole moventem* Lucan. 9, 951. *Caetera curarum proiecit pondera.* Cursores, quo expeditiores essent, non solum vestimenta abiiciebant, et

nudi currebant, sed etiam crebris exercitationibus efficiebant, ne corpus nimis obesum et impeditum redderetur, omninoque omnia fugiebant, quae corporis agilitatem impedire possent. Itaque verba *ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα* reddenda sunt: deponite omnia onera quibus corpus gravatur, et cursus impeditur. Iam vero quaeritur, quid imagine remota, his verbis significetur? Nomen *ὄγκος* Chrysostomus explicat: *τὸν ὕπνον, τὴν ὀλιγωρίαν, τοὺς λογισμοὺς τοὺς εὐτελεῖς, πάντα τὰ ἀνθρώπινα somnum, negligentiam, viles et abiectas cogitationes, omnia humana.* Theophylactus: *τὸ βάρος τῶν γηΐνων πραγμάτων καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φροντίδων terrestrium negotiorum sarcinam, et curas illis admixtas.* Oecumenius: *τὸ βάρος τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ μετ' αὐτῶν τὴν ὀλιγωρίαν, καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν.* Cum *ὄγκος* per metaphoram etiam significet *superbiam*, *animi fastum*, plures interpretes hanc notionem h. l. huic vocabulo tribuunt, et intelligunt illam persuasionem, qua quis nimium sibi tribuens, indignas se afflictiones autumat; vel, tumorem quo inflati christiana sacra contemnebant, ritibus dediti. Sed superbiae nullam lectores in hac epistola notam tulerant; neque haec significatio allegoriae huius loci satis conveniens est. Alii verba explicant de amore nimio et anxia rerum terrenarum cura, quae animum deprimit, et ad defectionem incitat, cum pericula et calamitates ingruunt. Rectius pro mea quidem opinione statuitur, nomine *ὄγκος onus* significari rem quamcunque, sive externam, sive internam quae impediat quo minus cursus vitae christianae inter calamitates feliciter confici possit, rem quamcunque quae ad *πίστιν* infringendam faciat. *καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν*] Vulgatus: *et circumstans nos peccatum.* Fuerunt qui putarent, his verbis explicari vocabulum *ὄγκος*, quod praecessit, atque adeo particulam *καὶ* reddendam esse: *id est s. scilicet.* Sed praecessit *πάντα ὄγκον*, et voci *ἁμαρτία* v. 2. opponitur *πίστις*, et v. 4. *ἁμαρτία* defectionem a religione christiana declarat, quo significatu saepius in hac epistola recurrit v. 3, 13. 17. 10, 26. 11, 25. Contextus postulat, ut huic nomini hanc vim tribuamus, ut

animum ad defectionem propensum, animi inclinationem ad defectionem a religione christiana declaret. De sensu vocis εὐπερίστατος (quae in libris Graecis, qui ad nostram aetatem pervenerunt, non legitur) tum antiquiores tum recentiores interpretes in plures et varias partes secedere reperiuntur. Cum nomine περιστάσεις haud raro significentur *impedimenta*, *difficultates* et *molestiae* v. *Kypkius* et *Raphelius* Obss. Polyb. ad h. l. etiam *pericula* et *adversitates* v. 2 Macc. 4, 16. Phrynichus: περίστασις ἀντὶ τοῦ συμφορά· ubi v. *Lobeckius* p. 376. Hesychius: περίστασις· θλίψις, ἀνάγκη, μέριμνα: *Salmasius* de foen. trapez. p. 253. verba ἁμαρτία εὐπερίστατος explicat: *peccatum quo quis facile potest in turbas et molestias conjici*, ut Theophylactus: δι' ἣν εὐκόλως τις εἰς περιστάσεις ἐμπίπτει. οὐδὲν γὰρ οὕτω κινδυνῶδες ὡς ἁμαρτία. *Storrius:* (peccatum maxime periculosum) *die höchst gefährliche Sünde.* Hunc sensum *Ernestius* ad Glossas Sacrr. Hesych. p. 140. valde vulgarem et tenuem dicit. *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. p. 333. cui *Ernestius* adstipulatur, notat, περιστάτους esse *corona cinctos*, et usurpari hanc vocem de viris fama rerum gestarum claris, quos populus frequens assectetur cupidisque oculis admirabundus hauriat v. Suidas in περίστατοι et Harpocration; *Wetstenius* ad h. l. περιστάσεις esse turbae concursus affluentis ad aliquem spectandum vel audiendum; ἀπεριστάτους desertos ab amicis et adulatoribus. Hinc formulam ἀπερίστατος ἁμαρτία *Ernestius* explanat: peccatum, quod tot patronos, defensores et amatores habet, nempe propter eius illecebras iucundamque speciem, qua vulgo homines decipiuntur. Notat praeterea hoc epitheton non esse urgendum, sed inesse tantum aliquod peccati attributum, ut si dicas: *fliehet die so allgemein geschätzte, so beliebte Sünde. Böhmius* observat vocem εὐπερίστατος ἁμαρτία passivo sensu intellectam explicari posse: ἁμαρτία *quae multos habeat circumstantes* i. e. spectatores (ita *Wetstenius* verba intellexit), aut fautores, amatoresque, vel: *quae bonis utatur rebus circumstantibus* i. e. quae habeat suisque afferat bonam fortunam atque voluptates. Hanc

posteriorem interpretationem praeferendam esse iudicat. Animadvertit praeterea etiam, ἁμαρτίαν malum peccandi animum, quasi personae nomine indicari, et ὄγκος atque ἁμαρτία per zeugma, verbi ἀποτίθεσθαι *amovere* significatione esse coniuncta. Chrysostomus, cuius auctoritatem secutus est *Elsnerus*, εὐπερίστατος sensu activo sumit (v. *Elsnerus* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. 2. p. 49.), verba explicat: τὴν εὐκόλως περιϊσταμένην ἡμᾶς *peccatum quod nos facile cingit*, atque adeo, ut *Elsnerus* addit, *damnum periculumque creat et affert*. *Carpzovius*, *Schleusnerus* in Lex. vertunt: *decipiens*, *dolosus*, peccatum, quod nos facile pellicit et decipit. *Struenseius* et *Wakefieldius* in Silva, peccatum h. l. comparari autumant cum vestimento corpus undique cingente, et respici vestimenta orientalium fluxa, quae cruribus tam facile implicentur, adeoque cursum impediant. Sed desideratur locus, ubi verbum περιΐστημι de vestibus usurpatum extet. Reliquae quas proposuimus interpretationes sunt partim iusto artificiosiores et nimis alte petitae, partim imagini, qua scriptor usus est, non satis accurate conveniunt. Simplicissima et verissima verborum expositio nobis videtur esse haec: Peccatum saepius in literis sacris comparatur cum onere v. Ps. 38, 5, Ies. 1, 4. Gen. 18, 20. Imago depromta est h. l. a cursore ad metam tendente, et omne onus, omnia quae cursum impediunt abiiciente. Usus erat scriptor vocabulo generis ὄγκος, addit iam quid *inprimis* (καὶ saepius hanc significationem obtinere tritum est) amovendum sit, nempe peccatum. Vocabulum περιστάσεις inter alia notat *impedimenta* Max. Tyrius Diss. 36. c. 5. p. 190. ed. *Reisk.* de Diogene Cynico: τὰς περιστάσεις πάσας ἀπεδύσατο, καὶ τῶν δεσμῶν ἐξέλυσεν αὐτόν *omnibus se exuit impedimentis*, *et vinculis se expedivit* cf. *Kypkius* ad h. l. hinc εὐπερίστατον dicitur id quod impedimento est maximo (εὖ enim in compositis significatum auget), et h. l. ἁμαρτία εὐπερίστατος dicitur *peccatum quod cummaxime cursum impedit*, *die äusserst hinderliche Sünde*. Per ἁμαρτίαν autem intelligitur propensio ad defectionem a religione. δι' ὑπομονῆς *constanter* v. 10, 36.

διὰ periphrasin adverbii facit v. *Wahlii* Clav. sub v. διὰ n. 3. τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα] *decurramus certamen nobis propositum, wir wollen den uns obliegenden Wettlauf halten, vollenden.* Eurip. Alc. v. 489. οὐ τόνδ' ἀγῶνα πρῶτον ἂν δράμοιμ' ἐγὼ *non est hoc primum quod ego curram certamen.* Iphig. in Aul. v. 1456. δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ κεῖνον δεῖ δραμεῖν *oportet illum dura certamina propter te subire.* Herodot. 8, 102. πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται. Dionys. Halic. A. R. 7. p. m. 454. ὃς δὲ ἕτερον νυνὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγῶνα τρέχει *qui nunc alterum pro vita certamen currit,* subit. Stat. Thebaid. 3, 116. *miserabile currunt Certamen.* Cursus h. l. vocatur *certamen,* quia in utroque cum aemulis et adversariis est decertandum. Aliis ἀγὼν est locus ipse quo curritur, *stadium* ut ap. Thucyd. 5, 50. προκεῖσθαι dicitur etiam id quod alicui faciundum, suscipiendum est Herodot. 9, 59. ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου. Ioseph. Ant. 11, 6. 13. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς — εὐθὺς ἐξορμήσαντες τὴν προκειμένην ὁδὸν ἤνυον *equites autem, e vestigio profecti, iter suscipiendum conficiebant.* Cic. pro Flacco c. 37. *magnum ei erat certamen propositum.* Caeterum imagini subest sententia haec: in rebus adversis constanter retineamus fidem.

2. Persistit scriptor in metaphora cursus et stadii, atque Christum qui cursum iam prospere confecerit exhibet certaminis iudicem. ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν] *intuentes fidei auctorem et remuneratorem Iesum:* ἀφορᾷν notat *intentis oculis aliquid, aliquem, adspicere* Ioseph. Ant. 4, 4. 7. Ἀαρὼν θνήσκει, τοῦ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος. vid. *Kypkius.* H. l. verbum ἀφορᾷν eo sensu positum legitur, ut sit: *diligenter perpendere, considerare,* exemplum Christi imitandum sibi proponere. Etenim ἀρχηγὸς ut Lat. *auctor,* dicitur is, *qui prior aliquid facit* ita, ut aliis sit exemplo, hinc ἀρχηγὸς ut Lat. *auctor,* significat etiam *exemplum.* Sic 1 Macc. 9, 61. ἀρχηγοὶ τῆς κακίας sunt *exempla malitiae.* Mich. 1, 13. Lachisch vocatur ἀρχηγὸς ἁμαρτίας *auctor, exemplum peccati.* v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad

Act. 3, 15. Cic. Fin. 4, 16. *Cato omnium virtutum auctor* i. e. exemplum. Verr. 3, 26. *unum auctorem facti tui praeter.* N. D. 3, 38. *auctoritatem dare* i. exemplum. Hanc notionem ut h. l. vocabulo ἀρχηγὸς substituamus, orationis contextus requirit, sequitur enim ὃς ὑπέμεινε σταυρὸν κ. τ. λ. Christus ἀρχηγὸς πίστεως auctor, exemplum fidei, quatenus fiduciam suam in Deo collocarat, constanter calamitates ac mortem violentam pertulerat, et ad summam dignitatem ac maiestatem coelestem evectus erat. Christianorum fides, quam h. l. Christus τελειωτὴς remuneraturus esse dicitur, est certa ac firma exspectatio felicitatis summae in coelo per Christum consequendae, cursu feliciter confecto, constanter toleratis calamitatibus propter religionis christianae professionem subeundis. Allegoria h. l. petita est a cursoribus defatigatis, qui conspecto brabeuta, ipso quondam victore, ultimas vires colligunt. τελειωτὴς *brabeuta, certaminis magister*, qui in stadio aliquem victorem declarat, eique praemia decernit et confert, *remunerator*. Philo 2 Alleg. p. 74. C. πότε οὖν ὦ ψυχὴ μάλιστα νεκροφορεῖν σαυτὴν ὑπολήψῃ· ἆρά γε οὐχ ὅταν τελειωθῇς καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἀξιωθῇς *quando animus maxime videberis mortuum ferre? num quando metam attigeris, et praemiis coronisque dignaberis?* ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς κ. τ. λ.] *qui propter felicitatem ipsi pro praemio propositam, contemta ignominia crucis supplicium subiit.* Haec verba *Wolfius* et *Wetstenius* hunc in modum explanant: cum potuisset huius vitae gaudiis frui, sponte tamen se iis abdicavit, maluit crucis mortem sustinere, postposuit privatum commodum bono publico. Alii, ut *Heinrichsius*, *Dindorfius*, *Schottus*, verbis hunc substituunt sensum: qui loco (ἀντὶ) propositae ipsi laetitiae, cum conditionem suam beatam, porro obtinere potuisset etc. Hae interpretationes loquendi usui minime [con]gruant; sed vulgaris verborum explicatio: non detre[ctavit] crucis supplicium, ut ipsi contingeret summa felici[tas,] [quae] contextui et consilio tam exacte respondet, ut ea vera existimanda sit. Scilicet praepositio ἀντὶ haud de pretio pro quo consequendo aliquis aliquid agit,

usurpatur, ita ut idem valeat quod ἕνεκα *propter*, *ratione* *habita* v. infra v. 16. Eph. 5, 31. Luc. 1, 20. Si mens et sententia scriptoris fuisset: cum potuisset semper summa apud Deum beatitate frui, non voce προκειμένη, sed παροῦσα aut simili usus fuisset; sed προκειμένη indicat rem, quam quis nondum adeptus est, sed adipisci cupit aut sperat; et verbum προκεῖσθαι saepius de *praemiis propositis* occurrit vid. not. ad 6, 18. Vocabulum χαρὰ felicitatem summam et perennem h. l. notat, ut Matth. 25, 21. 23 v. not. de eadem felicitate etiam verbum χαίρειν positum extat 1 Petr. 4, 13. Locus Ioh. 17, 13. quem *Böhmius* laudavit, huc non pertinet cf. quae ad Ioh. l. l. observavimus. Ad confirmandam interpretationem propositam alii locoque loci faciunt v. Luc. 24, 26. Ioh. 17, 5. 1 Petr. 1, — Phil. 2, 9. Est vero etiam haec verborum expositio contextae orationi apprime conveniens. Cohortatur enim epistolae conditor christianos ad fidei constantiam in afflictionibus sustinendis proposita spe praemii felicitatis summae et perpetuae. Sermo igitur est de praemio quod nondum consecuti erant, sed quod petendum et sperandum erat; et ad felicitatem illam obtinendam ut lectores suos eo acrius incitet scriptor, proponit iis Christi iam remuneratoris fidei ipsorum exemplum, qui praemium a Deo Patre propositum spectans, ultima mala perpessus, illud consecutus sit, ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν, quibus verbis scriptor ipse declaravit, quonam sensu vocabulum χαρὰ quod praecessit, accipiendum sit. ὑπέμεινε ὂν σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας] sustinuit crucis supplicium, ut etiam summa huius supplicii ignominia non moveretur ad illud declinandum. Servi tantum nequissimi, aliique homines insigniter scelerati hoc supplicio afficiebantur v. Ioseph. B. I. 2, 14. 9. Petron. c. 3. *Langii* Obss. Sacr. p. 152 sq. *Wetstenius* ad Matth. 27, 38. Verbum καταφρονεῖν quod in libris N. T. cum genitivo construitur, ut ap. Xen. Ages. 1, 28. Aeschin. Socr. 2, 8. Herodi. 3, 3. 6. Phalarid. ep. 97. p. 786. ed. *Lennep.* Suidas: καταφρονῶ· γενικῇ) construitur etiam ab optimae notae scriptoribus cum accusativo v. Herodot. 1, 27

p. 27. ed. *Wessel.* 8, 10. p. 623. Thucyd. 8, 8. Thom. Mag. *καταφρονῶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μὲν γενικῇ συντάσσεται, ἔστι δὲ ὅπου καὶ αἰτιατικῇ.* Quod ultima verba attinet *ἐν δεξιᾷ κ. τ. λ.* vid. not. ad 1, 3. Pro *ἐκάθισεν* quod ex locis parallelis in locum translatum est, multi codd. exhibent *κεκάθικεν,* quam lectionem recte in ordinem receperunt *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Schottus*, *Vaterus*.

3. Ad lectores diserte se convertit oratio. *ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην κ. τ. λ.*] *considerate* (vid. *Kypkius* ad h. l.) *autem eum*, dignitatem, sanctitatem eius v. 7, 26. 4, 15. *qui talem* tantamque *adversus se repugnantiam ab impiis expertus est.* Verbum *ἀντιλέγειν* non tantum significat *se alicui verbis*, sed etiam *factis opponere*, *rebellem esse*, ut Hebr. רִיב. Hos. 4, 4. סָרַר Ies. 65, 2. ubi οἱ ό habent: *πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα·* add. Ioh. 19, 12. Tit. 2, 9. Sic *ἀντιλογία* quod Iud. v. 11. *rebellionem* indicat, h. l. omnino *repugnantiam* declarat. Petebant nimirum Iudaei Iesum conviciis, calumniis, eum Messiam reiiciebant, tanquam impostorem in crucem agebant. In nonnullis libris pro *εἰς αὐτὸν* legitur *εἰς αὐτοὺς*, e glossemate; superflua videbantur grammatico verba *εἰς αὐτὸν* relata ad Iesum, et nomen *ἀντιλογία* accipiebat de repugnantia, qua Iudaei saluti suae adversati essent. Theodoretus *εἰς αὐτοὺς* refert ad *ἀναλογίσασθε*, et positum esse ait pro *παρ' ὑμῖν αὐτοῖς*, repugnante verborum ordine. *ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι*] *ne defatigemini calamitatibus pressi*, ne labet fiducia vestra in Deo et Christo reposita, ita ut animo deficiatis, malis succumbatis, a religione Christi desciscatis. Bene *Castellio* vertit: *ne despondeatis defatigati animos.* Verbum *κάμνειν* ponitur de iis, *qui defatigati*, *corporis viribus destituti sunt*, ut ap. Aeschin. Dial. 2, 1. *de via fessis* v. *Valckenarius* ad Eurip. Phoen. p. 323. hinc etiam de *aegrotis* ut sit *morbo laborare* ap. Aeschin. Socr. 2, 4. ubi *ὑγιαίνειν* et *κάμνειν* sibi invicem opponuntur. Xen. Cyr. 1, 6. 16. add. Herodi. 3, 14. 4. Hesychius: *κάμνει· νοσεῖ.* Ad animum translatum notat: *animum despondere*, *animo*

deficere Ioseph. Ant. 6, 13. μὴ κάμνειν τοῖς παροῦσι *ob praesentia mala non despondere animum.* v. *Kypkius* ad h. l. Philo de migr. Abr. p. 422. E. ἐὰν μέντοι σκοπούμενος μὴ ῥᾳδίως καταλαμβάνῃς ἃ ζητεῖς, ἐπίμενε μὴ κάμνων *quodsi quaesita non statim se offerent, insta, et deficere noli.* Verbum autem ἐκλύεσθαι *exsolvi*, adhibetur de *languore corporis* e fame, siti, via, erratione, aliisque laboribus orto ut Matth. 15, 32. 1 Macc. 3, 17. Sir. 43, 10. Marc. 8, 3. ubi interpretes Alexandrini יָעֵף reddiderunt ἐκλυόμενος, sed Ies. 40, 29. πεινῶν et Ier. 31, 25. διψῶν. add. Ier. Thren. 2, 19. ubi ἐκλυομένων λιμῷ positum invenitur. Ier. 12, 5. σοῦ οἱ πόδες τρέχουσι καὶ ἐκλύουσί σε *lassum te reddunt.* De *languore animi*, de iis *qui animis cadunt, quorum vires animi franguntur*, legitur ap. Diod. Sic. Lib. 20. init. ἐκλυθέντες τὰς ψυχὰς *animis lassati.* v. *Kypkius* ad h. l. Caeterum utrumque verbum κάμνειν et ἐκλύεσθαι desumtum est e palaestra, ab athletis et luctatoribus, qui corporis viribus debilitati et fracti, omnique spe vincendi abiecta, victas manus dant adversario, palmamque ei concedunt v. *Faber* in Agonist. Lib. 1. c. 8. Verba ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν sunt qui cum verbo κάμητε coniungant, ut *Beza, Knappius, Vaterus, Storrius, Böhmius*; alii, quorum in numero sunt *Bengelius, Cramerus, Griesbachius, Matthaeius, Schottus*, ea, incisi nota post verbum κάμητε posita, cum participio ἐκλυόμενοι copulant. Sensus eodem redit. Assentior tamen iis qui verba ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ad ἐκλυόμενοι pertinere putant. Verbum enim κάμνειν translatum ad animum etiam apud alios scriptores simpliciter positum legitur, ut Iosephi loco supra laudato cf. etiam *Kypkius* ad h. l. et ut hoc loco ad accuratius definiendam significationem verbi ἐκλύεσθαι additum est ταῖς ψυχαῖς, ita hoc idem nomen adiectum extat ap. Diod. Sic. l. l. ap. Plutarch. in Arato p. 1049. quem locum *Kypkius* citavit, ταῖς διανοίαις ἐκλελυμένους 2 Regg. 17, 2. ἐκλυόμενος χερσί. cf. etiam *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. infra v. 5. legitur ἐκλύου omisso vocabulo ψυχὴ, quia scriptor v. 3. addita voce ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, accuratius vim ac potestatem verbi constituerat.

4. Admonitionem suam ad constantiam in calamitatibus probandam, scriptor ratione adstruit, petita a levitate malorum, quae lectores adhuc pepessi essent, quae cum Christi calamitatibus non comparari possent. *οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε*] nondum *usque ad sanguinis profusionem restitistis*. Nondum ex vobis aliquis extrema, ipsam necem passus est, libertatis tantum, opum iacturam fecistis, ignominia affecti, in exilium eiecti estis. *μέχρις αἵματος* idem notat quod *μέχρι φόνου* s. *θανάτου* 2 Macc. 13, 14. *ἀγωνίσασθαι μέχρι θανάτου περὶ νόμων*. Heliod. 7, 8. *τὸν αἴτιον τὴν ἐπὶ τῇ προφητείᾳ καὶ μέχρις αἵματος στάσεως*. Voc. *αἷμα caedem, mortem violentam* indicat, ut Hebr דם v. 2 Sam. 3, 28. Herodi. 2, 6. 6. et 22. Matth. 23, 30. 27, 24. Eurip. Orest. v. 36. ubi scholiast. *αἷμα* explicuit per *φόνος*. Metaphora autem h. l. non est petita a cursoribus, sed a pugilibus. *πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι*] *adversus peccatum certantes*. Ael. H. V. 2, 8. *ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης*. add. Xen. Cyr. 1, 6. 8. *ἁμαρτία peccatum* est defectio a religione christiana vid. notat. ad v. 1. *Ernestius, Carpzovius, Boltenius, Heinrichsius*, *πρὸς τὴν ἁμαρτίαν* dictum esse putant pro, *πρὸς τοὺς ἁμαρτωλούς*, ut intelligantur Iudaei et gentiles, christianos ad defectionem a religione sollicitantes. Sed inest verbis *προσωποποιΐα*, ut recte animadvertit *Böhmius*. Pugnarant ergo ep. lectores adversus peccatum 10, 32 sq. et nondum defecerant, sed defatigati v. 12. et ad defectum propensi erant. Metuenda erat defectio, si mortis periculum et graviora mala ingruerent.

5. Paterni amoris documentum sunt mala quae Deus immittit. *καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως*] *tamen obliti estis cohortationis illius*. Haec verba per interrogationem intelligenda esse statuunt *Ernestius*, *Baumgartenius, Struenseius* et *Böhmius*, qui ad h. l. observavit: sine dubio tum Hebraeos nondum propter calamitates defecisse, adeoque ipsum hoc *ἐκλέλησθε* lectoribus durius, non nisi interrogando obiectum fuisse. Sed recte annotarunt *Wolfius* et *Moldenhauerus*, nil discriminis esse quoad sensum,

utram lectionem sequaris, et convenientius esse verba haec pro assertione simplice habere, quam antecedentes phrases secum ferant. Mens scriptoris haec est: vos tamen propensi estis ad defectionem cf. v. 1. 12. 10, 25. ubi v. not. ita agitis, ac si immemores sitis admonitionis illius, calamitates a Deo immissas esse signum amoris paterni, esse salutares. Continent haec verba reprehensionem cum cohortatione coniunctam, nolite ita agere etc. *παράκλησις* non *consolationem*, sed *cohortationem* indicat. Ut hanc vim vocabulo subiiciamus, postulant verba quae sequuntur, et ipsa imago a scriptore hactenus proposita, quae et h. l. respicitur. Perstat enim in translatione a cursoribus et athletis desumta, qui spectatorum vocibus et plausu excitabantur et incitabantur. Aelian. H. A. 6, 1. *δέονται μὲν οὖν ἄνθρωποι λόγου τοῦ προτρέψοντος καὶ ἀναπείσοντος ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ τὴν μὲν δειλίαν διώξοντος, τὸ δὲ εὔθαρσὲς παρασκευάσοντος· ἀθληταὶ μὲν ἐς τὰ στάδια, στρατιῶται δὲ ἐς τὰ ὅπλα homines ut boni ac fortes sint, hortatione egent, et suasionis oratione plena, quae et metum tollat, et addat animos: athletae quidem ad stadia hortandi sunt, milites ad arma. ἥτις διαλέγεται* np. *παράκλησις*. Admonitio ipsa tanquam persona h. l. loquens inducitur, et *διαλέγεσθαι*, de cuius verbi potestate varia vid. *Dresigius* de V. M. p. 241. in hac verborum complexione significat *alloqui*, ut ap. Herodi. 1, 5. 2. 2, 7. 10. *υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει κ. τ. λ.* laudatur locus Prov. 3, 11. 12. ita, ut verba versioni Alex. accurate respondeant, nisi quod Hebr. בני in versione illa expressum sit *υἱέ*, et in cod. Alex. pro *ἐλέγχει*, quod in cod. Vatic. extat, legatur *παιδεύει*, quod verbum ex h. l. in cod. Alex. migravit. Voluit autem epistolae auctor, illum locum laudans, lectores suos admonere, ut sapientiae regulam ibi propositam, etiam sibi dictam statuerent. *μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου*] *noli disciplinam Dei spernere: ὀλιγωρεῖν negligere, contemnere*. Hesychius: *ὀλιγωρεῖ, ῥαθυμεῖ, ἀμελεῖ, ἢ ὀλίγην ἔχων φροντίδα*. Xen. Mem. 2, 4. 3. *τῶν φίλων ὀλιγωροῦντας* ubi commutatur cum *ἀμελεῖν*. Herodi. 1, 1. 1. ubi ei opponitur *ἐπιμελεῖν*. In textu Hebr.

Prov. l. l. positum comparet verbum מאס, quod Aquila expressit *ἀποδοκίμασον*. Vocabulo *παιδεία* *disciplina* quae cernitur in institutione, admonitione, beneficiis, exercitiis molestis, h. l. significatur *castigatio*, et intelliguntur mala et calamitates quibus Deus homines afficit, ut meliores atque felices reddantur Sir. 10, 25. *ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει παιδευόμενος*. 18, 14. *τοὺς ἐκδεχομένους παιδείαν ἐλεεῖ*. In textu Hebr. Prov. l. l. legitur nomen מוּסָר. Eodem sensu etiam verbum *παιδεύειν* quod respondet Hebr. הוֹכִיחַ h. l. adhibitum legitur, ut Apoc. 3, 19. De poenis nostro loco non est sermo, nam agitur de malis ob religionis christianae professionem toleratis aut tolerandis. *μηδὲ ἐκλύου, ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος*] *neque animo cadas, ab eo correctus*. *ἐλέγχειν* idem valet quod *παιδεύειν* ut Apoc. 3, 19. 2 Sam. 7, 14.

6. *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται*] *et unumquemque filium, cui bene cupit, verberat* i. castigat, durius tractat. In textu Hebraico Prov. l. l. legitur: וּכְאָב אֶת־בֵּן יִרְצֶה *et ut pater illis bene cupit*, sed Alexandrinus interpres pro וכאב legit יַכְאִיב *dolore afficit* v. *Rosenmüllerus* ad Prov. Castigationes vel durissimas documentum esse amoris divini, etiam Iudaeorum magistri statuebant vid. *Schöttgenius* Hor. Hebr. ad h. l. *μαστιγοῦν* quod proprie notat *verberare*, saepius latiori significatu ponitur, ita, ut omnino significet: *dolore, calamitatibus* etiam *poenis aliquem afficere, durius tractare aliquem* v. Tob. 13, 2. Sap. 12, 22. 16, 16. h. l. idem delarat quod *ἐλέγχειν* et *παιδεύειν castigare, severius tractare* cf. si videtur quae de verbo *μαστιγοῦν* disputavimus ad Marc. 3, 10. *ὃν παραδέχεται quem amat, qui ei placet, quo delectatur*. Alexandrinus interpres hoc verbo reddidit Hebr. רצה. Philo 3 de vit. Mos. p. 695. B. *οὐκ ἐπειδήπερ ἔμελλεν — ἱερουργίας ἀσεβῶν παραδέχεσθαι non quod — esset sacris improborum gavisurus*. Aliis in locis veluti Mal. 1, 10. Amos. 5, 22. Ies. 42, 1. Alexandrini interpretes Hebr. רצה expresserunt verbo *προσδέχεσθαι*.

7. E loco V. T. laudato hanc conclusionem scriptor efficit: *Si castigamini, Deus vos ut filios tractat, quis*

enim est filius, quem pater non castiget? Pro εἰ exhibent εἰς ADE. al. 17. ap. *Wetsten.* et *Griesb.* 5 ap. *Matth.* verss. Arab. Aeth. Armen. Origen. Damasc. Procop. ex his notatis libris aliqui εἰς παιδείαν coniungunt cum παραδέχεται (εἰς παιδείαν. Ὑπομένετε), alii cum verbo ὑπομένετε. Vulgatus reddidit: *in disciplina perseverate,* ac si scriptum esset ἐν παιδείᾳ. *Griesbachius* lectionem εἰς probabilem iudicavit. *Matthaeius* εἰς παιδείαν in contextum recepit. Suspicatur εἰς ob vicinum εἰ δὲ χωρὶς v. 8. et quod paulo durius dicatur εἰς παιδείαν ὑπομένειν, a nonnullis correctum esse, neque tamen hanc loquendi rationem prorsus inusitatam esse, probat loco Ier. 14, 19. ὑπεμείναμεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθὰ, εἰς καιρὸν (ὑπεμείναμεν) ἰάσεως, καὶ ἰδοὺ ταραχή· et Thren. 3, 26. ὑπομενεῖ καὶ ἡσυχάσει εἰς τὸ σωτήριον κυρίου. Sed hi loci non sunt nostro similes, et ὑπομένειν ibi valet *exspectare.* Improbant lectionem εἰς παιδείαν *Millius, Bengelius,* (*Vaterus* dubitanter scripsit) *Knappius* (cui erratum perantiquum est) et reliqui critici et interpp. praeter *Zegerum* et *Estium* ex antiquioribus. *Wolfius* et *Carpzovius,* cui suffragatur *Böhmius,* notant: nec concinnitatem, nec sequentem apodosin huic lectioni favere. Ac *Böhmius* quidem (cuius verba apponam) coniicit „ab auctore nec ipsum nudum εἰ, neque vero εἰς profectum esse, sed scriptum fuisse forsitan εἴ τι, dictione bene (Aeschin. dial. 2, 1. de Syracusanis: βουλόμενοι τὶ (i. e. aliquantulum) ἐξαπατῆσαι τὴν πόλιν) Graeca id. qd. *si aliquantulum* i. e. aliquantulo modo ac tempore; de qua re vid. 1 Petr. 1, 6. 5, 10. haec verba maiusculis continuis literis exarata, cum quid sibi vellet τὶ h. l. non satis intelligeretur a primo quoquam librario, facili errore, ne omnino id, quod praeter εἰ adesset, totum deleretur, in εἰς, infelici fato transmutata esse.“ Mihi sic videtur. Fortasse εἰ incuria librarii omissum erat, grammaticus, qui παιδείαν coniungebat cum παραδέχεται (Oecumenius: εἰς παιδείαν καλεῖ, οὐκ εἰς κόλασιν), inter lineas scribebat εἰς, quod librarii in ordinem recipiebant. Alius qui verba εἰς παιδείαν coniungebat cum ὑπομένετε, cui tamen haec formula insolen-

tior videretur, corrigebat *ἐν παιδείᾳ*. Verbo *ὑπομένειν* non inest notio *patientiae*, sed *παιδείαν ὑπομένειν* simpliciter notat: *castigari*, *castigationem experiri*, *durius tractari* i. calamitates perferre. Etenim non sequitur: si eas non constanter perfertis, sed v. 8. legitur: *εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας*, confirmant etiam hanc interpretationem ultima v. 7. verba. *προσφέρεσθαί τινι* sequente dativo personae denotat: *se gerere erga aliquem*, *tractare aliquem* Xen. Anab. 5, 5. 19. *οὐ γὰρ ὡς φίλοι προσεφέροντο ἡμῖν*. Cyr. 8, 1. 21. *τοῖς μὲν δὴ μὴ παροῦσιν οὕτω προσεφέρετο*. Herodi. 1, 13. 14. *ἀπίστως προσεφέρετο πᾶσιν*. Plura exempla congesserunt *Wetstenius*, *Kypkius*, *Münthius*, *Loesnerus* ad h. l. add. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 246. *Dresigius* de Verb. Med. p. 24. 446. ed. *Fisch.* Caeterum quod sententiam ipsam h. l. prolatam attinet, hic adiiciam locum luculentum Senecae de Providentia c. 1. extr. *Inter bonos viros ac Deum amicitia est, conciliante virtute. Amicitiam dico? imo etiam necessitudo et similitudo: quoniam quidem bonus ipse tempore tantum a Deo differt, discipulus eius, aemulatorque* [infra v. 10. *εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ*], *et vera progenies: quem parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut severi patres, durius educat. Itaque cum videris bonos viros acceptosque diis, laborare, sudare, per arduum ascendere, malos autem lascivire, et voluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia: illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de Deo liqueat. Bonum virum in deliciis non habet* [i. non molliter educat]; *experitur, indurat, sibi illum praeparat.*

8. *Si autem expertes estis castigationis, cuius participes facti sunt omnes, sequitur vos esse spurios, non filios.* *εἰ χωρὶς ἔστε παιδείας* si estis sine disciplina, sine qua nemo facile censeri potest genuinus Dei filius. Nonnulli haec verba, praeeunte Theodoreto (*εἰ τοίνυν ὑμεῖς τὴν παιδείαν ἐκκλίνετε, τῆς τῶν νόθων μερίδος ἔστε*) explicant: si vos calamitatibus subducere vultis s. subducitis. Sed haec sententia verbis non inest. Sensum loci bene hunc in modum expressit *Iaspisius:* Proinde, si et

vobis confligendum est cum aerumnis ac varii generis calamitatibus, inde certo colligere potestis, et vos a Deo amari, et eum vestrum quoque curam gerere: at si nullis prorsus exercemini afflictionibus, metuendum est, ne Deus vos neglexerit. *πάντες* scl. *υἱοὶ* quibus Deus favet coll. v. 6. respicit scriptor etiam ad eos de quibus c. 11. sermo fuerat. *ἄρα* transitum facit ad ea, quae natura sua e verbis proxime praecedentibus sequuntur, ut qua sensum sit: *inde sequitur, inde patet* v. *Wahl.* Clav. *νόθος spurius*, non legitimo concubitu genitus. Phavorinus: *νόθος, ὁ μὴ γνήσιος υἱὸς, ἀλλ' ἐκ παλλακίδος.* „Plerumque autem (verbis *Carpzovii* utor) eius generis sobolem omnino non curant parentes, parvoque ad vilem plebem remittunt pretio, nec de illius educatione, moribus, vita, actionibus solliciti, *χωρὶς παιδείας* relinquunt.“ H. l. *νόθος* significat eum, qui non pertinet ad Dei familiam sanctam, quem Deus ita tractat, ut plerumque homines filios spurios tractare solent, cui Deus non favet, quem non curat. Caeterum in iudicanda et explicanda imagine h. l. proposita reputandum est, ardere scriptorem studio afflictos erigendi, et a defectione non abhorrentes ad constantiam incitandi, neque in comparationibus singula esse nimis premenda.

9. Affertur alia ratio, cur patienter tolerandae sint calamitates propter religionis professionem subeundae. Instituit scriptor comparationem disciplinae parentis humani cum Dei disciplina. V. 9. continet argumentationem a minori ad maius; et v. 10. ex diversa disciplinae ratione efficitur, Dei disciplinam esse longe praestantiorem et salubriorem, quam patrum naturalium disciplinam. *εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας κ. τ. λ.*] *cum porro experti parentum nostrorum naturalium disciplinam eos revereremur.* Pro *εἶτα* libri nonnulli habent *εἰ δὲ*, quae lectio librariis et grammaticis suam originem debet, cum praecesserit v. 7. *εἰ*, et v. 8. *εἰ δὲ*, codd. magno consensu exhibent *εἶτα.* Hanc autem particulam *εἶτα* interpretes haud pauci vertendam esse censent *itane? siccine?* Ac saepius quidem *εἶτα* usurpatur in interrogationibus quae

fiunt cum quadam animi indignatione et admiratione Plato Apol. Socr. 16. *εἶτ' οὐκ αἰσχύνει, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύσας, ἐξ οὗ κινδυνεύεις νυνὶ ἀποθανεῖν;* Athen. 13. p. 559. *Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εἶτ' ἐγώ ποτε κακῶς Ἐρῶ γυναῖκας; itane ego, venerande Iupiter! unquam male loquerer de mulieribus?* add. Ael. H. V. 13, 41. v. *Albertius* ad h. l. *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. v. 70. ad Lucian. dial. mort. 18. p. 408. *Valckenarius* ad Eurip. Phoenn. v. 549. *Vigerus* p. 397. Sed retinenda est vulgaris particulae *εἶτα* significatio *porro, deinde.* Sedate enim inde a v. 7. procedit oratio, et *εἶτα porro*, novum argumentum proferri indicat. *οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν;*] *nonne multo magis nos subiiciamus animorum educatori, ut felices evadamus.* In verbis *τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων* interpretandis, mirifice dissentiunt interpretes. Ex sententia *Bezae, Wetstenii* aliorumque *πατέρες τῆς σαρκὸς* parentes, per quos Deus nobis corpus dedit, a quibus vitam corpoream habemus, opponuntur *πατρὶ τῶν πνευμάτων Deo qui mentes creavit.* Notant Deum in literis sacris appellari *Deum animorum* ut Num. 16, 22. et 27, 16. אֱלֹהֵי הָרוּחֹת לְכָל־בָּשָׂר (h. e. *qui omnibus* vitam *dedisti*) LXX *Θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός.* Zach. 12, 1. וְיֹצֵר רוּחַ־אָדָם בְּקִרְבּוֹ *qui hominis animum creavit.* Provocant etiam ad loca magistrorum Iudaicorum, ut *Ialkut Rubeni* f. 162, 1. *et sustuli vocem meam et dixi: domine Deus spirituum, ostende mihi visionem tuam.* Alios locos vid. ap. *Wetsten.* Monuerunt contra alii, non spectari h. l. originem animorum, eam nil omnino huc facere. Plures interpretes verba *πατέρες τῆς σαρκὸς, πατὴρ πνευμάτων* vertunt: *leibliche Väter — geistlicher Vater*, et per *πατέρας τῆς σαρκὸς* intelligunt parentes, qui nos in hanc vitam genuerunt, atque formulae *πατὴρ πνευμάτων* hunc substituunt sensum: pater qui animis nostris prospicit. Alii, in his *Morus, Bauerus* (in Rhetorica Paulina T. 2. p. 346), *Dindorfius, Iaspisius, πατέρες τῆς σαρκὸς* interpretantur: parentes qui curant corpus, res externas, huius vitae tantum memores, et rerum terrestrium, humanarum, civi-

lium; et πατὴρ πνευμάτων, qui animum curat, ut emendetur, animorum educator. *Böhmius* negat verba τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρες et πατὴρ πνευμάτων sibi invicem exacte opposita esse, et post πνευμάτων repetendum esse ἡμῶν, nam non legi πνεύματος, qui genitivus accurate responderet antegresso τῆς σαρκὸς, nec illud πνεύματος collocatum esse inter τῷ et πατρὶ, quae verborum oppositio exspectanda esset, si exacta h. l. valeret oppositio σαρκὸς et πνεύματος i. e. ψυχῆς, alias obvia. Per πνεύματα igitur intelligit *manes*, coll. 12, 23. 1 Petr. 3, 19. qui ipsi veri homines sunt, quatenus immortales s. post mortem adhuc vivi habentur; ut adeo πατὴρ πνευμάτων sit: tutor, sospitator, patronus piorum hominum tanquam immortalium. Hanc vero interpretationem longius petitam esse, in oculos sponte incurrit. Concedamus verba ipsa non exacte sibi esse opposita, sed negari nequit, duo huius versiculi membra sibi invicem opposita esse, et in altera versiculi parte indicare voluisse scriptorem, cur christiani se Deo submittere debeant, quod nimirum sit πατὴρ πνευμάτων, admissa autem *Böhmii* horum verborum interpretatione, non satis perspicitur, cur Deo propterea sit parendum. Equidem accedo iis interpretibus, quibus τῆς σαρκὸς πατέρες sunt *parentes naturales* (Rom. 9, 8. τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς *filii naturales*) iidemque infirmi. Hanc enim notionem cum hisce verbis scriptorem coniunxisse, ipse v. 10. declarat, ubi de his parentibus profitetur, eos παιδεύειν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς. Deus autem dicitur πατὴρ πνευμάτων, quatenus animum nostrum curat, ut emendetur, nos ad consequendam felicitatem perennem educat. Sic fere vocabulum *parens* legitur ap. Quintil. 2, 9. *discipulos id unum interim moneo, ut praeceptores non minus quam ipsa studia ament; et* parentes *esse non quidem corporum*, *sed* mentium *credant*. Hanc interpretationem confirmat orationis contextus. Sequitur enim v. 9. extr. καὶ ζήσομεν, v. 10. εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. Obversata autem est, ut nobis quidem videtur, scriptoris menti formula Hebraica Θεὸς s. πατὴρ τῶν πνευμάτων, ac proinde plurali numero usus

est, vocabulo tamen ipso alio sensu, ut vidimus, adhibito. *εἴχομεν παιδευτὰς* nos castigabant, durius tractabant, amore erga nos ducti coll. v. 7. salutis nostrae his in terris curam habentes, ut rectam vitae viam sequeremur. *ἐνετρεπόμεθα eos reverebamur*, iis non repugnabamus, disciplinae eorum severae nos subiiciebamus. Theophylactus: *οὐκ ἐτολμῶμεν ἀποπηδῆσαι, ἀλλ' ἐνετρεπόμεθα καὶ ὑπεμένομεν, ὅσα ἂν ἐπέφερον non audebamus resilire, sed reverebamur eos et patienter sustinebamus, quaecunque nobis inferebant. ὑποτάσσεσθαι se Deo subiicere* v. *Pottus* ad Iac. 4, 7. h. l. calamitates a Deo immissas non recusare, sed lubenter subire et constanter perferre cf. Iac. 1. l. coll. 1 Petr. 5, 6. *καὶ ζήσομεν* perennis nostrae salutis caussa *καὶ* h. l. vim obtinet particulae *ἵνα* v. *Wahlii* Clav. n. 13.

10. *οἱ μὲν γὰρ* scl. *τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρες*. Nos severius tractarunt *πρὸς ὀλίγας ἡμέρας ad breve tempus*, significantur anni pueritiae. Praepositio *πρὸς* nominibus temporis iuncta, notat *ad*, *per* Gal. 2, 5. *πρὸς ὥραν* add. Luc. 8, 13. Ioh. 5, 35. 2 Cor. 7, 8. Ael. H. V. 12, 63. *κατὰ τὸ δοκοῦν prout iis videbatur*, pro arbitrio suo, erroribus obnoxii, adeoque saepius frustra et cum damno severius nos tractarunt. *ὁ δὲ Deus*, repetendum: *πρὸς ὀλίγας ἡμέρας παιδεύει*, nam Deus nonnisi per huius vitae breve spatium nos severius tractat, et in appositis nil est quod verbis *πρὸς ὀλίγας ἡμέρας ἐπαίδευον* respondeat, consolari autem voluit scriptor lectores, eosque simul excitare ad constantiam. Locus similis 1 Petr. 1, 6. *ἐπὶ τὸ συμφέρον in nostrum commodum* ad veram nostram salutem. *εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ ut sanctitatis ipsius participes reddamur*, ut sanctitatem Dei imitantes, vere *ἅγιοι* simus, et indies magis fiamus cf. 1 Petr. 1, 16. Matth. 5, 41.

11. Concedit epistolae auctor lectoribus, calamitates in se spectatas non esse laetas, sed affirmat etiam praeclarum esse earum eventum. *πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν κ. τ. λ.*] *omnis quidem disciplina severior in praesentia*, quamdiu sentitur, *non laetitiae*, *sed doloris esse*

videtur Aristoteles ap. Diog. Laërt. 5, 1. 18. p. 477. *Longol.* τῆς παιδείας, ἔφη, τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικρὰς, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς. Iac. 1, 2. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις. Bereschith rabba sect. 9. fol. 10. 1. et ecce valde bona: *intelligendae sunt castigationes divinae. Obi. An vero illae castigationes valde bonae sunt? Resp. utique: per eas enim veniunt homines ad mundum futurum. Et sic Salomon quoque dicit* Prov. 6, 23. et via vitae sunt exprobrationes disciplinae. *Dicit R. Hanna: veni et vide. Quaenam via est, per quam homines venire possunt.* Verba πᾶσα παιδεία non explicanda sunt de cuiuscunque patris disciplina, huic enim explicationi adversantur ea, quae in altera huius v. parte leguntur, obstant ei etiam, quae v. 10. de patrum naturalium disciplina dixerat, eos nimirum filios durius tractare κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, sed sermo est h. l. de Dei disciplina, ut verba sonent: omnia mala quae Deus immittit, quaecunque illa sint v. 10, 32 sq. coll. 12, 4. χαρᾶς est genitivus qui dicitur qualitatis vid. not. ad 10, 39. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν κ. τ. λ.] *tandem vero iis, qui per eam exercitati sunt saluberrimum praebet probitatis fructum.* Vulgatus interpres; *postea vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae.* ὕστερον *postea, tandem*, calamitatibus feliciter et fortiter superatis, post hanc vitam. εἰρηνικὸς proprie est *pacificus*, sed h. l. *salutaris*, quo significatu alias non legitur, sed hanc significationem contextus non tam postulat quam potius flagitat; et Hebr. שָׁלוֹם *pax*, quam saepissime *felicitatem, felicem alicuius rei aut personae statum* indicat, ut 2 Sam. 11, 7. ubi οἱ ο' vocabulo εἰρήνη usi sunt. δικαιοσύνη denotat *morum animique probitatem, vitae sanctitatem*, et coniungendum est hoc vocabulum cum verbis καρπὸν εἰρηνικόν. Sed in interpretatione horum verborum in diversas partes interpretes abeunt. Nonnulli, in his *Boltenius, Eckermannus*, ipsam δικαιοσύνην h. l. *fructum salutarem* παιδείας dictam esse contendunt. Quam sententiam, etiam a *Limborchio* allatam, *Böhmius* hisce argumentis defendit: 1) παιδεία est subiectum orationis, et res ea

cuius nunc maxime agitur laudatio. 2) ἁγιότης v. 10. ponitur in fructu τῆς παιδείας. 3) hac interpretatione admissa, etiam apparet ratio, cur scriptor δικαιοσύνη in fine v. posuerit, voluit nimirum primo per se laudare καρπὸν εἰρηνικὸν παιδείας, deinde autem, ut pateret, quem hunc talem fructum laudasset, postremo loco nomen δικαιοσύνης sic gravius pronuntiatum adiecit. 4) potuisset ep. auctor scribere δικαιοσύνην, sed maluit δικαιοσύνης tanquam exquisitius; quam loquendi rationem *Glassius* in Phil. S. p. 14. statum regiminis loco appositionis positum dicit. Mihi vero praeferenda videtur eorum interpretum sententia, qui καρπὸν εἰρηνικὸν δικαιοσύνης explicant *effectum, fructum* s. *praemium probitatis, vitae sanctitatis*, et per hunc καρπὸν εἰρ. δ. intelligunt felicitatem summam in coelo exspectandam. Etenim 1) v. 10. monuerat lectores scriptor, castigationem efficere, ut participes reddamur sanctitatis Dei, quodsi ergo δικαιοσύνη h. l. diceretur καρπὸς παιδείας, eandem repetiisset scriptor sententiam. 2) Verbis v. 10. ut vidimus, inest sententia haec: Deus per huius vitae spatium nos severius tractat, ergo τὸ, ὕστερον alteram vitam spectat. 3) Si eam sententiam exprimere voluisset scriptor, quam illi interpretes verbis subiiciunt, haud dubie perspicuitatis caussa scripturus fuisset δικαιοσύνην. 4) Verbum ἀποδίδωμι saepius de praemiis adhibetur, ut Matth. 6, 4. 2 Tim. 4, 8. al. 5) γεγυμνασμένοι non sunt simpliciter calamitatibus affecti, sed δι' αὐτῆς scl. παιδείας exercitati, calamitatibus subacti, ita, ut incrementa ceperint in fiducia, patientia, obedientia, omnique virtute christiana. His ita in hac vita exercitatis, disciplina illa praebet virtutis, vitae sanctae καρπὸν εἰρηνικὸν praemium laetissimum, felicitatem summam in regno Messiano exspectandam. Ad hanc interpretationem confirmandam faciunt etiam ea quae v. 14. extr. leguntur. 6) Quod caussam attinet traiectionis vocabuli δικαιοσύνης, maxime probabilis est a *Wokenio* (vid. *Wolfius* ad h. l.) allata: ne τὸ, δι' αὐτῆς, si ante hanc vocem collocasset scriptor vocabulum δικαιοσύνης, ad hanc ipsam δικαιοσύνην, non vero ad παιδείαν, ad quam

omnino spectat, perperam à lectoribus referretur. Caeterum γυμνάζεσθαι est verbum agonisticum vid. not. ad 5, 14.

12. Finita disputatione de calamitatum utilitate, continuatur cohortatio ad fidei constantiam. Et ut initio huius epistolae partis νουθετικῆς 10, 19 sq. de praestantia pontificatus Christi verba fecerat scriptor, atque gravissimas poenas defectoribus minatus erat, cum ne Mosaicae quidem legis contemtus impune cesserit Israelitis (v. 10, 28.), ita iam conclusurus priorem generaliorem hortativam huius epistolae partem, v. 12. denuo lectores ad fidei perseverantiam excitat, ita ut de institutorum Dei novorum et veterum discrimine, novorum praestantia agat, et v. 25. hunc in modum argumentetur: si legis Mosaicae contemtores poenas dederunt, multo minus qui Christi signa deserunt, poenas divinas effugient. Haud pauci interpretes contendunt v. 14. extremam epistolae partem ordiri, quae contineat exhortationem ad fidei constantiam cum sanctitate vitae et castimonia coniunctam, variique generis officia lectoribus iniungat v. 14 - c. 13, 1 - 18. Sed si ea quae inde a v. 12 - 29. leguntur diligentius consideraveris, intelliges, scriptorem in huius capitis parte ultima pergere cohortari ad constantem doctrinae christianae professionem, et verba v. 14. 16. cohaerere cum proxime praegressa exhortatione ad fidei perseverantiam vid. not. ad v. 14. et 16. διὸ *quapropter*, cum tam salutarem fructum malorum toleratio fideique constantia pariat. Laudatur locus Ies. 35, 3. ubi propheta populares, Israelitas exules erigit et consolatur. In textu Hebraico ibi legitur: חַזְּקוּ יָדַיִם רָפוֹת וּבִרְכַּיִם כֹּשְׁלוֹת אַמֵּצוּ׃ Hieronymus: *confortate manus dissolutas et genua debilia roborate* LXX. minus accurate: ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. *Böhmius* statuit, epistolae auctorem verba versionis Alexandrinae suo consilio convenienter immutasse. Alii locum memoriter laudatum esse autumant. Mea opinione non laudavit scriptor Iesaiae locum, sed verba quibus usus est, quae etiam alias occurrunt erant solennis et Iudaeis usitata illo tempore excitatio. v. not. ad 13, 5. Verbum

παρίημι de quacunque corporis lassitudine usurpatur Philo Lib. 1. de Vit. Mos. p. 630. E. *τά τε σώματα πάρειντο defecerunt corporibus*, Iudaei inopia aquae laborantes. Ioseph. Ant. 6, 14. 6. *ὑπ' ἐνδείας καὶ λιμοῦ παρειμένῳ cum inopia et fame languesceret.* Eurip. Alc. v. 202. Alcestis moribunda dicitur *παρειμένη.* De nervorum resolutione legitur ap. Ael. H. V. 1, 7. *παρειμένως ἔχοντες paralytici.* Aretaeus de morbis chron. 1, 7. *ἀποπληξίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῷ γένει ταὐτά.* Deinde transfertur ad animum, atque de iis ponitur, qui *animum despondent, animo deficiunt* v. *Loesnerus* ad h. l. Sir. 2, 14. ubi *καρδία παρειμένη* iis tribuitur, qui calamitatibus pressi desperant. In versione Alexandrina respondet verbo רפה et יָדַיִם רָפוֹת *manus remissae, languentes* ut *γόνατα παραλελυμένα* Hebraeis imago animi fracti, mentis spe destitutae ut Iob. 4, 2. ubi Iobus firmasse dicitur ידים רפות LXX *χεῖρας ἀσθενοῦς* h. e. moerore confectos, eos ad constantiam in rebus adversis excitasse. Sequitur ibi v. 4. *γόνασι δὲ ἀδυνατοῦσι περιέθηκας θάρσος* in textu Hebraico legitur וּבִרְכַּיִם כֹּרְעוֹת תְּאַמֵּץ *labentia genua corroborasti.* Sir. 25, 23. *χεῖρες παρειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα* tribuuntur homini qui ad desperationem pervenit. Zeph. 3, 16. ubi οἱ ο' habent: *θάρσει Σιών, μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου.* Ut verbum *παρίεμαι*, ita etiam *παραλύεσθαι* omnino de iis dicitur, *qui debilitati, viribus defecti sunt* Ioseph. B. I. 3, 8. 6. *παρελύοντο αἱ δεξιαὶ* pugnantium. Diod. Sic. 20, 72. *καὶ ταῖς ὅλαις αἰσθήσεσι διὰ τὸν χρόνον ἤδη παραλελυμένους.* Gen. 19, 11. verbum *παραλύεσθαι* in versione Alexandrina positum extat de iis qui labore defatigati sunt; de iis qui nervorum laxatione et debilitatione laborant legitur ap. Aeschin. Socrat. 3, 9. Matth. 4, 24. Act. 8. 7. Per metaphoram autem adhibetur de iis *qui animo deficiunt*, ut Ier. 6, 24. *παρελύθησαν αἱ χεῖρες.* 2 Chron. 15, 4. *μὴ ἐκλυέσθωσαν αἱ χεῖρες ὑμῶν.* Sed verba *παρίεμαι* et *ἐκλύομαι* usurpantur etiam de athletis, luctatoribus et cursoribus v. *Faber* in Agonistico Lib. 1. c. 8. Hinc plures interpretes, ut *Wetstenius*, *Limborchius*, *Michaelis*, *Struenseius*,

alii, praeeuntibus Chrysostomo et Theophylacto, h. l. et v. 13. christianorum officium cum certamine et cursu comparari censent; atque formulam παρειμένας χεῖρας inde explicandam esse monent, quod qui victum se fateretur, manus remitteret. Obiecerunt quidem nonnulli Iesaiam (35, 3.) ad Graecorum ludos respicere non potuisse; hoc vero nostrum scriptorem potuisse, cum initio capitis imagine a palaestra desumta usus sit, rectissime *Michaelis* ad h. l. animadvertit. Gravius est, quod contra monuerunt alii, obstare huic interpretationi verba v. 13. ultima: ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ κ. τ. λ. Quid enim, inquiunt, claudus in stadio? nec difficultas removetur falsa interpunctione *Michaelis*, qui v. 13. post ὑμῶν punctum ponit, et ἵνα μὴ κ. τ. λ. ad omnia quae praecesserunt refert. Quare alii imaginem petitam esse putant ab iis, qui via, itinere defatigati sunt (sed commemorantur χεῖρες παρειμέναι); alii in his *Carpzovius*, *Heinrichsius*, ab aegrotis metaphoram depromtam esse statuunt. Verum enimvero v. 11. praecessit verbum agonisticum γυμνάζεσθαι, et initio capitis respexit scriptor rem palaestricam; quare arbitror eam etiam v. 13. et 14. respici. Comparat nimirum scriptor lectores suos demissos et ad defectionem pronos, partim cum athletis et luctatoribus defatigatis v. 13. partim ex pugno inflicto et compressione claudicantibus v. 14. Philo in lib. de congr. erud. gr. p. 448. A. οἱ μὲν γὰρ προκαμόντες ἀνέπεσον, βαρὺν ἀντίπαλον ἡγησάμενοι τὸν πόνον καὶ τὰς χεῖρας ὑπ' ἀσθενείας ὥσπερ ἀπειρηκότες ἀθληταὶ *nam multi nimis cito defessi sunt, non ferentes laborem, gravem adversarium, manus prae languore demittentes, sicut athletae, qui desperant de victoria.* ἀνορθοῦν h. l. notat *attollere in altum*, sensus autem ratione habita: mittere animi languorem, renovare studium remissum; cohortatur enim epistolae conditor lectores ut constanter calamitates perferant, et animum languidiorem ac remissiorem resumant.

13. καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν] *semitas planas facite pedibus vestris.* Hexametrum excidisse h. l. epistolae auctori, ut v. 26. pentametrum, observant

interpretes. Haud raro accidit optimis solutae orationis scriptoribus, ut non cogitantibus versus exciderent vid. *Wolfius* in Curis ad Iac. 1, 17. Respexit noster locum Prov. 4, 36. ubi legitur: *ὀρθὰς τροχιὰς ποίει σοῖς ποσὶ, καὶ τὰς ὁδούς σου κατεύθυνε*. Nomen τροχιὰ proprie significat *rotae vestigium*, *das Gleiss*, *die Wagenspur* v. Nicand. Theriac. 876. Hesychius: *τροχιαὶ, αἱ τῶν τροχῶν χαράξεις·* deinde etiam *semitam*, *viam* ut h. l. Suidas: *τροχιὰς, πορείας, τρίβους*. Hesychius: *τροχιὰς, πορείας*. Verba huius v. explicanda sunt hunc in modum: vitate, removete in via qua inceditis, omnes salebras, obstacula omnia, ne pedem offendatis, non sine cautione et circumspectione incedite, ne pes claudus plane luxetur, sed convalescat h. e. imagine omissa: vos qui in fide nutatis, removete omnia constantis fidei impedimenta, deponite vexationum et persecutionum metum, amorem rerum terrenarum, neque aures praebete sollicitationibus ad defectum a religione christiana, ne vacillantes magis conturbemini et deficiatis. *ἐντρέπειν* notat: *declinare*, *deflectere*, *detorquere*, *luxare*. Ad *χωλὸν* nonnulli supplent *μέλος* v. *L. Bosius* de Ellips. p. 271. *Schaefer*. *χωλοὶ* dicuntur *claudi*, *pedibus capti* v. Matth. 11, 5. 15, 30. Act. 8, 7. et *χωλὸν* corporis membrum vocatur, cum nervi vigorem suum perdiderunt; *χωλὸν* quod claudum est h. l. ut vicinia verborum docet, pedem claudum indicat. Alii *χωλὸν* positum esse putant pro *χωλοὶ* (Vulg. vertit: *ut non claudicans quis erret*) et verba ita interpretantur: recta via incedite, neque de ea deflectite, constantes estote, nec patiamini vos ad devia abduci, ne alii in religione nutantes ab ea deficiant. Sed ea verborum interpretatio quam supra proposuimus, orationis seriei convenientior nobis esse videtur, cf. etiam v. 15.

14. *εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν*] *studiosi estote pacis cum omnibus et sanctimoniae*. Rom. 12, 18. *Si fieri potest, quantum in vobis est, pacem cum omnibus exercete*. Quae h. l. sequitur cohortatio cohaeret cum proxime praegressa cohortatione ad constantiam. Multum enim conferebat ad perseverantiam in religionis

professione pacis atque sanctimoniae studium. Quare scriptor lectores suos exhortatur, ut pacem cum omnibus, etiam adversariis colant, ut neminem laedant, omnia omittant, quae adversarios irritare possint, de iure suo decedant, commoda sua pacis conservationi postponant. „Dissociata societate, ut apposite ad h. l. monuit *Iaspisius*, transitus ad alium coetum facilis est; si praeterea crebris rixis inimicos adhuc irritassent, in exitium sane ruissent praecipites.“ διώκειν proprie denotat *persequi*; cum is, qui alterum persequitur, summo studio in eo elaboret, ut eum capiat: διώκειν ut Latinorum *persequi*, significat etiam *rei alicuius studiosum esse*. Suidas: διώκειν, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι. Xen. Cyr. 8, 1. 39. διώκειν τὰ καλά. Eurip. Ion. 440. ἀρετάς. Rom. 9, 30. δικαιοσύνην. 1 Cor. 14, 1. τὴν ἀγάπην. Sir. 27, 8. τὸ δίκαιον. Cic. Fin. 1, 21. *artem persequi*. Hebraei eodem modo usi sunt verbo רדף v. Prov. 15, 10. Hos. 6, 3. Ps. 34, 14. ubi LXX habent: ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Per ἁγιασμὸν Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, ex recentioribus interpretibus *Boltenius* intelligunt *castitatem* quo significatu hoc vocabulum legitur 1 Tim. 2, 15.; ad hanc sententiam devenisse videntur, quia v. 16. commemoratur πόρνος. Sed latiori sensu h. l. capiendum est. Nonnuli ἁγιασμοῦ mentionem factam esse statuunt propterea, ut recte intelligeretur cohortatio ad εἰρήνην, nempe pacem cum omnibus ita colendam esse, ut simul praecepta religionis, officia Deo debita serventur, non negligantur. *Böhmius*, in cuius sententiam discedere nullus dubito, primum, inquit, εἰρήνην, deinde ἁγιασμὸν adiecit eodem sensu, quo 1 Petr. 4, 15. legimus, non ob male facta pati aliquid debere christianos, sed sanctis moribus, animoque pio praeditos. οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον] *qua destitutus nemo dominum videbit*, versabitur cum eo i. e. particeps erit felicitatis post mortem summae cf. quae de hac formula observavimus ad Matth. 5, 8. Dissentiunt interpretes, utrum per τὸν Κύριον Christus, an Deus intelligendus sit? Vulg. vertit: *Deum*. Ex apposito articulo non colligi potest significari Christum v.

Wineri Diss. de sensu vocum *κύριος* et *ὁ κύριος* in Actis et Epp. Apostolorr. Erlang. 1828. p. 7. 9. nec *Böhmii* ratio satis idonea videtur, quod h. l. cum christianis agatur, et nil praesidii ad comprobandam hanc sententiam peti potest a loco Hebr. 9, 28. ad quem provocat, cum ille nostro non plane similis sit. Sequitur h. l. v. 15. qui cum v. 14. accurate cohaeret; *μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος Θεοῦ*, infra v. 23. Deus dicitur *κριτὴς πάντων*, et videtur scriptoris menti obversatum esse effatum Christi, quod Matth. 5, 8. legitur: *μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*. His de caussis per *τὸν Κύριον*, Deum intelligendum esse censeo.

15. *ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ*] *providentes, ne quis favore Dei inter vos excidat*. Monentur his verbis christiani firmiores ut aliis sint exemplo et incitamento ad constantiam, ut diligenter curent, ne vacillantes a religione desciscant. *ὑστερεῖν ἀπὸ τῆς χάριτος* idem valet quod *χάριτος ἐκπίπτειν* Gal. 5, 4. h. e. non esse participem gratiae divinae, quae propter fidem Christo habitam, salutem aeternam tribuit. Ad *ὑστερῶν* subintelligendum *ᾖ*, de qua forma loquendi v. *Wineri Gramm*. Th. 1. p. 140. et quod vim ac potestatem verbi *ὑστερεῖν* attinet, supra ad 4, 1. a nobis notata. Vocabulum *χάρις* ex plerorumque interpretum sententia *religionem christianam* h. l. significat, et *ὑστερεῖν ἀπὸ τῆς χάριτος* vertunt: *deficere*; a simplicitate interpretandi recedunt hi interpretes. Indicat potius *favorem Dei*, qui propter fidem Christo habitam, christianis tribuit aeternam salutem per Christum partam cf. v. 22 sq. 24. quo destituuntur ii, qui a religione deficiunt. Caeterum ut intelligenter animadvertit *Böhmius*, quae v. 15 sqq. leguntur, ad unam rem de qua agitur pertinent, e quibus primum *μή τις ὑστερῶν κ. τ. λ.* universum est, quod auctor monere voluit, alterum *μή τις ῥίζα κ. τ. λ.* spectat eo praesertim, ut ne quis aliis desciscendo a christiana professione pessimum exemplum praebeat; tertium *μή τις πόρνος* etc. id. inculcat, quod inter nefandos abominandosque plane sit numerandus homo, qui spreta christianismi

dignitate et felicitate ab eo defecerit. μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ κ. τ. λ.] *ne qua planta amara propullulans tantas excitet turbas, ut multi per eam inficiantur.* Respicitur locus Deut. 29, 18. ubi οἱ ό habent: μή τις ἐστὶν ἐν ὑμῖν ῥίζα ἄνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ *ne sit inter vos herba quae pariat venenum et absinthium.* ῥίζα est *radix*, *planta* Hebr. שֹׁרֶשׁ Deut. l. l. Iob. 13, 27. et ῥίζα πικρίας positum legitur pro πικρὰ vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 247. πικρὸν *amarum* in versione Alexandrina respondet Hebr. רֹאשׁ *venenum*, quod vocabulum etiam Deut. l. l. extat, ubi sermo est de idolorum cultu, et sensus verborum est: videte, ne sit inter vos, qui tanquam herba venenata, animos veneno suo inficiat, qui prono ad idololatriam animo alios seducat. Similis locus est 1 Macc. 1, 11. ubi Antiochus Epiphanes dicitur ῥίζα ἁμαρτωλὸς auctor et caussa peccatorum. H. l. significatur homo qui aliis auctor et suasor est defectionis a religione christiana, qui alios perturbat, veneno suo inficit, et ad defectum seducit. Ineptam *Trilleri* sententiam (v. *Wolfius* in Curis p. 785. et *Carpovius* ad h. l.) cui omnis contextus refragatur, metaphoram nimirum h. l. ductam esse a medicamentis, radicibus, herbis et plantis amaris, acute refutavit *Michaelis* ad h. l. ἐνοχλεῖν notat *perturbare, turbas excitare, vexare, molestum esse*, Ioseph. Ant. 12, 3. 4. πρόνοιαν δὲ ποιοῦ τοῦ ἔθνους κατὰ τὸ δυνατὸν, ὅπως μηδενὸς ἐνοχλῆται. Plutarch. de tranquill. p. 314. βλασφημίαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ φθόνοι, καὶ κακοπαθεῖαι, καὶ ζηλοτυπίαι, ἐνοχλοῦσι δὲ καὶ παροξύνουσι τοὺς ἀνοήτους. Deseruit scriptor hoc verbo usus metaphoram, ut clarius mentem suam exprimeret. Pro ἐνοχλῇ *Grotius*, *Whitbyus*, *Millius* Prol. n. 496. legendum esse coniecerunt (ᾖ) ἐν χολῇ, ut in vers. Alex. legitur Deut. l. l. quam coniecturam probavit etiam *Valckenarius* in Scholis ad h. l. χολὴ prop. est *fel*, *die Galle*, deinde de quovis amarore usurpatur, etiam de herbis venenatis vid. not. ad Act. 8, 23. πικρία Deut. l. l. respondet Hebr. לַעֲנָה *absinthium*, quod ibi venenis accensetur v. *Rosenmüllerus* ad Deut. l. c. *Simonis* Lex. ed. *Wineri* et *Gesenii Wörterbuch* s. v. לענה.

Sed vulgarem lectionem ἐνοχλῇ omnes libri antiqui nostro loco tuentur, et haec lectio in codicem Alexandrinum versionis Graecae irrepsit. Epistolae conditor sensum potius loci Deut. 29, 18. expressit, quam verba servavit. μιαίνειν *inficere*, *contaminare*, sensu usurpatur physico atque morali, de pollutione venerea legitur ep. Iud. v. 8. ubi σάρκα μιαίνειν dicuntur ii, qui varia libidinum genera exercendo, et corpus et animum contaminant; de pollutione ex lege Levitica legitur Levit. 13, 8. 11. 14. ubi de lepra sermo est. Tob. 3, 9. μεμιασμένος pollutus sepultura cadaveris. Sensu morali Tit. 1, 15. ubi μεμιασμένοι iunguntur ἀπίστοις, et addita leguntur verba: μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. In hoc orationis complexu verbum μιαίνειν, ut bene monuit *Böhmius*, apta ambiguitate de ῥίζα adhibitum est, ut simul adesset cogitatio hominis corruptoris, herbae autem notatio non prorsus abesset.

16. *Ne quis intersit coetui vestro scortator vel profanus, Esavo similis, qui pro edulio uno, ius primogeniturae vendidit* cf. Gen. 25, 33 sq. In constituendo sensu vocabuli πόρνος interpretes inter se discrepant. Plerique vulgarem nominis πόρνος significationem, qua *scortatores* proprie sic dictum declarat, retinendam esse contendunt. Nonnulli hoc vocabulo omnino *hominem scelestum*, *facinorosum*, significari putant. Alii (quorum in numero sunt *Carpzovius*, *Storrius*, *Moldenhauerus*, *Böhmius*) *idolorum cultorem*, desertorem religionis verae, h. e. christianae hoc nomine insigniri censent; quae quidem sententia mihi verissima videtur. Caussae quare ita statuam, hae sunt: 1) Defectio a religione vera, cultus idolorum in literis sacris saepius comparatur cum scortatione et adulterio, atque verbis πορνεύειν, πορνεία, μοιχεία insignitur, ut Ier. 2, 20. Ez. 16, 35. Sir. 46, 11. ὅσων οὐκ ἐξεπόρνευσεν ἡ καρδία, καὶ ὅσοι οὐκ ἀπεστράφησαν ἀπὸ κυρίου· ubi v. *Bretschneiderus*. Iac. 4, 4. μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες homines perfidi. 2) Deut. 29, 18. quem locum epistolae auctor v. 15. respexit, sermo est de idolorum cultu, et hic ipse noster locus v. 15 sqq. de ἀποστασίᾳ agit. 3) neque nos h. l. hic vocabuli πόρνος usus offendere potest, cum tota oratio in

hoc capite imaginibus distincta sit multis et variis. 4) addita voce βέβηλος accuratius vim nominis πόρνος scriptor constituit. 5) Alia huius nominis ratio est 11, 31. ubi Rahaba solenni cognomine lectoribus noto vocatur ἡ πόρνη, et 13, 4. contextus evidenter docet vocabulum πόρνος proprio significatu accipiendum esse. 6) Esavus Gen. 36, 2. perhibetur feminas idolorum cultui deditas in matrimonium duxisse, et scriptores Iudaici, eum omnino hominem scelestum, inprimis autem idololatriae deditum fuisse tradunt v. *Wetsten.* 7) Particula ἢ saepius connectit fere synonyma vid. not. ad 2, 6. Itaque πόρνος h. l. dicitur christianus, qui a religione christiana deficit, quam defectionem noster alias dicit defectionem a Deo vero v. 3, 12. βέβηλος dicitur homo profanus, levissimus, religionis ac sacrorum contemtor, cui nihil est sanctum ut 1 Tim. 1, 9. ubi copulantur ἀνόσιος et βέβηλος. Eodem sensu Antiochus 3 Macc. 2, 14. nuncupatur βέβηλος. Schol. ad Soph. Oed. Col. v. 10. βέβηλος ἀνὴρ, ὁ μιαρός. Hesychius: βέβηλον, τὸ μὴ ἱερὸν καὶ ἄθεον. Esavus vocatur βέβηλος, quia vendidit primogenituram, cuius magna dignitas, magna iura erant (primogeniti patris personam in familia referebant, duplicem portionem bonorum paternorum accipiebant v. Gen. 25, 20. 27, 29. Ex. 12, 24. 2 Chr. 21, 3. Gen. 25, 22. Deut. 22, 17. cf. *Michaelis Mos. Recht* Th. 2. §. 79. 84. *Iahnii bibl. Archaeologie d. Hebr.* Th. 1. B. 2. p. 282 sq.) quae in gente Abrahami cum promissionibus divinis coniuncta erat. μιᾶς βρώσεως emphasis inest vocabulo μιᾶς, unum cibum semel vescendum, brevi oblectaturum, cum iactura rei illo cibo emtae perpetua foret et gravis. τὰ πρωτοτόκια *iura et privilegia primogeniti;* reperitur hoc vocabulum tantum in versione Alexandrina Gen. 25, 32. s. 27, 36.

17. Exemplo Esavi docet scriptor, christianos qui propter commoda terrena, exilia, caduca et brevia religionem Christi spernerent, ab eaque desciscerent, irreparabile damnum sibi contrahere, eos non posse consequi praemia, quibus Christi cultores, fidei constantia conspicui in altera vita ornentur, 10, 25 sqq. nec Esavum iura et com-

moda primogeniti recepisse cf. Gen. 27, 33 sqq. ἴστε non vertendum cum Vulgato interprete *scitote*, sed reddi debet *scitis*, per indicativum; monere voluit ep. auctor lectores, ut rem omnibus notam diligenter perpenderent. καὶ *quamquam*, ut Apoc. 3, 1. Ioh. 9, 30. Luc. 18, 7. al. μετέπειτα post venditam primogenituram. τὴν εὐλογίαν non quamvis bonorum apprecationem, sed quae ipsi primogenito destinata erat. ἀπεδοκιμάσθη *repulsam tulit* Diod. Sic. in Excerptis l. 6. de virt. et vit. p. 556. quem locum *Münthius* attulit, ἐπεθύμησε Πυθαγόρειος γενέσθαι· ὢν δὲ χαλεπὸς καὶ βίαιος τὸν τρόπον, ἀπεδοκιμάσθη *in Pythagoreorum collegium adscribi postulavit* (Cylo Crotoniata, vir civitatis suae longe princeps), *repulsam tulit*, *quod natura violentus ac intractabilis esset*. Esavus non omni quidem precatione fausta caruit v. Gen. 27, 37 sq. sed illa tamen quae competebat primogenito. Noluit Isaacus pater in Esavi gratiam, ea quae Iacobo apprecatus erat retractare, et vota irrita declarare, atque repetere, nec vero etiam potuit. „Credebant enim, ut animadvertit *Rosenmüllerus* ad Gen. 27, 33. eo aevo, non irritas esse patris morientis preces, sed eas iterari non posse, quasi Deus patri potestatem fecisset, semel tantum liberis precandi quod vellet, si preces ratas esse cuperet, atque iteratas, aut immutatas, se exauditurum negasset.“ μετάνοια significat *consilii mutationem* ut ap. Xen. Cyr. 1, 1. 3. μετανοεῖν *mutare consilium* Diod. Sic. 15, 47. Prov. 24, 32. ὕστερον ἐγὼ μετενόησα *sententiam mutavi* et h. l. deinde etiam *poenitentiam*, *dolorem ex facto antea perpetrato* v. Luc. 17, 3. 4. τόπος *locus*, per metaphoram, *potestatem*, *facultatem*, *occasionem*, *concessionem* declarat Liban. ep. 200. τῇ μεγαλοψυχίᾳ τοῦ βασιλέως εὑρέθη τόπος. 1 Macc. 9, 45. οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ἐκκλῖναι *non est occasio evadendi*. Sir. 38, 12. ἰατρῷ δὸς τόπον *utere opera medici*. cf. etiam not. ad 8, 7. Cic. ep. ad Div. 3, 6. 14. *de tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse*. Plin. epp. 10, 97. 10. *ex quo facile est opinari quae turba hominum emendari possit, si fiat poenitentiae locus*. Iam verba nostra nonnulli reddunt: locus i. potestas ei non contingebat poe-

nitentiae fructus percipiendi, etsi cum lacrimis quaesitos, ut *μετάνοια* fructus poenitentiae indicet, Esavus poenitentia non potuit detrimentum sibimet illatum reficere. Sed simplicior et orationis seriei cummaxime conveniens, et plerisque interpretibus probata interpretatio ea est, qua *μετάνοια* refertur ad Isaacum patrem, hoc sensu: neque precibus, neque lacrimis (Gen. 27, 34. *ἀνεβόησε* [*Ἡσαῦ*] *φωνὴν μεγάλην καὶ πικρὰν σφόδρα*) Esavus impetrare potuit mutationem consilii, permovere potuit patrem, ut in ipsum transferenda censeret, quae in Iacobum contulerat vota. Verte cum *Schotto: cum ei locus*, potestas, *consilii patris mutandi non contingeret*. Pronomen *αὐτὴν* interpretes oppido multi, praeeunte Theophylacto, ad *εὐλογίαν* referunt, quod omnino linguae leges ferunt, pronomina enim saepius ad remotius nomen pertinent vid. ad 9, 2. sed rectius cum *Heinrichsio*, *Böhmio*, aliis, *αὐτὴν* refertur ad *μετάνοιαν*.

18. Admonens scriptor lectores de perseverantia fidei, argumentum repetit a religionis christianae praestantia, quae non, ut Mosaica, severa sit, molesta, ubivis minabunda, sed salutem promittat (Hebr. 8, 6. coll. Matth. 11, 28.), gaudium, spem atque fiduciam instillet. *γὰρ* referri debet ad cohortationem quae inde a v. 12. legitur ubi v. not. Respiciuntur loci Ex. 19, 20 sq. Deut. 4, 5. et 11. quo ultimo loco verba extant haec: *καὶ προσήλθετε, καὶ ἔστητε ὑπὸ τὸ ὄρος· καὶ τὸ ὄρος ἐκαίετο πυρὶ ἕως καρδίας τοῦ οὐρανοῦ, σκότος, γνόφος, θύελλα*. Verbum *προσέρχεσθαι* cuius frequens est in hac epistola usus in re sacra, cum dilectu positum est; adhibetur enim etiam de iis, qui ad aliam religionem transeunt, et 1 Petr. 2, 4. coll. Matth. 11, 28. *πρὸς Χριστὸν προσερχόμενοι* dicuntur ii, qui ad Christi signa se contulerunt. In monte Sinaitico lex data erat Israelitis, hinc formula *accessisse ad montem Sinai*, in hac verborum complexione idem valet quod, amplexum esse religionem severam, qualis Mosaica est. Cogitantur autem, ut *Knappius* animadvertit in Opuscc. p. 238. ed. 2. Israelitarum ecclesiae adscripti, accedentes et adstantes ad montem *Sinai* v. 18. 20. qui vero novae civitati a Chri-

sto institutae se addixerunt, dicuntur in *Sione* monte versari v. 22. ψηλαφώμενον ὄρος haud pauci interpretes, qui in hunc locum commentati sunt, explicant: *mons de coelo tactus*, fulmine tactus. Notant, verbum ψηλαφᾶν quod proprie significet *contrectare*, *palpare* v. LXX. Ies. 59, 10. Gen. 27, 12. Luc. 24, 39. Aristoph. Concionatr. v. 314. etiam dici de rebus quae quocunque modo attingantur v. *Kypkius* ad h. l. et scriptores Hebraeos, Graecos atque Latinos, verba נגע, θίγειν s. θιγγάνειν *tangere*, de fulminis ictu s. tactu frequenter usurpare, ut Ps. 104, 32. LXX. ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται. Ps. 144, 5. ἅψαι τῶν ὀρέων καὶ καπνισθήσονται. Plutarch. Sympos. 4. qu. 2. p. 665. (quem locum *Kypkius* excitavit) de fulmine: οὔτε τῆς ἐσθῆτος ἔθιγε *neque hominis vestem attigit*. Liv. 27, 7. *tacta de coelo multa*. Id. 14, 19. *tactus fulmine*. Virg. Ecl. 1, 17. *De coelo tactas memini praedicere quercus*. Monent praeterea interpretes illi, montem Sinai cum populus Israeliticus legem acciperet, historia teste v. Exod. 19, 16 sq. Deut. 4, 11. 15. de coelo tactum fuisse, inter fulmina et tonitrua arsisse. *Kypkius* participium ψηλαφωμένῳ construendum esse praecipit cum voce πυρὶ, *non accessistis ad montem igne tactum et adustum*. *Heinrichsius* κεκαυμένῳ coniungit cum ὄρει, et πυρὶ quod positum sit pro διὰ πυρὸς, refert tam ad ψηλαφωμένῳ quam ad κεκαυμένῳ, ut verba sonent: *mons tactus igne et combustus*. In eadem sententia fuerunt *Wolfius* et *Moldenhauerus*, quorum posterior vertit: *zu dem vom Feuer berührten und im Feuer stehenden Berge*. Ad πυρὶ subintelligunt ἐν. Alii ψηλαφώμενον ὄρος interpretantur *mons contrectabilis*, *fühlbar*, *berührbar*, ut terrenae materiae coelestis et spiritualis mons Sinai opponatur, quae sunt verba *Bezae* ad h. l. Scilicet ψηλαφώμενον ὄρος idem valet quod ψηλαφητὸν qui participii usus Hebraicus est v. *Glassius* Phil. S. p. 342 sq. *Gesenius Lehrgeb.* p. 791. quamquam Graeci non prorsus abhorrent v. *Elsnerus* ad Gal. 2, 11. ψηλαφητὸν autem saepe idem significat quod αἰσθητὸν vel quicquid sensu percipitur aut investigatur quovis modo, ut ψηλα-

φᾷν legitur Act. 17, 27. Latinorum *contrectare*. Tacit. Ann. 3, 12. *oculis contrectare*. Cic. Tusc. 3, 15. *mente contrectare*. Quinctil. Institutt. 5, 10. 116. *ius quod sit incorporale, apprehendi manu non posse*. Et Sinai mons, ut recte animadvertit *Knappius* Opuscc. p. 240. h. l. appellatur ψηλαφητὸς s. αἰσθητὸς h. e. ἐπίγειος coll. v. 25. (*der in die Sinne fallende, der sichtbare, irdische*) propterea, quia monti Sion ἐπουρανίῳ v. 22. cf. etiam v. 25. opponitur, quo in monte, ea tantum quae mente atque animo perspici possunt, νοητὰ, πνευματικὰ spectantur. Ad refellendam priorem interpretationem: *fulmine tactus*, verissime viri docti observarunt, de fulminibus adhiberi quidem ἅπτεσθαι, θίγειν, non autem verbum ψηλαφᾷν, et ψηλαφώμενος simpliciter sumtum durius explicari *fulmine tactus*, quodsi vero coniungatur cum πυρὶ, haud facile perspici, cur tale hyperbaton scriptor fecerit; languidiorem etiam existere orationem, duobus de eadem re citra necessitatem adhibitis vocabulis, et hoc alienum esse a scriptoris nostri succinctius fere scribentis ingenio. Coniungendum ergo est ψηλαφωμένῳ cum voc. ὄρει, verbo autem καίεσθαι frequenter iungitur vocabulum πῦρ, ut Apoc. 8, 8. ὄρος πυρὶ καιόμενον. Ex. 3, 2. βάτος καίεται πυρί· et illis ipsis in locis quos noster respexit Deut. 4, 11. 5, 23. 9, 15. Ex hactenus dictis simul sponte cogitur, alienissimam esse ab hoc loco *Patricii*, *Iunii*, *Wallii* coniecturam, etiam a *Wolfio* refutatam, legendum esse οὐ ψηλαφωμένῳ, ut ad praeceptum de monte Sinai non tangendo datum, v. Ex. 19. respiciatur. Caeterum nomen ὄρει deest in AC. 17. 47. et 4 ap. *Matth.* Syr. Erp. Copt. Aeth. clar. harl. Chrysost. *Millius* ad h. l. recte illud retinendum esse censuit, cum hoc postulet etiam antithesis quae inter montem Sinai et montem Sion intercedat, quam hic prae oculis habuerit scriptor. Sed in Prolegg. (n. 1071.) ei probabilius visum est, lectorem quempiam, maximè cum hic agatur de sensibili et ardenti igne, qui in monte Sinai conspectus erat, ad oram codicis, seu inter lineas posuisse ὄρει, ut esset quod alteri ὄρει responderet. Verum vulgarem lectionem tuetur plurimorum optimorumque

codd. auctoritas, et omitti potuit librariorum incuria. *καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ*] *et igne accensum.* Haec verba *Knappius* Opuscc. p. 241. non cum prioribus cohaerere, sed ardentem in monte ignem separatim scriptorem commemorasse statuit. Quam tamen sententiam ab aliis iam prolatam improbavit *Cramerus*, et accuratius refutavit *Böhmius*, cuius verba adscribere liceat. Primum enim, inquit, *κεκαυμένον πῦρ* esset *incensus ignis*, non, *ardens ignis*, ideoque nec id. qd. *πῦρ καιόμενον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, ut *Knappius* explicat, quam differentiam τοῦ, *καιόμενος*, et τοῦ, *κεκαυμένος*, si vel maxime spernendam putes, quam nos quoque nolumus aestimare plurimi, certe tamen, si ipsum *πῦρ*, noster, vel *κεκαυμένον*, vel *καιόμενον* voluisset dicere, participium neutiquam ante hoc substantivum, sed post fuisset collocandum, quem iustum vocabulorum ordinem cur noster invertisset, ratio nulla verisimilis afferri posset. Deinde quam minime memorabilis, imo paene inepta res esset *incensus* nempe ignis, vel etiam *ardens*, sic simpliciter dictus, cum alius quam talis, vix appellari ignis queat; et id quidem in scriptore, a quo omnis pleonasmus plane alienus sit. Denique num est probabile, nostrum hunc, de quo loquebatur montem, non nisi *ψηλαφώμενον* h. e. *contrectabilem* cognominasse, in quo nihil inesset praeter hoc, verum fuisse hunc montem, non figurate dictum, qualis quidem est, quicunque in terris est, ut igitur, nisi quid addidisset praeterea, quem potissimum nunc appellasset montem, nullo pateret vocabulo? *καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ*] *et nebulam, et tenebras, et procellam.* Particula *καὶ* toties repetita, vim orationis auget. Eadem verba, alio tamen ordine leguntur Deut. 4, 11. *σκότος, γνόφος, θύελλα.* Ex. 19, 16. *νεφέλαι γνοφώδεις* memorantur. *γνόφος* *nubes densa et caliginosa, nebula, coelum nubilum et caliginosum* Ex. 20, 21. *Μωϋσῆς δὲ εἰσῆλθεν εἰς τὸν γνόφον, οὗ ἦν ἐκεῖ ὁ Θεός·* ubi in textu Hebraico extat עֲרָפֶל *caligo.* Sir. 45, 5. *καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν* (Mosen) *εἰς τὸν γνόφον.* Deut. l. l. 5, 22. Ies. 44, 22. respondet Hebr. עָנָן *nubes*, ut Iob. 3, 5. ubi Aquila vertit: *νέφωσις nubilum.* Symmach. *ἀχλὺς caligo*,

Theodotion: *συννέφεια nubium collectio.* Etym. M. γνόφος, συννέφεια, ο ζοφώδης ἀήρ. Eustath. in Il, μ'. p. 489, 16. ἀπὸ τοῦ νέφος, νόφος, καὶ γνόφος Αἰολικόν. σκότος]. „Auctores sacri et τὸν σκότον masculino genere Hebr. 12, 18. et τὸ σκότος neutraliter dixerunt Matth. 4, 16. 6, 23, 8, 12. utrumque Atticis in usu fuit, neutrum tantum reliqui Graeci habebant. Schol. ad Eurip. Hec. 1. interpp. ad Moerid. p. 354. Promiscuus usus in sermone communi ex Atticorum igitur sermone repetendus.“ Sunt verba *Planckii* in Diss. de vera natura atque indole orationis Gr. inserta Commentatt. theoll. a *Rosenmüllero*, *Fuldnero* et *Maurero* editis (Lips. 1825.) Vol. 1. P. 1. p. 143. Pro σκότῳ ACD* 17. 31. 39. 71. 73. 80. habent καὶ ζόφῳ, quam lectionem *Griesbachius* et *Böhmius* aequalem habendam esse statuunt, cum ζόφῳ facilius mutari potuerit in σκότῳ, et σκότος Deut. 4, 11. legatur. Vocabulo ζόφος Symmach. Ps. 10, 2. expressit Hebr. אֹפֶל *caligo, tenebrae.* Hesychius: ζόφος, σκότος, ἀχλὺς, ὁμίχλη, δυςθυμία, δυσμή *tenebrae, caligo, nebula, animi moeror, solis occasus.* Mihi vulgata lectio retinenda videtur, partim ob plurium codd. auctoritatem, partim etiam propterea, quia noster respexit verba versionis Alexandrinae historiam hanc referentis. Explicuerat fortassis aliquis vocabulum γνόφος per ζόφος vid. Etym. M. s. γνόφος, et ita in textum migravit, atque omissum est nomen σκότος. Fortassis etiam, ut *Knappius* suspicatur, scriptum voc. ζόφος quod est masculini generis, ob opinatam *in genere* prioris vocabuli insolentiam, cum σκότος alibi in libris N. T. neutrale nomen, hoc vero in uno loco masculinum sit (ὁ σκότος, σκότου, σκότῳ). θύελλα] *turbo, procella.* Homer. Odys. ε', 317. ἀνέμων θύελλα. Aristotel. de mundo c. 4. p. 120. ed. *Kapp.* θύελλα δὲ, πνεῦμα βίαιον, καὶ ἄφνω προσαλλόμενον *ventus vehemens et repente prosiliens.* Hesych. θύελλα, ἀνέμου συστροφὴ, ἢ ὁρμὴ, ἢ καταιγίς.

19. καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων] *et ad tubae sonitum, atque vocem effatorum.* Dei Regis adventum buccinarum clangor nuntiabat; tonitrua quae Dei legislatoris adventum indicabant h. l. cum tubae sono comparan-

tur. Loci paralleli sunt: Ex. 19, 13. 16. 19. 20, 18. Illo loco Ex. 19, 16. οἱ ο΄ habent: φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἤχει, sed v. 19. φωναὶ τῆς σάλπιγγος· et 20, 18. ἡ φωνὴ τῆς σάλπιγγος, pro quo noster ἦχος dicere maluit, quia, ut *Knappius* animadvertit, statim mentio facienda erat τῆς φωνῆς ῥημάτων. Cum Ex. 19, 16. 20, 18. discernatur tubae sonus a tonitribus, *Schmidius* in Obss. super ep. ad Hebr. per tubae sonum intelligit strepitum aeris, qui tubae clangorem referret, et crescente sono Deum appropinquantem indicaret. *Hezelius* et *Rosenmüllerus* Ex. 19, 13. verba בִּמְשֹׁךְ הַיֹּבֵל *cum trahet tuba* explicant: cum longiore sonitu canet s. si tonitruum sonus similis erit tubae clangori, et *Hezelius* animadvertit, diversum esse tonitruum sonum pro diversitate locorum. Intelligendus ergo videtur Ex. l. l. tonitrus vehementior, longius sonans, qui indicabat Iovae adventum et praesentiam. φωνὴ ῥημάτων vox Dei legem promulgantis, tonitrua in quibus Deus verba legis promulgabat. φωνὴ tonitrua Hebr. קוֹל Ex. 20, 18. infra v. 26. hinc φωναὶ et βρονταὶ tanquam synonyma coniunguntur Apoc. 11, 19. φωνὴ βροντῆς Sir. 43, 19. ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον] *quam, qui semel audierant, deprecati sunt, ne porro sibi ita a Deo verba fierent:* παραιτεῖσθαι ut Lat. *deprecari*, adhibetur de iis qui *veniam petunt*, *se excusant*, ut Luc. 14, 18. ubi v. not. Suidas: παραιτεῖσθαι — συγγνώμην αἰτεῖν· et de iis, qui precibus aliquid declinant, ut adeo significet *recusare* v. nos ad Act. 25, 11. ἧς intell. φωνῆς. Particula μὴ in nonnullis codd. deest. Videlicet librarii eam omiserunt, quia in verbo παραιτεῖσθαι comprehensa est negatio, sed non reputarunt Graecos huius generis verba sequi iubere particulam μὴ v. *Vigerus* p. 459. ed. *Herm.* et *Matthiae Gramm. Th.* 2. §. 534. *Anm.* 4. μὴ προστεθῆναι κ. τ. λ. Deut. 5, 25. Ex. 20, 18 sq.

20. *Neque enim ferre poterant illud edictum Dei: etiam animal, si tetigerit montem, lapidibus obruatur.* Ex. 19, 12. 13. in versione Alexandrina legitur: καὶ ἀφοριεῖς τὸν λαὸν κύκλῳ λέγων· προσέχετε ἑαυτοῖς τοῦ ἀναβῆναι εἰς τὸ ὄρος, καὶ θίγειν τι αὐτοῦ· πᾶς ὁ ἀψάμενος τοῦ

ὅρους, θανάτῳ τελευτήσει. 13. οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ χείρ· ἐν γὰρ λίθοις λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται· ἐάν τε κτῆνος, ἐάν τε ἄνθρωπος, οὐ ζήσεται. Repetiit ea tantum, quae auditores inprimis perturbasse et affecisse videri debebant, ut rei sacrae Mosaicae severitatem demonstraret. Tanta erat in hac legislatione severitas, ut ne animalibus quidem brutis et inscientibus, quae cancellos sacros monti circumductos Ex. 19, 12. 23. attingerent, parceret. φέρειν *ferre, sustinere* Hesych. φέρειν — ὑπομένειν. Xen. Anab. 3, 1. 23. σώματα ἱκανώτερα καὶ ψύχη, καὶ θάλπη, καὶ πόνους φέρειν. Herodi. 3, 13. 4. μὴ φέροντά τε τὰς εἰς αὐτὸν ὕβρεις. Lucian. dial. mort. 15, 4. extr. φέρειν et ἀνέχεσθαι Herodi. 4, 14. 19. φέρειν et ὑπομένειν coniunguntur. Verbum διαστέλλεσθαι *edicere, interdicere*, hac notione maxime apud recentiores Graecos scriptores adhibitum legitur, ut ap. Polyb. v. *Reiskii* Animadvv. ad Auctt. Grr. Vol. 4. p. 153. Diod. Sic. p. 262. B. v. *Münthius* ad Marc. 6, 43. Participium τὸ διαστελλόμενον, ut τὸ φανταζόμενον v. 21. vim substantivi obtinet v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. 1. p. 323 sq. *Matthiae Grammatik Th.* 2. §. 269. 570. Verba vulgatae lectionis huius v. ultima ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται *aut iaculo transfigatur* in plurimis et probatissimis codd. non extant, nec in verss. antiquis expressa sunt, eaque e scriptoribus ecclesiasticis Graecis, nullus praeter Oecumenium legit. Nempe migrarunt e versione Alexandrina in h. l. quare ea rectissime ex ordine eiecerunt *Bengelius, Griesbachius, Matthaeius, Knappius, Schottus*, et cancellis inclusit *Vaterus*.

21. οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον] *adeo terribile erat illud visum.* Haec interposita esse putant tanquam in parenthesi *Er.* et *Seb. Schmidius, Griesbachius, Schottus, Knappius, Vaterus* al. etiam *Wetstenius* post καὶ et φανταζόμενον interpungit. Recte. Neque desunt, ut annotavit *Knappius* Opuscc. p. 244. eiusmodi parenthesium parenthesibus insertarum exempla in Graecorum Latinorumque scriptis, oratorum praecipue, velut ap. Cic. in Orat. pro M. Coelio c. 3. extr. et alibi saepe. Iam vero

particula καὶ (id. qd. ἀλλὰ καὶ) cum verbis Μωσῆς εἶπεν ita coniungenda: *et vero Moses ipse dixit.* Illud spectaculum ipsi etiam Mosi, quamvis Dei ministro et interpreti terrorem iniecit. τὸ φανταζόμενον visum quod apparebat, oblata species et imago, minime quidem fictitia. Nam verbum φαντάζεσθαι de quavis, sive vana et fictitia, sive vera specie et imagine usurpatur Herodi. 8, 3. 21. ὅπερ εἴτε ἀληθῶς ἐφαντάσθη τισὶν *quod utrum vere visum sit a quibusdam.* Ael. H. V. 13, 1. ἐκ τῆς πρώτης φαντασίας ἐκπλήττειν *primo ignis conspectu perterrere* cf. *Valckenarius* ad Eurip. Phoen. v. 93. *Creuzerus* ad Plotin. de pulcrit. p. 135 sq. H. l. intelliguntur fulgura, tonitrua, caligo v. 18. 19. Ex. 20, 18. ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος] *terrore repletus sum et contremisco.* Fuerunt qui existimarent, epistolae auctorem respexisse verba Mosis quae leguntur Deut. 9, 19. καὶ ἔκφοβός εἰμι διὰ τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν, ὅτι παρωξύνθη κύριος ἐφ' ὑμῖν, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ὑμᾶς· atque maioris emphaseos caussa addidisse verba καὶ ἔντρομος. Ibi autem non est sermo de legislatione, sed de eo tempore, quo Moses post legem conditam, quoniam Israelitae vitulo aureo sacra fecerant, Dei iram pertimuerit coll. Ex. 31. *Böhmius* igitur, ut hanc difficultatem removeret, statuit, respexisse nostrum locum Deut. 9, 19. et rhetorico artificio verba huc, quo non spectarent, transtulisse, ut ostenderet plenam fuisse terroribus institutionem Mosaicam. Cui sententiae subscribo. Alii opinati sunt haec Mosis verba epistolae conditori, aliunde, vel ex traditione vel ex libro apocrypho comperta fuisse.

22. Quam ornate v. 22 sq. singula dicta sint, intelliges, si reputes nudam et simplicem sententiam esse hanc: vos accepistis religionem praestantiorem, laetiorem, aeterna vita beaturam. Ut declararet scriptor, hanc beatitatem Christi cultoribus certissimam esse, adeo certam, ac si ea iam perfruerentur: adiistis, inquit, coelum, vitam coelestem ipsam. Non esse h. l. sermonem de ecclesia christiana, qualis his in terris est, pro qua sententia dixerunt *Baumgartenius*, *Moldenhauerus*, *Cramerus*, *Strueenseius*, *Blaschius* (in *Systematisch. Kommentar. üb.*

d. B. a. d. Hebr. Th. 1. p. 113. v. *Dindorf.* ad h. l.) alii; sed cogitandum esse coelum, vel inde apparet, quod commemorantur v. 22. 23. ἄγγελοι et πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, haec interpretandi ratio contextui apprime congruit, simplicitate et intelligendi facilitate sese commendat, ad eamque confirmandam faciunt quae 9, 11. 13, 14. coll. 11, 10. 14. leguntur. Caeterum, ut verissime observavit *Knappius* Opusc. p. 247. cuius verba a me impetrare non possum quin apponam, diversa a reliquis sententia in singulis his incisis inest; nec tamen ita haec disponuntur, ut honoris ac dignitatis ratio undequaque habeatur, sed ordo saepe promiscuus est et arbitrarius, tametsi horum propinqua cognatio est v. Luc. 20, 36. Matth. 22, 30. Nam interiicitur mentio *ecclesiae primum genitorum*, in coelo quidem descriptorum, sed in terra adhuc versantium (v. 23.) item Dei (v. 23.) qui coeli et terrae civibus moderator et *iudex* praeesit. At Christo Soteri postremus omnium, h. e. eminentissimus locus adsignatur, ut immortali huius merito magis commoveamur, firmiterque animis nostris infixa haereat persuasio illa, huic uni beneficia tot ac tanta deberi. Quod vero Christo non *iudicem* Deum, sed *manes hominum proborum* proxime iungit noster, id ex more apostolorum, Pauli praesertim facit, ut qui animas has sanctiores in coelo cum Christo arctissime coniunctas cogitare soleant Phil. 1, 25. 2 Cor. 5, 6-8. 2 Tim. 2, 12. ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει] *sed accessistis ad Sionem montem.* Oecumenius: τὸν οὐρανὸν καλεῖ Σιὼν ὄρος καὶ Ἱερουσαλήμ· ὅθεν ἐπάγει ἐπουρανίῳ. Nomen ἐπουρανίῳ ad ὄρει et πόλει referendum est vid. not. ad 8, 2. Credebant Iudaei in coelis esse urbem similem Hierosolymis terrenis vid. not. ad 11, 10. add. 9, 23. 24. 13, 14. nec Hierosolyma coelestia Sione monte carebant v. Apoc. 14, 1. 21, 2. ad has Iudaeorum opiniones accommodate scripsit epistolae auctor. πόλις Θεοῦ ζῶντος] *et urbem Dei vivi:* ζῶντος vid. not. ad 3, 12. Hierosolyma terrestris, quia in hac urbe Dei templum, adeoque urbs Deo sacra erat, nuncupatur Ps. 87, 3. *urbs Dei* add. 48, 2. Matth. 5, 35. πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως urbs magni illius

regis, Dei. Sic quoque *Sion* Ps. 68, 17. dicitur mons, quem Deus sedem suam esse vult coll. Ps. 132, 13. Non una est virorum doctorum de interpunctione verborum: *καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει* sententia. Vulgo ita distinguuntur: *καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει καὶ* etc. Hanc interpunctionem defendit etiam *Noesseltus* in Exercitt. sacrr. p. 184. „Etiamsi, inquit, *τὸ, καὶ* caeteris omnibus sententiis praepositum, ante *πανηγύρει* desiderari non debere videatur; recte quidem illud omissum fuerit, si verba *πανηγύρει* et quae sequuntur, in appositione posita sint, atque ista *πανηγύρει καὶ — ἀπογεγραμμένων* declarandi caussa s. descriptionis instar adiecta, quod quidem nobis videtur. Quidni enim angeli primi, aut prius inter coelites numerati dicantur, quam homines qui longe post eos in beatorum sedem tanquam adscriptitii pervenerant?" (cf. *Michaelis* ad h. l.) Vertit: *et ad infinitam copiam angelorum, celebrationem* (Cic. Off. 1, 4.) *videlicet ac coetum eorum, qui priores in coelis adscripti fuerunt.* Rectius vero *Seb. Schmidius*, *Bengelius*, *Chr. Frid. Schmidius*, *Griesbachius*, *Knappius*, *Vaterus* post *μυριάσιν* et *πανηγύρει* interpungunt, quibus et *Böhmius* adstipulatur, ut *ἀγγέλων πανηγύρει* per appositionem subiunctum sit vocabulo *μυριάσιν*. Inesset in *πανηγύρει* et *ἐκκλησίᾳ*, de una eademque re dictis, pleonasmus in hoc scriptore vix ferendus. Legendum ergo: *μυριάσιν, ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ* etc. Angelorum mentionem factam esse opinatur *Knappius* Opuscc. p. 254. praeeunte *Kypkio*, quod e Iudaeorum doctrina, Deus per angelos legem perferendam ad homines curavit. Sed commemorantur angeli, quoniam de coelo sermo est, ad hoc ipsum significandum, et quia Iudaei angelos Dei thronum, christiani etiam Iesu Messiae ad Dei dextram sedentis thronum, stipare credebant. *μυριὰς* indicat *numerum decem millium*, Act. 19, 19. Pluralis ut Hebr. רְבָבוֹת pro quocunque numero magno et indefinito ponitur, ut Deut. 32, 30. Iudith. 16, 3. Luc. 21, 20.

23. *πανήγυρις* proprie dicitur *conventus solennis et festivus populi*, qui sacrificiis, ludis publicis, aliisque

spectaculis celebrabatur, *eine Festversammlung.* Hinc usurpatur *de ipsis ludis publicis,* ad quos ingens hominum multitudo ad spectandum confluebat, ut de Olympicis Ael. H. V. 9, 5. *τῶν πανηγύρεων μεταλαμβάνειν μὴ δεῖν.* add. Thucyd. 5, 50. de ludis Pythiis Xen. H. Gr. 6, 4. 30. et omnino *de celebratione festi.* Hesychius: *πανήγυρις, ἔπαινος, ἑορτὴ, θέατρον.* Etymol. M. *πανήγυρις, ἑορτὴ, συνάθροισις ἀπὸ τοῦ ἄγυρις, εἰς ἣν πάντες ἀγείρονται.* Herodi. 8, 8. 5. *πάντων τε περὶ τὴν πανήγυριν καὶ τὰς θέας ἀσχολουμένων omnibus circa festum et spectacula occupatis.* 5, 6. 21. coniunguntur *θυσίαι καὶ πανηγύρεις.* vid. *Kypkius* et *Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l. adhibetur etiam hoc vocabulum de *voluptate* et *oblectatione ipsa* Ael. H. V. 3, 1. 7. *πανήγυρις ὀφθαλμῶν.* Latiori sensu *πανήγυρις* ponitur *de quovis coetu, de multitudine* ut h. l. Theophrast. Char. 6, 3. *οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις non aliter vult spectari insaniam suam, quam circumfusa magna hominum multitudine.* Achill. Tat. 1, 16. p. 21. *δένδρων πανήγυρις·* ubi v. *Iacobsius.* Alexandrini Iudaei hoc nomine reddiderunt Hebraicum מוֹעֵד conventus solennis Hos. 9, 5. ubi ei iunctum legitur voc. חָג *festum,* quod Symmachus Lev. 13, 41. expressit voce *πανήγυρις.* עֲצָרָה *coetus solennis* Amos. 5, 21. *ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων*] *ad coetum primogenitorum civitati coelesti adscriptorum:* *πρωτότοκος* ut ad 1, 4. ostendimus, signat *primogenitum, primum, dilectum.* Israelitarum coetus (קָהָל, *ἐκκλησία*) vocatur *ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ πρωτότοκος* Ex. 4, 22. Ier. 31, 9. *πρωτόγονος* Sir. 36, 12. gens prae caeteris Deo cara. *ἀπογράφειν* denotat *consignare, in tabulas referre* Iudd. 8, 1. *ἀπεγράψατο πρὸς αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας.* Xen. H. Gr. 3, 3. 11. *ὀνόματα ὧν ὁ Κινάδων ἀπέγραψε.* Cyr. 6, 2. 36. *ἀπογεγραμμένοι in catalogo scripti.* add. Philostrat. V. Apollon. 1, 20. 3 Macc. 4, 14. Speciatim significat: *in catalogum civium referre* adeoque *in numerum civium recipere.* Sic *ἐγγράφειν* legitur ap. Philon. de Opif. Mund. p. 34. *τῷ μεγίστῳ καὶ τελειοτάτῳ πολιτεύματι ἐγγραφέντες.* add. Luc. 10, 20. cf. *Perizonius* ad Ael. H. V. 4, 25. *Kypkius*

ad h. l. *Dresigius* de V. M. 2, 2. p. 509. In civitatem recipiendi inscribi solent libro, in quem civium nomina relata sunt, ex eoque delentur nomina civium improborum, qui ius civitatis amittunt. Coelum, vita futura, saepius in libris N. T. sub πολιτεύματος imagine sistitur v. Phil. 3, 20. al. ut h. l. atque Deo tribuitur βίβλος ζωῆς, in quo consignata sunt nomina eorum, qui vita futura fruentur, cui improborum nomina non inscribuntur, aut ex eo delentur v. Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5. 13, 8. 17, 8. 20, 15. 21, 27. 22, 19. Iesus et Apostoli hac imagine usi, Hebraeorum secuti sunt cogitandi et loquendi consuetudinem, qui Deo tribuebant album s. catalogum, in quo scripta essent nomina omnium hominum viventium v. Ex. 32, 32. Praeterea etiam Hebraei loquebantur de voluminibus in coelo repositis, quae facta et fata hominum literis consignata continerent v. Ps. 69, 29. Dan. 12, 1-4. Targum Ez. 13, 9. *et in libro vitae aeternae, qui scriptus est iustis Israelis, non scribentur.* Iam vero quaeritur, quinam verbis ἐκκλησία κ. τ. λ. h. l. significentur? Extiterunt qui angelos modo memoratos intelligerent, ita, ut haec verba per appositionem adiuncta essent. In hac sententia fuerunt *Michaelis* (qui tamen ipse profitetur, deesse locos, quibus haec vocabuli πρωτοτόκων significatio comprobari possit), *Noesseltus* Exercitt. p. 184. cuius verba supra v. 22. attulimus, et *Schottus*, qui vertit: *primogenitorum*, internuntiorum coelestium, *in coelis conscriptorum.* Nec defuerunt, qui Patriarchas, Abrahamum, Isaacum et Iacobum, intelligerent. Sed ut alia omittam quae huic posteriori interpretationi adversantur, neglexerunt hi interpretes propriam vocabuli ἐκκλησία significationem, quod nullo loco tam parvum coetum significat. Rectius alii his verbis insigniri statuunt coetum christianorum, qui his in terris degunt, quibus in fide perseverantibus, civitas, felicitas coelestis, tam certa est, ac si eam iam consecuti sint. Scilicet Israelitae, ut supra vidimus, cum aliis gentibus comparati, dicebantur *Dei primogeniti*, utpote Deo inprimis cari et dilecti, beneficiis ab eo praecipuis ornati, alios populos dignitate antecellentes, ut natu maiores filii apud Israelitas

praestabant liberis caeteris. Christiani igitur hoc nomine nuncupantur, quia in locum et iura Israelitarum successerunt, unde etiam 1 Petr. 2, 9. vocantur γένος ἐκλεκτὸν, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν Hebr. 4, 9. λαὸς τοῦ Θεοῦ. Usus autem est hoc cognomento scriptor etiam propterea, ut apposite animadvertit *Knappius* Opuscc. p. 261. quia supra v. 16. 17. mentionem fecerat Esavi, qui pro uno cibatu ius natalium vendidisset, cuius similes forent, si qui exiguis commodis permoti a salutari Christi disciplina desciscerent. Caeterum haec ipsa verba ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς (hoc ordine ea auctoritatem plurimorum optimorumque codd. secuti typis exscribenda curarunt *Griesbachius*, *Schottus*, *Knappius*) adiecta sunt, quo clarior reliqua oratio fieret. καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων] Post κριτῇ *Knappius* et *Vaterus* interpungunt, et plerique interpretes haec verba vertunt: *ad iudicem, qui est Deus omnium*; πάντων explicant: omnium Iudaeorum et gentilium s. omnium hominum. *Knappius* πάντων refert ad angelos et homines (Matth. 6, 10.) quorum communis dominus Deus sit, a quo omnis in coelo et terra denominetur familia, cognomine filiorum Dei Eph. 3, 15. 4, 6. Notat, Israelitis quidem delinquentibus pertimescendam fuisse tanti iudicis severitatem, nec ad illum propius accedere licuisse, iis vero qui disciplinae Christi fideliter sint addicti, non metuendum esse iratum iudicem, sed eum propitium confidenter adire, ab eoque fausta quaevis exspectare posse. *Böhmius*, qui contra *Knappium* monet, hoc Dei cognomen Θεὸς πάντων, ad angelos et homines relatum, parum idoneum esse, immo ieiunum ac paene frigidum, in ea versatur sententia ut statuat, scriptorem anteposuisse vocem κριτῇ, quod iudicis notio nunc esset praecipua, neque voluerit simpliciter Deum nominare, sed talem, qualis nunc potissimum nominandus esset; vocabulum igitur κριτὴς ad appositionem esse referendum, et verba hunc in modum explicanda: *ad iudicem Deum*, *et iudicem quidem omnium* hominum, *zum Richtergott aller*. Equidem non infitior, interdum appositionem sub-

iecto praeponitur, Tit. 1, 3. κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, Sallust. Iugr. 73. *populus a tribuno plebis Manlio rogatus* ... *Alti* Grammatica Ling. Gr. qua N. T. scriptores usi sunt p. 66 sq. *Böhmii* tamen interpretandi ratio mihi nimis artificiosa videtur, praeferendam potius duco *Heinrichsii, Mori, Wineri Gramm. des neutestamentl. Sprachidioms Th.* 1. p. 193. sententiam, qui verba traiecta et posita esse censent pro: *Θεῷ κριτῇ πάντων.* Largam exemplorum copiam huius formae loquendi, etiam nostro scriptori haud inusitatae cf. 1, 6. 10, 1. 13, 11. *Winerus* l. l. et *Th.* 2. p. 133. attulit. Caeterum Theophylactus haec dicta putat ad terrorem incutiendum, ne securi essent christiani. Verba eius sunt: *φοβεῖ αὐτούς· πάντων γάρ, οὐχὶ Ἰουδαίων μόνων, ἀλλὰ καὶ πιστῶν ἐστὶ κριτής· φοβήθητε οὖν τοῦτον.* Sed quid, quaerit *Carpzovius*, tot inter laetissimas haec tam terribilis notio? quare hanc vocem referendam esse statuit ad primogenitos coeli, ut *κριτής* sit id. qd. *βραβευτής*, cum statim commemorentur ii, qui *τέλος* ac finem spei suae consecuti sint, *πνεύματα δικ. τετελειωμένων.* Inest sane vocabulo *κριτής*, quod in utramque partem accipi potest, consolatio, verum etiam ratio quae christianos ad constantem religionis professionem commoveat cf. v. 25 sq. Deus dicitur iudex hominum omnium, hoc sensu, praemia tribuet constantis fidei et probitatis laude insignibus (2 Thess. 1, 4 sq.), improbos vero et contumaces, religionis christianae adversarios, et Christi desertores puniet. *καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων*] *ad proborum animas felicitate fruentium:* *πνεύματα* animae corpore exutae, manes 1 Petr. 3, 19. *ψυχαὶ* Apoc. 6, 9. Sap. 3, 1. intelliguntur homines probitatis et pietatis studiosi, qui cum Veteris cf. c. 11. tum Novi Testamenti tempore his in terris vixerunt. Dixit eos scriptor *consummatos τετελειωμένους*, quatenus iam essent suo in genere beati, et summam felicitatem in regno Iesu Messiae futuram exspectarent cf. not. ad 11, 39. Vulgatus verba *δικαίων τετελειωμένων* reddidit: *iustorum perfectorum.* Iusti autem *perfecti*, ex sententia multorum iidem sunt, qui in libris Rabbinorum dicuntur

צדיקים גמורים vel חסידים גמורים i. e. probi omnibus numeris absoluti, qui de via recta omnino nunquam declinarunt, id quod illi de Noacho, Abrahamo et paucis quibusdam aliis praedicant v. *Wetstenius* et *Schöttgenius* ad h. l. cuius tamen sententiae vanitatem demonstravit *Knappius* Opuscc. p. 256 sq.

24. Accessistis ad Iesum, iam in coelis versantem *διαθήκης νέας μεσίτην*, perinde est ac si ipsum ibi conspiceretis. *διαθήκης νέας μεσίτῃ qui* novum foedus inter Deum et homines fecit, idque suo sanguine sanxit vid. not. ad 7, 22. 8 6. *νέας* id. qd. *καινῆς* Hebr. 8, 9. 13. 9, 15. *καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ et ad sanguinem adspersionis* i. e. qui vim expiandi habet (*Versöhnungsblut*), qui in adyto coelesti adspersus conspicitur. Audacior sane imago et figura. Comparatur Christus 9, 7. 25. cum pontifice, qui die expiationis solenni sanguinem in adyto spargebat, et Christus ibi dicitur cum sanguine suo coelum ingressus esse. Legitur porro 10, 19. per Christi sanguinem expiati habemus *παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων*. Itaque h. l. omissa imagine sensus est: Christi, religionis melioris quam profitemini auctoris, morte expiatoria, vobis paratus et certus est introitus in coelum, facti estis participes felicitatis futurae perennis. Chrysostomus: *εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ αἷμα ἀνηνέχθη· ὁρᾷς ὅτι αἵματος μετέχομεν, τοῦ εἰς τὰ ἅγια εἰσφερομένου, τὰ ἅγια τὰ ἀληθινά.* Hebr. 9, 24. *ῥαντίζειν* notat: *purgare*, *expiare*, et idem valet quod *καθαρίζειν* v. ad 9, 13. 21. Lectio *αἵματος ῥαντισμῷ* quam Syr. Erp. Arm. Vulg. (ad *sanguinis adspersionem*) Cyrill. ap. Niceph. exhibent, ex 1 Petr. 1, 2. in hunc locum venit. *κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ*] *melius loquitur quam Abelus.* Pro *κρείττονα* quae vulgaris lectio est, plures optimae notae Codd. vers. Syr. Ar. Copt. Arm. Vulg. (*melius loquentem*) habent *κρεῖττον*, quam lectionem probavit *Millius* Prol. n. 922. in ordinem recte receperunt *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Schottus*, *Knappius*. Vulgaris lectio originem suam debet librariis qui meminissent locorum 6, 9. 7, 19. 8, 6. 10, 34. (ubi *κρείττονα* legitur) quibus adeo magis in promtu erat scribere *κρείτ-*

τονα quam *κρεῖττον*, quod semel tantum sed addito *τι* in hac epistola extat c. 11, 40. Variant etiam libri in lectione ultimorum verborum. Pro *τὸν Ἄβελ* nonnulli codd. et patr. legunt *παρὰ τὸ Ἄβελ*, quam lectionem probarunt *Grotius* et *Valckenarius*, et vulgari aequiparandam putavit *Griesbachius*. *Matthaeius* in codd. Mosqq. reperit etiam *τοῦ*. Alii ex coniectura legendum esse censuerunt *τὸ τοῦ Ἄβελ*. Hi omnes subintelligi voluerunt *αἷμα*, quod magis convenire putarent loco Gen. 4, 10. ubi sermo est de sanguine Abeli ad coelum clamante. Sed lectio vulgaris non est sollicitanda. „Quid enim impedit, *Knappii* verbis utor, quo minus illam sic interpretere: sanguis Christi profusus melius loquitur, quam Abelus effuso suo sanguine loquebatur coll. 11, 4. et haec ipsa commemoratio Abeli insontis et fidei laude conspicui 11, 4. admonuisse nostrum videtur, ut illius denuo hic mentionem faceret.“ Abelum autem ipsum loquentem inducit scriptor, non sanguinem ipsius memorat, quod statim Christum loquentem facere volebat. *κρεῖττον* *benignius, salubrius, laetabilius.* Abeli sanguis Deum ad vindicandam mortem provocabat, eius caedes efficiebat, ut Deus in occisorem graviter animadverteret, sed Christi sanguis, caedes ipsius cruenta, hominibus peccatorum veniam, et beneficia maxima, felicitatem perennem expetit, in eosque confert. Theodoretus ad h. l. *τοῦτο (αἷμα ῥαντισμοῦ) ἐνεργεῖ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν.* De usu praepositionis *παρὰ* vid. not. ad 1, 4.

25. *Cavete ne loquentem repudietis. Si enim illi haud effugerunt, audire nolentes eum qui in terra erat et oracula promulgabat, quanto minus nos, spernentes eum qui de coelo erat*, de coelo venit. In explicanda huius capitis sectione ultima v. 25 sqq. mira est interpretum dissensio. Ac primo quidem in eo dissentiunt, quinam sit *ὁ λαλῶν*; *Limborchio, Carpzovio*, aliis, quorum longum est nomina recensere, *ὁ λαλῶν* est Deus, qui per Christum loquitur, vel locutus est, ut *λαλοῦντα* positum sit pro *λαλήσαντα*. Huius interpretationis defensores provocant ad 1, 1. ubi legitur: *ὁ Θεὸς ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν*

ἡμῖν ἐν υἱῷ· notant; e v. 26. apparere, τὸν λαλοῦντα eundem esse cuius φωνὴ ῥημάτων, olim, cum lex promulgaretur coll. v. 19. concusserit terram; v. 29. diserte nominari Deum; et Hagg. 2, 7. qui locus v. 26. excitatus sit, Deum ipsum coll. ibid. v. 6. loquentem induci. Nihilominus tamen recte dubitare licet, num huic interpretationi veritas constet. Etenim v. 24. qui praecessit, de Christo sermo erat, et si scriptor Deum intelligi voluisset, haud dubie pro λαλοῦντα alio verbo usus fuisset. Rectius igitur alii per τὸν λαλοῦντα intelligunt Christum; et *Böhmius* annotavit ad h. l. haec: „τὸν λαλοῦντα noster dixit Iesum Messiam Abelo, statim ante commemorato, similem, hactenus, quod uterque *loquens* esset, quem tamen ibi non ipsum, sed cuius sanguinem potius loquentem fecisset. Ita solet rhetor interdum liberius orationem tum fingere, tum contexere. Et λαλεῖν latioris v. 25. est significationis, quam v. 24. ubi Abeli et sanguinis Iesu Messiae velnti *loquelae* sibi sunt oppositae; *loquens* i. e. docens, praecipiens, consolans.“ Non minus interpretes inter se discrepant in explicandis verbis: τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα et τὸν ἀπ᾽ οὐρανῶν. Cum verbum χρηματίζειν *oracula edere*, Deo proprie competat, et Israelitae non Mosen, sed Deum audire recusaverint (παραιτησάμενοι, de cuius verbi potestate deinceps dicemus): *Grotius*, praeeuntibus Oecumenio et Theophylacto, per τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα intelligit Deum, qui de monte Sinai locutus sit, et per τὸν ἀπ᾽ οὐρανῶν eundem Deum qui de coelo oracula dederit, filio suo pareri volens v. Matth. 3, 17. 17, 5. Ioh. 12, 18. Alii utramque formulam ita ad Deum referunt, ut τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα (quod positum sit pro χρηματίσαντα v. *Wineri Gramm. Th.* 1. p. 115.) explicent de Deo qui per Mosen legem promulgarit, et per τὸν ἀπ᾽ οὐρανῶν scl. χρηματίζοντα, Deum, qui per Christum locutus sit, vel nunc loquatur. Cum vero probe perspicerent alii, Mosen et Christum sibi invicem h. l. opponi, et scriptorem argumentari a minori ad maius (πολλῷ μᾶλλον); cum Chrysostomo et Oecumenio verbis τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα Mosen insigniri

statuerunt, Dei his in terris interpretem et internuntium, et verbis τὸν ἀπ' οὐρανῶν χρηματ. Christum ad Dei dextram sedentem, de coelo loquentem, per Apostolos doctrinam suam propagantes. Quae tamen verborum explicatio, frigidam paene sententiam, ab reliqua oratione ornata et vivida alienam, gignere mihi videtur: Moses his in terris doctor fuit, Christus (qui etiam in terra docuit) in coelo versatur, et per Apostolos doctrinam suam hominibus tradendam curat. Omnibus accurate circumspectis cogitateque expensis, verissimam esse puto interpretationem, quam *Cramerus*, *Storrius* et *Böhmius* proposuerunt, qui haec verba de Mose doctore terreno et Christo doctore coelesti explicuerunt. Scilicet verbis τὸν ἐπὶ γῆς (ita legendum, non ἐπὶ τῆς γῆς, de qua lectionis varietate infra dicendi locus erit) cogitando adiiciendum est ὄντα, ut ὁ ἐπὶ γῆς sit idem quod ἐπίγειος, et ὁ ἐπίγειος χρηματίζων nuncupetur Moses, hoc sensu: *doctor terrenus*, qui merus homo erat, licet praesentiore numine ductus, quem Israelitae contemserunt. Etiam verbis τὸν ἀπ' οὐρανῶν mente adiungendum est participium ὄντα, ut verba idem valeant quod οὐράνιον, et repetendum est χρηματίζοντα, ut significetur Christus *doctor coelestis* qui de coelo venit ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ 1 Cor. 15, 47. ἐπουράνιος ib. v. 48. 49. add. Hebr. 1, 1-3. ὁ κύριος 2, 3. Mose longe praestantior 3, 5. 6. Loci similes sunt 10, 29 sq. 2, 2 sqq. Articulus τὸν in verbis ἐπὶ γ. non pertinet ad χρηματίζοντα, neque adeo cum interpretibus aliis hyperbaton admittendum est, sed praemisit scriptor participium παραιτησάμενοι, ut perspicua constaret oratio. Verbum χρηματίζειν de quo vid. not. ad 8, 5. quod de Dei oraculis poni solet, commode de Mose adhiberi potuit, quatenus fuit oraculorum divinorum interpres, a Deo edoctus, Iudaeis doctrinam divinam tradidit Ier. 29, 18. λόγον ἐχρημάτισαν ἐν τῷ ὀνόματί μου. *Böhmius* verbo χρηματίζειν hanc subiicit potestatem, ut sit *negotia publica tractare*, addit tamen: oracula erant in quibus prodendis et peragendis Moses publice occupatus erat. Sed sine idonea ratione hanc significationem h. l. huic verbo tribuit, qua legitur apud scriptores exteros v.

not. ad Matth. 2, 12. sed nusquam in libris N. T. et vers. Alex. positum comparet. παραιτεῖσθαι h. l. notat: *adspernari, reiicere*, ut ap. Diog. Laërt. 4, 42. 6, 6. cf. *Loesnerus* ad 1 Tim. 5, 11. et quae supra ad v. 19. notavimus. Respexit noster v. 19. dicta, ubi sermo est de lege Israelitis in monte Sinaitico data, qui deprecati sunt, ne amplius tremendam Dei vocem audirent. Verum non de iisdem h. l. sermo est, illi enim conturbati quidem sunt, sed non fuerunt ἄπιστοι imo παραιτησάμενοι sunt omnino Israelitae, Mosen eos per Arabiae desertae ducentem repudiantes, de quorum contumacia v. 3, 16 sqq. 4, 2. 6. 11. οὐκ ἔφυγον] Verbum φεύγειν positum est pro ἐκφεύγειν et significat: *impune evadere*, ut Lat. *effugere* Cic. ad Att. 7, 24. *non dubito quin Cnaeus in fuga sit, modo effugiat.* cf. not. supra ad 2, 3. Articulum τῆς ante γῆς, a librariis additum, quia eum hoc idem vocabulum v. 26. comitem habet, auctoritate optimorum codicum ex ordine eiecerunt *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Schottius*, *Knappius*, cancellis sepsit *Vaterus*. ἀποστρέφεσθαι Med. *repudiare* v. nos ad Matth. 5, 42.

26. οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε] repudiantes eum, *cuius vox tunc temporis concussit terram.* Haec verba non ad Deum, sed ad Iesum Messiam referenda esse, recte iudicarunt *Michaelis*, *Cramerus*, *Storrius*, *Rosenmüllerus*, *Böhmius*. Etenim quae de Deo in V. T. dicta sunt, in N. T. Iudaeorum et Rabbinorum more saepius de Messia explicantur vid. not. ad 1, 10. Erat autem etiam Iudaeorum opinio, Messiam fuisse Israelitarum ducem et numen tutelare in deserto vid. *Bertholdtii* Christologia p. 137. *Krausius* et *Heydenreichius* ad 1 Cor. 10, 4. 9. et per angelos legem dedisse v. *Schöttgenius* Horr. Hebrr. Vol. 2. p. 455. Hebr. 2, 2. cf. etiam Mal. 3, 1. Hanc Iudaeorum opinionem h. l. noster secutus est. τότε *tunc*; legislationis tempore, in monte Sinaitico. φωνή v. supra v. 19. Verbum σαλεύειν *agitare*, *commovere*, dicitur de navibus, quae ventorum undarumque impetu nunc sursum, nunc deorsum feruntur, etiam de mari ventorum vi agitato, et de rebus quibuscunque, quae moventur, con-

cutiuntur. Moschopulus: σαλεύειν· κυρίως ἐπὶ νηὸς λέγεται, ὅταν ἐπ' ἀγκύρας κινεῖται, καὶ ἀστατῇς ὑπὸ τῶν κυμάτων ταραττομένη. Sap. 4, 4. ὑπὸ ἀνέμου σαλευθήσεται. Iudith. 16, 15. ὄρη ἐκ θεμελίων σὺν ὕδασι σαλευθήσεται. Xen. Oec. 3, 17. οἱ ἐν πλοίοις σαλεύοντες ἰσχυρῶς. add. Luc. 6, 48. 7, 24. Conf. quae de hoc verbo, quod etiam per metaphoram vario modo usurpari solet, annotavit *Elsnerus* ad 2 Thess. 2, 2. et quae disputavimus ad Act. 2, 25. 17, 13. Caeterum haec verba: οὗ — τότε esse pentametrum iam observavit *Carpzovius* ad h. l. νῦν δὲ ἐπήγγελται λέγων κ. τ. λ.] *quod autem haec tempora attinet, promisit haec: adhuc semel ego non tantum terram, sed et coelum commovebo:* νῦν cum oppositum sit τῷ, τότε, tempora N. T. indicat; et promissionem non nunc demum proferri, sed iam olim prolatam ad hanc aetatem pertinere, additum praeteritum passivi ἐπήγγελται docet, quod vim activi habet, *promisit* v. Rom. 4, 21. 2 Petr. 1, 3. 4. *Alti* Grammat. L. Gr. qua N. T. scripti usi sunt p. 113. ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν] Verbum σείειν *commovere*, de terrae motu legitur Matth. 27, 51. ἐσείσθη ἡ γῆ. Thucyd. 2, 8. ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα, ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται. add. 4, 52. Xen. H. Gr. 4, 7. 4. σείω vim habet futuri. Praesentia poni solent pro futuris, cum de re certo futura sermo est vid. Matth. 3, 10. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. 3. P. 2. p. 53. Pro σείω in multis libris legitur σείσω, quae lectio e versione Alexandrina in hunc locum migravit. Depromta nimirum sunt verba ἔτι ἅπαξ κ. τ. λ. ex Haggaei oraculis c. 2. v. 6. Leguntur ibi in versione Graeca haec: διότι τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν ξηράν. 7. καὶ συσσείσω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων ἐθνῶν· καὶ πλήσω τὸν οἶκον τοῦτον δόξης, λέγει κύριος παντοκράτωρ. Haggaeus qui popularibus suis annuntiat, splendorem et magnificentiam templi secundi longe maiorem fore, quam prioris templi fuerit, donis a gentibus exteris allatis, Iovam ita loquentem inducit: *adhuc semel* (respicitur legislatio Sinaitica v. *Rosenmüllerus* ad

Hagg. l. l.: *commovebo coelum et terram*, quibus verbis expressit sententiam hanc: ingentem rerum conversionem efficiam. Epistolae nostrae auctor Haggaei locum, quem etiam Iudaeorum magistri ad Messiam trahebant v. *Wetstenius* ad h. l. ad Christi tempora refert, atque declarat, Messiam per prophetam promisisse, se effecturum esse non tantum terrae, ut olim cum lex Iudaica promulgaretur, sed etiam ipsius coeli commotionem, h. e. mutationem rerum longe maiorem, imo maximam. Quaenam conversio h. l. intelligenda sit, ex ipsius orationis complexu et serie apparet. Comparatur inde a v. 18. religio christiana cum Iudaica; verba ἔτι ἅπαξ respiciunt tempus quo lex Iudaeis data est, unde consequitur de nova lege sermonem esse. Sententia igitur, omissa imagine, prodit haec: Iesu Messiae religio, praestantior quam Iudaica, ad omnes homines pertinet, et latissime propagabitur. Religio Iudaica cedet christianae, haec autem nulli cedet. Fuerunt qui contenderent epistolae auctorem non laudasse Haggaei locum indicatum, eum enim ab hoc nostro maxime esse diversum, sed scriptorem respexisse sermones Christi de ipsius ad iudicium extremum reditu, et Christi dicta expressisse verbis quibus ad Haggaei locum alluderet. Alii, quorum in numero est *Storrius*, cum ex huius effati explicatione, quam v. 27. continet, clarum sit, verba ipsa eius, qui promissionem dederit, v. 26. allata esse; coniecerunt, laudasse h. l. nostrum, dictum Christi ἄγραφον, cuiusmodi Paulus quoque laudarit Act. 10, 35. At enimvero non adeo dissimilis est Haggaei locus a nostro, ut secessio facienda sit ab interpretibus iis, qui Haggaei verba excitata esse censent. Consulto et iudicio noster, qui versionem Alexandrinam secutus est, verba *καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν ξηρὰν*, utpote ab h. l. aliena omisit, et scripsit *οὐ μόνον — ἀλλὰ κ. τ. λ.* ut mentem suam dilucidius et significantius exprimeret, simulque respiciens verba quae praecesserunt: *οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε*. Ex iis quae hactenus disputavimus etiam satis luculenter apparebit, non esse locum relictum sententiae *Limborchii*, *Carpzovii*, *Michaelis*, *Storrii*, aliorumque qui

haec verba de iudicio extremo et interitu mundi explicanda putarunt, ut verborum sensus sit: is qui olim montem Sinaiticum concussit, promisit, se adhuc semel commoturum esse, non solum terram, sed etiam coelum, ut nova rerum facies ac forma existat coll. v. 27. 2 Petr. 3, 12 sq. Notant, opponi commotionem coeli montis Sinaitici commotioni, quae de propria conquassatione intelligenda sit. Sed huic interpretationi contextus reclamat, ut magis acriusque non possit; et Haggaei verba, ut recte iudicavit *Böhmius* „non nisi maxime contorte ad iudicium extremum transferri possunt; sed ibi de restituta templi Iudaici dignitate et magnificentia praedicata, noster ad Iudaismum dignitate sua exuendum rhetorica interpretatione sua transtulit."

27. Commentatur scriptor in prophetae locum, ex eoque ostendit religionem Christi fore stabilem et perpetuam. Premit vocabulum ἅπαξ, atque eo sensu accipit, ut eiusdem rei in monte Sinai factae repetitionem unicam, postremam, indicet. δηλοῖ τῶν σαλευομένων μετάθεσιν] *abolitionem fluctuantium declarat.* δηλοῖ vid. 9, 8. τὰ σαλευόμενα *fluctuantia* v. *Kypkius* ad h. l. *mutationi obnoxia*, *das schwankende, wandelbare* id. qd. σαλευτὰ vid. not. ad v. 18. Vulgatus vertit: *mobilium translationem.* Himerius Declam. 6. §. 4. ed. *Wernsdorf.* νομοθεσία ἀσάλευτος *lex stabilis.* μετάθεσις *mutationem* indicat, qua res suo loco movetur, *abolitionem, abrogationem* ut h. l. vid. ad 7, 12. notata, ubi hoc vocabulum v. 18. commutatur cum nomine ἀθέτησις *abrogatio.* τὰ μὴ σαλευόμενα *stabilia, nulli mutationi obnoxia*, id. qd. ἀσάλευτα. vid. v. 28. Per τὰ σαλευόμενα intelligitur religio Mosaica, manca et imperfecta vid. not. ad 7, 18. iam abrogata, et per τὰ μὴ σαλευόμενα religio christiana, praestantior, perfecta, in locum eius substituta, non cum alia commutanda. Ex aliorum sententia τὰ σαλευόμενα sunt coelum et terra, τὰ μὴ σαλευόμενα civitas coelestis, πόλις Θεοῦ ζῶντος v. 22. ut sensus sit: Deus semel adhuc simili modo, ut quondam suam maiestatem in monte Sinaitico declaravit, eam interitu mundi declarabit; semel tantum, ergo nulla tunc

amplius metuenda mutatio, sed Christi regnum, quod inconcussum, nulli mutationi obnoxium est, florebit perpetuo. Sed cf. supra ad v. 26. disputata. ὡς πεποιημένων] Valde torserunt haec verba interpretes. 1) *L. Bosius* in Exercitt. philol. p. 260. et *Wakefieldius* in Silva Crit. P. 3. Sect. 154. p. 169. pro πεποιημένων legendum esse praeceperunt πεπονημένων. Quam coniecturam ut confirmarent, monuerunt, hanc lectionem elegantiorem esse quam vulgatam, quae librariorum negligentiae suam originem debeat. Verbum enim πονεῖσθαι, quod omnino adhibeatur de rebus attritis, ut de corporibus morbis et senio debilitatis (Lucian. de Merc. Cond. T. 1. p. 450. *Graev.* πεπονηκέναι γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματα, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ νόσων), frequenter usurpari de navibus *quassatis* et *debilitatis* Arrian. Hist. Indic. c. 33, 9. naves δοαὶ κατὰ τὸν πλοῦν πεπονήκεσαν. Exped. Alex. 6, 15. καὶ τὰ πλοῖα αὐτῷ τὰ πεπονηκότα ἐπεσκευάσθη. (Locos alios v. ap. *Bosium*, *Wakefieldium*, *Albertium* Peric. Crit. p. 55. et *Wetstenium* ad h. l.) Quodsi igitur legatur πεπονημένων, perstitisse scriptorem in metaphora a navi fluctuante desumta, quae dicatur πονεῖσθαι, quando ex nimia iactatione quassata fatiscat, sic ut reparanda sit, nec amplius perdurare queat. Arrisit haec coniectura *Moro*, qui animadvertit, πεπονημένα, sensus ratione habita, idem declarare quod πεπαλαιωμένα Hebr. 1, 11. γηράσκοντα, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ Hebr. 8, 13. At vero libri omnes in vulgata lectione consentiunt, eaque commodum sensum fundit. Quare nec *Heinrichsii* coniecturam probare possum, qui rescribi vult πεποιημένην, ut ὡς πεπ. positum sit pro ὡσεὶ πεποιημένην εἶναι, vocem ὡς adiectam putat, ut excusaretur audacia in eliciendo hoc argumento ex vocabulo ἅπαξ, ut 7, 9. fere positum legatur ὡς ἔπος εἰπεῖν. Sensum ita constituit: innuit vocabulum ἅπαξ mutationem earum rerum, quas conformare Deus constituerat, iam prorsus *finitam* esse et *absolutam*. De hac significatione verbi ποιεῖν vid. *Schleusneri* Lex., qui eam etiam h. l. huic verbo tribuit. 2) Qui vulgarem lectionem ὡς πεποιημένων retinendam censuerunt, vario modo eam interpretati

sunt. *Albertius* in Peric. Crit. p. 55. πεποιημένος vertit *fictus*, ut oeconomia Mosaica describatur tanquam μετὰ πολλῆς φαντασίας conspicua, opus minime simplex, sed fictum quid, minus solidum adeoque durationis expers, sic ut σαλευόμενον sit, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ, et ruinam minetur. Laudat Longin. de Sublim. sect. 2. [3, 4. ed. *Mor.*] ubi genus sern[illegible] πεποιημένον memoratur, *exiguum* et *fictum*, cuius speciosus apparatus supervacaneus est. Probarunt hanc interpretandi rationem *Venema* in Diss. sacris p. 51. et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. qui notant, legem Mosaicam et cerimonias tanquam umbram futurorum bonorum, oppositam τοῖς ἀληθινοῖς commode πεποιημένα *ficta*, *fictilia* dici potuisse. Haec vero interpretatio nimis quaesita videtur, neque hac significatione ποιεῖν uspiam in versione Alexandrina aut N. T. recurrit. *Beza*, quem secuti sunt *Elsnerus*, *Ernestius* in *Anmerkk.* ad h. l. et *Schottus* vertunt: *utpote manu factorum*, ut πεποιημένα sit idem quod χειροποίητα i. e. caduca, manca, et h. l. opponantur τοῖς ἀσαλεύτοις, ut 8, 2. 9, 24. τοῖς ἐπουρανίοις. Plerique interpretes propriam verbi ποιεῖν significationem retinent, et verba ὡς πεποιημ. ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα reddunt: *quippe* (al. *ita*, alii, ὡς redundare putant) *facta*, *ut* (in id, eo consilio ut) *manerent stabilia*, nulli mutationi obnoxia s. non commovenda, duratura. Quod autem haec ultima verba ἵνα μείνῃ τὰ σαλευόμενα attinet, si verbo μένειν potestatem *manendi* tribuis, quomodocunque ea explices, ieiuna et frigida sententia procedet. Quare discedendum puto in sententiam *Ikenii* (in diss. de σαλευομένοις veteris oeconomiae factis, ut praestolentur stabilem oeconomiam N. F. inserta Vol. Diss. p. 575.), *Storrii* (qui vertit: *eine Veränderung des unbeständigen, welches nemlich so gemacht ist, dass es auf einen dauerhaften Zustand wartet*) et *Böhmii*, qui verbo μένειν *exspectandi* potestatem subiiciunt, ut legitur ap. Xen. Anab. 4, 4. 12. Theocrit. Idyl. 13, 70. Act. 20, 5. 23. 2 Macc. 7, 30. in versione Alexandrina respondet verbis יָחַל 2 Sam. 18, 14. קוה Ies. 5, 2. 3. et חכה Ies. 8, 17. v. *Iensius* Lectt. Luciann. p. 275. Verte: *indicat abo-*

ditionem mutabilem, imperfectorum, *quippe factorum* (πεποιημένων, ita factorum) *eo consilio ut* (illa imperfecta) *exspectarent stabilia* i. e. ut tamdiu durarent, quam in eorum locum succederent stabilia, perfecta h. e. religio christiana cum omnibus commodis et ornamentis quae suis cultoribus praebet.

28. *Quare cum regn*[illegible] *immutabile, grati simus.* Quaeritur, quid per *βασιλείαν* intelligendum sit? Hoc vocabulo in libris N. T. frequenter insignitur felicitas perennis in altera vita christianis exspectanda. Hanc felicitatem, quam epistolae scriptor saepius lectoribus suis tanquam christianae pietatis et constantiae praemium proposuit, etiam v. 22. religionis christianae praestantiam demonstraturus commemorat, ad eamque designandam imagine a civitate desumta usus erat. Particula *διὸ* quae h. l. v. 28. legitur, inde a v. 22. dicta respicit. Religio christiana, cum alia non commutanda, *τὰ μὴ σαλευόμενα* v. 27. cultoribus suis spem praebebat certissimam felicitatis perennis consequendae v. 22 sq. Formula *βασιλείαν παραλαμβάνειν* significat *regem fieri*, ut 2 Macc. 10, 11. *οὗτος γὰρ παραλαβὼν τὴν βασιλείαν*. Palaeph. 7, 5. *τὴν τούτου βασιλείαν παρέλαβε*. add. Herodot. 3, 68. Aristot. de Rep. 5, 11. Exempla alia plura congesserunt *Elsnerus*, *Münthius*, *Wetstenius* ad h. l. add. *Irmischius* ad Herodi. 1, 3. 5. Luc. 19, 12. De christianis legitur Rom. 5, 17. *ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι* i. e. summa felicitate in altera vita perfruentur. 2 Tim. 2, 12. *συμβασιλεύειν τῷ Χριστῷ* quae formula idem valet quod Rom. 8, 17. *συνδοξασθῆναι τῷ Χριστῷ*. Et Latinis *regnare* dicuntur ii, qui praecipua auctoritate, dignitate, et felicitate gaudent. Horat. epp. 1, 10. 8. *Quid quaeris? vivo et regno.* Cic. ad Div. 7, 25. *olim, cum regnare existimabamur.* De re futura h. l. sermonem esse, docet participium *παραλαμβάνοντες* de re sperata, sed certo futura positum v. *Vigerus* p. 343. *Winerus Gramm.* Th. 1. p. 142. quo simul explicatur, *τὸ*, *προσεληλύθατε κ. τ. λ.* v. 22. Iam si vera sunt quae hactenus disputavimus, sequitur, per *βασιλείαν ἀσάλευτον*, non cum aliis interpretibus intelligendam esse *novam oe-*

oeconomiam, *religionem Christi*, *sed felicitatem in altera vita futuram*. ἀσάλευτον (quod nomen e contexto sermone scriptor adiecit voc. βασιλεία) dicitur *id*, *quod firmum est et stabile*, et βασιλεία ἀσάλευτος est regnum *firmum*, *stabile*, quod perpetuo floret Diod. Sic. p. 206. A. αὐτονομίαν τοῖς ἐγχωρίοις ἀσάλευτον φυλάξαι. p. 302. D. σπονδαὶ ἀσάλευτοι. Aeschin. Socr. 3, 17. ἀσάλευτος ἡσυχία. Gloss. vett. ἀσάλευτος *inconcussus*. ἀσάλευτα *illibata*. ἔχωμεν χάριν δι' ἧς λατρεύομεν κ. τ. λ.] In nonnullis libris legitur ἔχομεν — λατρεύομεν (Vulg. *habemus gratiam per quam serviamus*), quam lectionem *Millius* Prol. n. 750. et *Heinrichsius* probant; sed vulgarem lectionem plurimorum optimorumque codd. item verss. et patrr. auctoritas tuetur. Formulam ipsam χάριν ἔχωμεν interpretes plures explicant: *gratiam*, *favorem Dei constanter teneamus*, ut ἔχειν vim habeat verbi κατέχειν *retinere*, *conservare*, ut 1 Tim. 1, 19. 3, 9. Rectius vero alii cum Chrysostomo, Theophylacto et Oecumenio, χάριν ἔχωμεν explicant: *gratiam habeamus* scl. Deo. Insolentior enim est formula χάριν ἔχειν pro κατέχειν, sed admodum frequens χάριν ἔχειν *gratiam habere*, et perquam conveniens est hic formulae sensus orationi contextae. Praeterea si per χάριν intellexisset scriptor, favorem Dei retinendum, haud dubie scripsisset τὴν χάριν κατέχωμεν s. κατέσχωμεν, quo verbo supra 3, 6. 14. in simili argumento usus est. Formula χάριν ἔχειν legitur Luc. 17, 9. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 1, 3. 2 Macc. 3, 33. Ioseph. Ant. 7, 9. 4. δι' ἧς *per quam* s. *quo* animo grato. Sensus est: cum per Christi religionem spes nobis contigerit felicitatis perennis certissima; gratiam memori mente Deo persolvamus, ita, ut eum colamus etc. De verbi λατρεύειν potestate diximus ad 9, 14. εὐαρέστως *ut ei placeamus*, eo quo postulat modo. μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας *cum reverentia et metu*: αἰδὼς *pudor* Xen. Mem. 3, 7. 5. al. deinde, *reverentia*, ut h. l. qua illicitum facere erubescimus. Ael. H. V. 11, 9. αἰδεῖσθαι *venerari* 13, 1. *verecunde agere*. εὐλάβεια quod voc. alii vertunt: *religio*, *cautio* (vid. not. ad 11, 7.) rectius exprimitur: *cum pavore*, ita ut εὐλάβεια sit *metus*, *pavor*

cf. not. ad 5, 7. In aliis libris legitur: εὐλαβείας καὶ δέους, in aliis: δέους καὶ εὐλαβείας· sed δέους glossema redolet. Caeterum apposite *Böhmius* ad h. l. annotavit haec: *cum pavore*, non quatenus omnino cultus satis dignus honestusque nequeat exhiberi Deo, nisi tali meticuloso animo, sed vult potius, talem adiunctum esse debere digno cultui animum in his maxime christianis lectoribus, quibus irae divinae cogitatio et formido, ne negligentiores essent in christianismo ac forsan labantes, erat (4, 1.) utique necessaria.

29. Vid. v. 25, 10, 27. καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ ἀναλίσκον *etenim Deus noster est ignis consumens.* Verba haec desumta sunt ex Deut. 4, 24. ubi in versione Alexandrina legitur: κύριος ὁ Θεός σου πῦρ καταναλίσκον ἐστὶ, Θεὸς ζηλωτής. Sensus est: Deus sui contemtoribus acerrimas poenas infliget.

CAPUT XIII.

1. 2. Sequitur epistolae pars hortativa specialior cf. not. ad 12, 12. qua varii generis officia Hebraeis iniungit. Quoniam φιλαδελφία quam plurimum faciebat ad societatem christianam arctius constringendam, et fidei, in qua plures claudicabant, constantiam promovendam, hinc *amorem fraternum*, ante omnia epistolae auctor commendat. μενέτω *maneat*, vos invicem amare pergite. Hebraeos non alienos fuisse a sensu amoris erga fratres, plures huius epistolae loci docent v. 6, 10. (ubi cf. not.) 10, 33 sq. τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε] *nolite hospitalitatis oblivisci.* Magnum erat apud veteres, etiam apud Iudaeos pietatis officium, peregrinos hospitio excipere, cum fere nulla essent hospitia publica, quare hospitalitatis studium, non uno in loco librorum N. T. commendatur; et scriptor noster lectores suos admonet, ut hospitales sint ut omnino in peregrinos, (commemorantur angeli) ita inprimis in christianos, ut christiani, patria pulsi, in terris peregrinis oberrare coacti, aut iter facientes habeant quo se tuto recipiant. Christianos autem illis temporibus hospitalitatis inprimis fuisse studiosos, testis est Iulianus ep.

49. ad Arsacium: ἀποβλέπωμεν ὡς μάλιστα τὴν ἀθεότητα συνηύξεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία κ. τ. λ. *convertamus oculos ad ea, quibus impia christianorum religio crevit, id est ad benignitatem in peregrinos* etc. add. Lucian. de morte Peregrini T. 2. p. 570. ed. *Graev.*, μὴ ἐπιλανθάνεσθε *memores estote.* Negatio expressa, contrariam affirmationem complectitur v. *Glassius* p. 232. Hebr. 2, 11. Achill. Tat. 1, 19. οὐκ ἀηδῶς *lubenter*, 2, 34. οὐκ ἄκοντα *lubentem* 8, 3. πόλεως οὐκ ἀσήμου *celebris urbis.* διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους] per *eam enim nonnulli angelos insoii hospitio exceperunt.* διὰ ταύτης iis haec felicitas contigit, hoc hospitalitatis praemium tulerunt. τινὲς Abrahamus, Lotus Gen. 18. 19. Manoa Iudd. 13. Male Vulgatus interpres verba nostra expressit: *latuerunt quidam angelis hospitio receptis.* Verbum enim λανθάνω, quod vel ita ponitur, ut comitem habeat accusativum personae (Aristoph. Nubb. 241. πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος; *quomodo non animadvertisti te obaeratum factum?* Ael. H. V. 1, 7. οὗτοι γοῦν, ὅταν αὐτοὺς λαθόντες ὑοσκυάμου φάγωσι *hi igitur cum inscii hyoscyamum comederint* ubi v. *Kühnius.* Philo. lib. de confus. lingu. p. 328. A. ἑαυτὸν λέληθεν ἀπατῶν. add. Xen. Oecon. 15, 11.) vel sine casu, cum participio alius verbi ita coniungitur, ut reddi debeat, *clam*, *inscius*, ut h. l. (Chrysost. οὐκ ἔλαθον ξεν. explicat: οὐκ εἰδότες ἐξένισαν) Aristoph. Plut. 755. οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον *quibus tandem cum hominibus versabar me clam.* Xen. Mem. 1, 2. 34. ὅπως μὴ λάθω τι παρανομήσας *ne qua in re inscius peccem.* Plato Phaedon. c. 58. ἡμᾶς οἰκοῦντας ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῆς λεληθέναι *nos in cavernis ipsius habitare clam nobis.* Lucian. dial. Mort. p. 299. *Graev.* ἐλελήθειτε δίδυμοι ὄντες *inscii eratis gemini.* Magnam aliorum exemplorum copiam legere cupientibus praebebunt *Albertius*, *Münthius*, *Palairetus*, *Wetstenius* ad h. l. cf. etiam de hoc usu loquendi *Heindorfius* ad Plat. Phaedon. p. 91 sq. et *Vigerus* p. 258. Deos in has terras descendere, et humana forma assumta, ut peregrinos et hospites hominibus apparere gentilium quoque opinio erat

v. Homer. Odys. ρ', 485. η', 199. Horat. Carm. 1, 28. 8. v. *Wetstenius* ad h. l. et *Heynii* Excurs. in Virg. Aen. Lib. 1. *de iis quae deorum praesentiam arguunt.* Magnam autem vim non poterat non habere argumentum exercendae hospitalitatis ex historia Israelitarum depromtum, hoc loco propositum, in animos epistolae huius lectorum, cum Iudaeis pergratum esset, providentiae atque amoris documenta a Deo maioribus data, quavis occasione recensere et praedicare. Sententia autem quam his verbis exprimere voluit scriptor, haec est: homines hospitalitatis studiosos insigni favore complectitur Deus. *Ialkut Ruben* fol. 42. 2. *quicunque hospitalitatem exercet, illius est paradisus.*

3. *μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι*] *memores estote eorum qui sunt in vinculis, tanquam et ipsi cum iis vincti sitis:* μιμνήσκεσθαι Hebr. זכר *recordari,* in hac orationis serie denotat: *adiuvare, curam habere,* ut Hebr. 2, 6. quo sensu etiam μνημονεύειν legitur Gal. 2, 10. Col. 4, 18. Spectat autem hoc praeceptum μιμνήσκεσθε κ. τ. λ. omnia, quibus ob religionis professionem in vincula coniectis succurri, eorumque miseria levari possit, quo pertinent preces (Act. 12, 5.), beneficia, cura de eorum salute et liberatione. ὡς συνδεδεμένοι indicatur his verbis affectus, qui talis esse debet, ac si una cum iis vincti simus, et nostra caussa agatur. Christianos autem illius aetatis sollicitam captivorum rationem habuisse, luculenter docet locus Luciani de morte Peregr. T. 2. p. 566. *Graev.* ubi haec leguntur: *ἐπεὶ οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα ἐκίνουν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. Εἶτ' ἐπεὶ τοῦτο ἀδύνατον, ἥγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ παρέργως, ἀλλὰ ξὺν σπουδῇ ἐγίγνετο — δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν ἐλέγοντο — καὶ μὴν καὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων ἐστὶν, ὧν ἧκόν τινες, τῶν Χριστιανῶν στελλόντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα postquam igitur in vincula coniectus est* (Peregrinus), *christiani hanc rem pro ingenti calamitate ducentes, omnia moverunt, ipsum eripere conantes.*

Deinde cum id fieri non posset, omnia saltem alia officia, non perfunctorie, sed sedulo praestabant — variae coenae inferebantur (in carcerem), *eorumque sermones sacri dicebantur. — Quin etiam constat ex Asiaticis urbibus venisse aliquos a christianis missos ex publico, qui opem ferrent, patrocinarentur et consolarentur virum.* *Böhmius*, ut in utroque enuntiato idem particulae ὡς sensus constet, verba explanat: *quippe* eius naturae et conditionis homines, qui ipsi quoque pro captivis sint, nempe in ecclesia pressa degentes. Haec vero interpretatio perquam contorta est, et cum usu loquendi conciliari nequit. Neque plane diversam sententiam, vulgari interpretatione admissa, posterius membrum v. continet. Sequitur enim: tanquam ii, qui iisdem malis obnoxii sunt, sitis igitur erga afflictos tales, quales erga vos alios esse vultis (Matth. 7, 12.), si vobis sint mala perferenda, omni ardore et studio, omni auxilio afflictis succurrite. *κακουχούμενοι* sunt ii, qui propter doctrinae Christi ingenuam professionem mala et calamitates perferunt. *ἐν σώματι εἶναι in corpore esse*, malis obnoxio i. e. vita adhuc uti facile misera. Porphyrius de Abstin. 1, 38. *εἰ γὰρ μὴ ἐνεπόδιζε τὰ αἰσθήματα τῇ τῆς ψυχῆς καθαρᾷ ἐνεργείᾳ, τί δεινὸν ἦν ἐν σώματι εἶναι; vivere.*

4. Sequitur cohortatio ad pudicitiam. *τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι*] *matrimonio inter omnes honor habeatur.* Cogitando adiiciendum est ἔστω, nam praecepta de moribus et officiis, imperativi praecesserunt et sequuntur v. 1. 2. 3. 7. 9. neque adeo cum *Beza*, aliis, supplendum ἐστί, *matrimonio honor habendus est*, *matrimonium est honestum.* γάμος *nuptiae*, saepius de *matrimonio* ipso adhibetur ut h. l. Sapient. 14, 24. *οὔτε βίους, οὔτε γάμους καθαροὺς ἔτι φυλάσσουσι.* Herodi. 3, 3. 10. *οὐ πάνυ τι ἡδόμενος τῷ γάμῳ.* 5, 6. 4. *ἁρμόζοντά τε καὶ σεβάσμιον εἶναι γάμον ἱερέως τε καὶ ἱερείας congruens esse et venerabile connubium sacerdotis maris et sacerdotis feminae.* Plutarch. PP. E. 2, 8. *γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν.* Verba *τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι* spectant coelibes. Videntur inter Hebraeos extitisse, ut acute suspicatus est *Böhmius*,

„similes istis a Paulo 1 Tim. 4, 3. notatis, qui matrimonii contemtu, quamquam ut ipsi putabant, pio, tamen facile sibi aliisque libidinis cuiuslibet exercendae tristem praeberent ansam.“ Confirmant hanc sententiam, quae infra v. 9. leguntur. ἐν πᾶσι inter omnes coelibes, nullo excepto. καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος] *nec lectus coniugalis contaminetur.* Matrimonio iunctis haec scripta. κοίτη est *torus*, *lectus coniugalis* id. qd. θάλαμος Sapient. 3, 13. ἥτις οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι. Per metonymiam *matrimonium ipsum* significat v. *Palairetus* ad h. l. Sensus: nolite adulteria committere. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεὸς] *scortatores autem et adulteros Deus puniet.* δὲ v. *Hermanus* ad Viger. p. 845. κρίνειν *condemnare* Ioh. 7, 31. ubi v. not. *punire* Ioh. 12, 47. Act. 7, 7. ubi v. Scortatores (πόρνους) et adulteros (μοιχοὺς), etiamsi (ut tum erat apud magistratus facilitas aut negligentia) poenas hominum effugerint, Deus puniet Rom. 1, 32.

5. ἀφυλάργυρος ὁ τρόπος] scl. ἔστω. *Sint mores vestri ab avaritia alieni.* 1 Tim. 6, 10. ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. Phocylides Carm. v. 38. Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. A christianis iis, qui de corradendis opibus solliciti erant, quod tempora tum essent difficilia, et facile possent parte saltem bonorum privari, aut in exilium eiici, nulla aut exigua beneficia exspectanda erant exulibus, vinctis, afflictis christianis, facile etiam habendi cupiditas eos ad defectionem a religione inducere poterat. τρόπος *mores* Hesych. ἦθος. Xen. Cyr. 2, 2. 11. στρυφνὸς τὸν τρόπον *moribus austerus* v. *Kypkius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. 1, 2. 3. Exc. p. 787. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι] scl. ἔστε· *contenti estote iis quae habetis*, *sorte vestra*, *facultatibus vestris.* Futura Deo committite. Matth. 6, 24. 33. Phocylides Carm. v. 3. 4. Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν. Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι *cave ne ditescas iniuste, ex iuste partis vive. Esto contentus praesentibus, et ab alienis abstine.* Alios locos similes vid. ap. *Kypkium* et *Palairetum.* αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν *ipse enim dixit. Böhmius* praeeunte *Beza*, per αὐτὸν intelligit

Christum, facile, inquit, hoc vocabulo Iesus Messias a suis potuit significari, sicuti Pythagoras a discipulis, et a servis quibuscunque herus, nudo illo vocabulo appellabatur. Provocat etiam ad 12, 14. 26. a quibus tamen locis nihil praesidii ad hanc explicationem confirmandam peti potest. Praecessit h. l. v. 4. nomen *Θεός*, iis in locis V. T. qui v. 5. 6. respiciuntur, loquens inducitur Deus, et de Deo Hebraei pronomen הוא usurpare solebant pro יהוה vid. Deut. 32, 39. Ps. 102, 28. quare dubitari non potest quin pronomen *αὐτὸς* ad Deum referendum sit. *οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω*] *non negligam te, neque te destituam.* Unde haec verba petita sint, non una est interpretum sententia. Ios. 1, 4. in versione Alexandrina legitur: *ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ· καὶ οὐκ ἐγκαταλιπῶ σε, οὐδὲ ὑπερόψομαί σε.* Deut. 31, 6. haec verba extant: *ὁ Θεός σου — οὐ μή σε ἀνῇ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ.* 1 Chron. 28, 20. *ὁ Θεὸς οὐκ ἀνήσει σε, καὶ οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ.* Dissentiunt igitur interpretes e quonam horum locorum verba nostra desumta sint. Cum vero nulli horum locorum haec verba accurate respondeant; alii statuunt, scriptoris menti non certum quendam locum obversatum esse, sed eum tantummodo sententiam expressisse. Mea sententia rectissime de hoc nostro loco iudicavit *Storrius*, adstipulatorem nactus *Böhmium.* Laudavit nimirum eadem quae h. l. leguntur, veluti oraculum quoddam Philo de confus. ling. p. 344. C. verba sunt: *διόπερ λόγιον τοῦ ἱλέου Θεοῦ μεστὸν ἡμερότητος ἐλπίδας χρηστὰς ὑπογράφον τοῖς παιδείας ἐρασταῖς, ἀνῄρηται τοιόν τε· οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω* *quamobrem oraculum propitii Dei, plenam bonitate spem egregiam ostentat disciplinae amatoribus, quod hic est redditum: non dimittam te, neque deseram.* Hinc suspicatur *Storrius* illam promissionem divinam in V. T. libris subinde occurrentem, in eam oraculi formam, qua h. l. et ap. Philonem legatur, redactam, in proverbium abiisse.

6. *ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν κ. τ. λ.*] *ut adeo fiducia pleni dicamus: dominus mihi adest, itaque nihil timeo, quid est quod contra me moliatur homo?* 1 Petr. 3,

13. Luc. 12, 4. Licet adversarii nos odio persequantur, bona nobis eripere possint, quid tandem mali nobis inferre valent? felicitas nos manet perennis v. 10, 32. 34. 36. 2 Cor. 6, 9. 10. Verba depromta sunt ex Ps. 118, 6. Similis locus Ps. 56, 5. *ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ.* v. 12. *ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.* Verbum *ποιεῖν* in malam partem positum est, ut declaret *nocere* v. Luc. 12, 4. *ἄνθρωπος humana imbecillitas.*

7. *μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν*] *memores estote antistitum* (ductorum) *vestrorum.* Vulg. *praepositorum vestrorum.* Verbum *ἡγεῖσθαι* usurpatur de praefectis quibusvis, inprimis de iis penes quos summa rerum est, sive in sacris, sive in civilibus. Sic Act. 7, 10. Iosephus vocatur *ἡγούμενος*, quem Aegypti rex praefecerat Aegypto et omni domui suae. Ap. Diod. Sic. p. 46. D. *Rhod.* vocabula *βασιλεὺς* et *ἡγούμενος* inter se permutantur: *καὶ τὰ μετὰ τὴν τελευτὴν δὲ γινόμενα τῶν βασιλέων παρ' Αἰγυπτίους οὐ μικρὰν ἀπόδειξιν εἶχε τῆς τοῦ πλήθους εὐνοίας εἰς τοὺς ἡγουμένους et quae post obitum apud Aegyptios regibus fiunt, non exiguam populi in principes benivolentiae demonstrationem habent.* Ezech. 43, 7. voc. *ἡγούμενος* in vers. Alex. exprimitur Hebr. מֶלֶךְ. ab Herodi. 3, 7. 2. 7, 7. 10. provinciarum praefecti dicuntur *ἡγούμενοι* Sir. 30, 18. memorantur *ἡγούμενοι τῆς ἐκκλησίας* i. *λαοῦ.* H. l. *ἡγούμενοι* iidem sunt, qui alias vocantur *προϊστάμενοι*, ut 1 Thess. 5, 12. (ubi *προϊστάμενοι* ecclesiae rectores, dicuntur etiam *νουθετοῦντες* doctores) *ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι*, praefecti ecclesiarum, quorum munus non tantum in moderamine cultus christianorum, in attentione ad vitam et mores eorum (13, 17.) positum erat, sed qui etiam religionis tradendae caussa lecti et constituti erant v. quae hanc in rem disputavimus ad Act. 20, 28. ubi ecclesiae Ephesinae *ἐπίσκοποι* v. 17. vocantur *πρεσβύτεροι.* Eos etiam Clem. Rom. 1 ep. ad Corinth. c. 1. *ἡγουμένους* dixit, verba sunt: *ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις.* c. 37. *κατανοήσομεν τοὺς στρα-*

τεινομένους τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν. Sine idonea ratione nonnulli opinati sunt, in Hebraeorum ecclesia hoc honoris nomine appellatos fuisse ecclesiae curatores. V. D. in *Bengelii Archiv für die Theologie* B. 4. p. 86. suspicatus est scriptorem antistites nominasse ἡγουμένους, ut lectores tacite commoneret de discrimine quod intercederet inter ipsorum praefectos, et sacerdotes Iudaicos, quorum splendorem forte desiderarent in suis antistitibus. Plures interpretes opinantur, ἡγουμένους h. l. memoratos eo tempore propter constantem religionis professionem supplicio fuisse affectos. Cui interpretationi, ut alii monuerunt obstat locus 12, 4. ubi diserte legitur, Hebraeos nondum usque ad sanguinis profusionem adversus defectionem restitisse. Fuerant ἡγούμενοι illi a religionis christianae adversariis vehementius vexati v. 10, 33. sed ad vitae finem usque se constanter gesserant. *ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν κ. τ. λ.*] *quorum diligenter considerantes vitae rationis exitum fidem imitamini. ἀναθεωρεῖν diligenter perpendere* vid. *Münthius* et *Wetstenius* ad h. l. nos ad Act. 17, 23. Nomen ἔκβασις quod omnino *exitum* indicat, de exitu belli legitur ap. Polyb. 21, 8. 6. de exitu vitae Sap. 2, 17. Qui de ecclesiae curatoribus et doctoribus supplicio affectis h. l. sermonem esse statuunt, ἀναστροφὴ de vita physica explicant, quo significatu hoc vocabulum neque in vers. Alex. neque in N. T. adhibitum extat, sed ut ἀναστρέφεσθαι (infra v. 18.) vivendi rationem declarat, ut adeo verba *τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς* sonent: vitae actae finem, quomodo vitam egerint usque ad mortem, *τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς* quam constanter usque ad vitae finem se gesserint. Alii verba interpretantur: quem habuerit vitae ratio eventum, perpendite praemia constantiae quae post mortem consecuti sunt. Huic vero interpretationi non favere videtur sententiarum nexus.

8. Aliam cohortationem additurus scriptor affinem ei quam v. 7. continet, ex eaque profluentem, nempe ut puram et incorruptam servarent Christi doctrinam, nec avitae religionis ritus cum ea coniungerent, generaliorem sententiam v. 8. praemittit. Minus recte nonnulli huius v.

verba cum iis quae praecesserunt connectunt, ut declaretur Christum fore perpetuum adiutorem eorum, qui doctrinam ipsius constanter profiteantur. Sed Χριστὸς opponitur διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις, atque adeo Christi doctrinam indicat, et sententia verbis inest haec: Christi doctrina perpetuo eadem manet Gal. 1, 8. 9. Ita Χριστὸς legitur Rom. 8, 10. Eph. 4, 20. χθὲς καὶ σήμερον *heri et hodie* respondet formulae Hebraicae גַּם־תְּמוֹל גַּם־הַיּוֹם i. e. olim et nunc Ex. 5, 14. χθὲς תְּמוֹל etiam Gen. 31, 2. notat: *antehac, superiori tempore*, ut ap. Aristoph. Plut. v. 344. σήμερον de tempore praesenti legitur Hebr. 3, 13. 2 Cor. 3, 15. הַיּוֹם Gen. 22, 14. Ies. 58, 4. H. l. χθὲς significat tempus a prima doctrinae Christi praedicatione elapsum; σήμερον tempus illud quo conditor huius epistolae eam ad Hebraeos scribebat. ὁ αὐτὸς *idem* Hebr. 1, 12. Liban. ep. 60. ἧκέ τις ἀγγέλλων, ὡς ἀποῤῥίψειας τι ῥῆμα περὶ ἐμοῦ φαυλότερον· ἐγὼ δὲ ἠπίστησα· καὶ πάλιν ἕτερος τὸν αὐτὸν ἐκόμιζε λόγον. ἐγὼ δὲ ἦν ὁ αὐτός. Lucian. dial. mort. T. 1. p. 314. *Graev.* τὸ αὐτὸ ἀεὶ quod semper idem est, non mutatur.

9. Quare *ne doctrinis variis et novis* (quae non sint partes doctrinae christianae) *vos abripi patiamini* (a tramite vero). Significat scriptor inprimis eos, qui rituum Mosaicorum tenaces, christianis Iudaicam disciplinam iniungere conabantur, quod genus hominum etiam Paulo negotium facessebat, ut ex ipsius epistolis constat. Pro περιφέρεσθε admonitu plurimorum optimae notae codicum legendum est παραφέρεσθε, probantibus *Millio* Proleg. n. 887. *Bengelio* in Apparat. Crit. *Wetstenio*, et hanc lectionem in ordinem receperunt *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Vaterus*, *Schottus*. Ex Eph. 4, 14. lectionem περιφέρεσθε in hunc locum translatam esse *Millius* et *Bengelius* autumant. Sed praepositiones περὶ et παρὰ, etiam in verbis compositis, centies a librariis inter se permutatae sunt v. *Lennepius* ad Phalarid. epp. p. 43. *Dorvillius* ad Charit. p. 285. 552. 629. ed. *Lips.* *Brunckius* ad Aristoph. Rann. 1068. *Piersonus* ad Moerid. p. 342 sq. *Abreschius* Auctar. Thuc. Vol. 2. p. 265. περιφέρεσθαι denotat

circumagi, huc et illuc agitari Xen. de magistr. equit. 3, 9. de Venat. 3, 5. et frequenter apud scriptores Graecos ponitur de navibus, quae exorta tempestate vehementiori, a vento et fluctibus agitantur. Maxim. Tyr. Diss. 1. p. 10. Vol. 1., ed. *Reisk.* ἡ δὲ κακοδαίμων ἐκείνη ναῦς περιεφέρετο καθάπερ ἀνδρὸς σῶμα μέγα καρηβαροῦν καὶ ὑπὸ μέθης σφαλλόμενον *infelix illa navis* (regis Aeetae) *non secus quam magni corpus hominis, quod gravedine aut ebrietate vertitur, huc illuc impellebatur.* Per metaphoram hoc verbum transfertur ad animum, qui *perturbatur, fluctuans, inconstans redditur.* Eccles. 7, 8. ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφὸν *vertiginosum* i. e. insipientem *reddit*; in textu Hebraico ibi legitur יְהוֹלֵל. add. Eph. 4, 14. ubi v. *Elsnerum.* Hesychius: περιφέρεται, πλανᾶται. Idem: περιφορᾶς, πλάνης. Verbum παραφέρεσθαι signat *abripi;* ep. Iudae v. 12. νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι (ita leg. non περιφερόμεναι). Herodi. 8, 4. 7. ἐπεισπηδήσαντες ἅμα τοῖς ἵπποις, διανήχεσθαι εἰθισμένοις παρενεχθέντες ἀπώλοντο *cum insiluissent cum equis tranare consuetis, ablati perierunt* ubi v. *Irmischius.* Ael. H. V. 9, 41. ὑπὸ τοῦ οἴνου παραφερόμενος. Plut. PP. E. c. 8. ὅγε μὴν πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων, μόνην οὐ δύναται παιδείαν παρελέσθαι *et bellum cum torrentis in morem omnia abripiat, solam doctrinam auferre non valet.* vid. *Gatackerus* ad Marc. Antonin. 4, 13. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 18, 35. et *Kypkius* ad h. l. In hac orationis serie significat: a vera et incorrupta doctrina deficere, varia dogmata perversa, a Christi Apostolorumque doctrina aliena, ei admiscere. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν κ. τ. λ.] *utile enim est animum recreari doctrina divina salutari, non legibus de usu ciborum, quas qui secuti sunt, nullam inde utilitatem perceperunt.* Diversas vias ac rationes ingressi sunt interpretes, ut planum huius effati sensum redderent. Extiterunt qui voc. χάρις explicarent *de favore Dei* condonantis, emendantis, consolantis: aut *de effectu favoris divini* h. e. de beneficiis, donis divinis, inprimis gratia Sp. S. emendante. Ex aliorum sententia χάρις declarat

doctrinam christianam, adiuncta beneficiorum divinorum significatione; aut beneficia quae Christo debemus, nimirum liberationem a iugo legis Mosaicae Gal. 5, 13. et spem felicitatis perennis 2, 3. 12, 22 sq. *Böhmius* χάρις *de gratiarum actione* (sic vertit *Castellio*), de gratiis Deo et Iesu Messiae habendis et agendis intelligit. Nomen *βρώματα* plures interpretantur *de ciborum delectu*, de cibis licitis et illicitis, de studio ciborum religiose distinguendorum; alii ob ea quae v. 10. leguntur, de *epulis sacris*, ut h. l. reprehendantur ii, qui persuadere conarentur christianis, etiamnum vescendum esse cum caeteris Iudaeis ea victimarum parte, quam Deus lege sua edendam concessisset v. Deut. 16, 14 sq. Hos. 8, 13. et notata supra ad 9, 10. et epularum sacrarum celebrationem, magni momenti partem cultus divini esse contenderent. Pro diversitate interpretationis verborum χάρις et *βρώματα*, diversae etiam extiterunt totius loci interpretationes, quarum potiores, pro instituti nostri ratione iam afferamus. *Michaelis* qui formulam *βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν* comparat cum Hebraica סעד לב *cor fulcire* (i. recreare) pro *edere* v. Gen. 18, 5. Iudd. 19, 5. verba ita explanat: praestat animum recreari gratia Dei libera et gratuito oblata, quam epulis sacris interesse et satiari carne victimarum, qui ita sacra faciunt, huic cultui dediti, (*deren Gottesdienst hierinne besteht*) parum inde utilitatis percipient. Sed hanc verbi *περιπατεῖν* significationem, *sacra peragere* non probavit. *Storrius:* praestat Christi favore animum recreari, quam epulis sacris e quibus nulla in eos redundat utilitas, qui ad eas celebrandas iter suscipiunt Hierosolymam. Quae tamen interpretatio verborum *ἐν βρώμασι περιπατεῖν* longius petita, nec usui loquendi consentanea est v. *Heinrichs*. *Böhmius* mentem et sententiam scriptoris ait esse hanc: belle utiliterque fieri a christiano homine quod gratiis Deo ac Iesu Messiae habendis et agendis, non vero cibis pro Iudaeorum et *ἑτεροδιδασκαλούντων* more ac doctrina observandis, firmum et stabilem in religione paret animum. Caeterum cum *Moro*, *Heinrichsio*, *Zieglero* (*Einleitung in d. Brief a. d. Hebr*. p. 119.)

doctrinam Iudaeorum de ciborum discrimine et delectu, pro omni Iudaico ad Christianismum perperam translato cultu h. l. allatam esse statuit. Liceat iam meam sententiam de singulorum verborum vi ac potestate, et loci sensu adiicere. *καλὸν* reddi debet: *conducit*, *utile est*, *iuvat*, idemque valet quod *συμφέρει*, *χρήσιμόν ἐστι*. Hanc significationem huic voci h. l. tribuendam esse, docent verba *οὐκ ὠφελήθησαν*. Sic *καλὸν* legitur etiam 1 Cor. 7, 1. 26. 9, 15. Verba *καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν* *Morus*, *Tellerus* in *Uebersetzung der Briefe der Apostel*, in parenthesi ponunt, citra necessitatem. *χάρις* cum opponatur *διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις*, et *βρώμασι* (de quo vocabulo deinceps videbimus) indicat doctrinam Christi integram et incorruptam cum omnibus commodis et ornamentis quae suis cultoribus praebet, ut Tit. 2, 11. Act. 13, 43. al. Recte *Michaelis* formulam *βεβαιοῦν τὴν καρδίαν* comparavit cum Hebraica סעד לב *recreare*, *reficere cor* cibo Gen. 18, 5. ubi *οἱ ό* habent: *καὶ φάγεσθε*· sed Iudd. 19, 5. 8. *στήρισον τὴν καρδίαν σου*. Ps. 104, 15. *καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει*. Similiter Homerus Odys. ε', 95. *Αὐτὰρ ἐπεὶ δείπνησε, καὶ ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ postquam coenaverat* (Mercurius) *et refecerat animum cibo*. H. l. autem de effectu religionis christianae sermo est, quae animum (*καρδίαν*) emendat, tranquillat et beat. *βρώματα*, ut verbum *περιπατεῖν* quod sequitur docet, idem declarat quod *διδαχαὶ* s. *ἐντολαὶ περὶ βρωμάτων*. Significantur autem non tantum *leges* de cibis licitis et vetitis vid. Hebr. 9, 10. Col. 2, 16. 20. 1 Tim. 4, 3. sed etiam de epulis sacrificalibus coll. v. 10. Has leges commemoravit scriptor tanquam exemplum doctrinae alienae, religioni christianae non admiscendae. *ἐν βρώμασι περιπατεῖν* denotat: legibus his cibariis convenienter vivere, eas sequi. Etenim formula *περιπατεῖν ἐν τινὶ* ita usurpari solet, ut significet: *convenienter alicui, ad normam et exemplum alicuius, e dictamine alicuius vivere*. Col. 4, 5. *περιπατεῖν ἐν σοφίᾳ*. Eph. 4, 17. *περιπατεῖν ἐν ματαιότητι τοῦ νοός*. 3 Ioh. 3. *ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖν*. Ioh. 8, 12. *ἐν σκοτίᾳ*. Eph. 5, 2. *ἐν ἀγάπῃ*. Act.

21, 21. τοῖς ἔθεσι (Μωσέως) περιπατεῖν. 2 Ioh. 6. περιπατεῖν κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου. Rom. 8, 1. κατὰ σάρκα περιπατεῖν. add. Col. 3, 7. οὐκ ὠφελήθησαν *nil iis profuit*. Etenim harum legum observatio nihil conferebat ad animi sanctitatem, tranquillitatem, beatitatem vid. 7, 18. 9, 9 sq. imo haec doctrina de ciborum usu, pretio et sanctitate, religioni christianae contraria et perniciosa erat, cum et defectum ab ea promoveret. Si vera sunt quae hactenus disputavimus, sensus verborum et cohaerentia haec est: Christi doctrina non est mutabilis, eadem in perpetuum manebit, ne igitur per varias et falsas doctrinas v. c. per doctrinam de cibis, ab ea abripiamini, nam ea sola nos potest felices reddere, non Dei cultus ritualis.

10. Locus impeditus qui multorum interpretum ingenia exercuit. Memorarat scriptor v. 9. βρώματα, quod vocabulum latiori sensu ceperat, non tantum de cibis licitis illicitisve, sed etiam sacris. Inde nunc occasionem sumit, de morte Christi disserendi, ita, ut Christum comparet cum sacrificio piaculari die expiationis solenni offerri solito. Erant autem, ut ad 9, 10. vidimus, apud Iudaeos sacrificia de quorum carne vesci licebat aut sacerdotibus solis, aut etiam sacrificium facientibus, sed de carne sacrificiorum piacularium maiorum et sacrificii quod die expiationis offerebatur, ne sacerdotibus quidem vesci licebat. Haec observatio facit ad accuratiorem intelligentiam verborum quae sequuntur: *habemus aram, unde tabernaculo addictis comedere non licet.* Haec verba cum iis quae praecesserunt, et quae v. 11. leguntur, ita cohaerent: nobis christianis non fidendum est legibus, quae cibos licitos illicitosve et sacros, omninoque ritus spectant, quos Iudaei religiose observant, nos habemus βρῶμα sacrum, et quidem praestantius, verum tale, quod ex lege Mosaica Iudaei comedere non possunt, est enim caro victimae piacularis. Sententia autem nuda et simplex, quam scriptor his verbis exornavit, haec est: qui esu ciborum sacrorum omninoque rituum Leviticorum observatione veram sanctitatem contineri opinantur, qui his riti-

bus confidunt, ad eos non pertinent fructus mortis Christi salutaris, ei enim non confidunt. Illa igitur Iudaica sacra deserenda sunt, in Christo eiusque morte unice spes et fiducia reponenda est. Vocabulum θυσιαστήριον in hac oratione figurata non est nimis premendum. Esus sacrificiorum, ut satis dilucide verborum vicinia docet, est h. l. res primaria. *Ex ara vesci* idem valet quod, ex victima vesci v. *Wineri Gramm. Th.* 1. p. 81. atque adeo ἔχομεν θυσιαστήριον omnino notat: nobis cibo sacrificali vescendi potestas data est. Versiculo duodecimo sermo est de morte Christi, quam tanquam victima piacularis sustinuit conf. 10, 10. 12. 14. 18. 26. Comparamus locum Ioh. 6, 51. 53. ubi formula occurrit *edere corpus Christi*, quae, ut ibi ostendimus, hunc in modum explicanda est: morte Christi frui, mortem ipsius in usum salutarem convertere. Sensus igitur h. l. est: nos perfrui possumus commodis quae Christi mors salutaris praebet. Plerique interpretes θυσιαστήριον per metonymiam positum esse censent pro θυσία *victima quae in ara offertur*, ut σωτήριον pro σωτήρ v. *Koppius* ad Rom. 3, 25. Citra necessitatem, ut videtur. Alii locum nostrum *de sacra coena* interpretantur, ut adeo θυσιαστήριον sit idem quod τράπεζα κυρίου 1 Cor. 10, 21. Alii per θυσιαστήριον intelligunt *crucem Christi*, alii *Christum ipsum* h. l. aram vocari autumant. Quae quidem interpretationes omnes sunt ab h. l. alienae. οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες proprie dicuntur sacerdotes v. Ezech. 40, 46. Ioel. 1, 13. h. l. cum opponantur christianis, significantur omnino Iudaei, ritibus Leviticis adhaerentes iisque confidentes. οὐκ ἔχουσι κ. τ. λ. iis non licet per legem Leviticam vesci nostro sacrificio. Est enim Christus victima piacularis v. 11. qui ergo legem Leviticam observant, hanc victimam spernunt, nec possunt bonorum quae Christi mors confert participes fieri. σκηνὴν vid. ad 8, 2.

11. Christi sacrificium est piaculare, sicut illud quod quotannis die expiationis solenni offertur ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων κ. τ. λ.] *nam quorum animalium sanguis peccatorum expiandorum caussa a pontifice in adytum infertur.* Locus parallelus Levit. 16, 27. ubi legitur: καὶ τὸν μόσχον

τὸν περὶ ἁμαρτίας, καὶ τὸν χίμαρον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, ὧν τὸ αἷμα εἰσηνέχθη ἐξιλάσασθαι ἐν τῷ ἁγίῳ, ἐξοίσουσιν αὐτὰ ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ κατακαύσουσιν αὐτὰ ἐν πυρὶ, καὶ τὰ δέρματα αὐτῶν, καὶ τὰ κρέα αὐτῶν, καὶ τὴν κόπρον αὐτῶν. Per ζῶα intelliguntur iuvencus et hircus v. Levit. 16, 5 sqq. et not. ad 9, 7. 12. τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς] *horum corpora comburuntur extra castra* vid. Levit. 16, 27. ἔξω τῆς παρεμβολῆς i. extra urbem; castra enim in deserto erant pro urbe, et quicquid (sunt verba Maimonidis apud *Grotium*) non licebat fieri intra castra, id postea non licuit intra urbem.

12. Non tantum in sacrificio piaculari die expiationis offerri solito, typum sibi reperisse visus est noster sacrificii Christi, sed etiam in loco in quo corpora illarum victimarum comburebantur. Etenim rationem reddit hoc in versu, cur Christus extra portam supplicium passus sit, ut nimirum etiam hac ratione similis esset victimis illis piacularibus, quarum corpora extra castra concremabantur. Adiecit autem haec scriptor, quoniam Iudaei inprimis offendebantur ignominioso supplicio, quod Christus perpessus erat v. 1 Cor. 1, 18. 23. ἵνα ἁγιάσῃ τὸν λαὸν *ut* per mortem suam *expiaret populum*, ei peccatorum veniam conciliaret. ἁγιάσῃ vid. ad 2, 11. 17. τοῦ ἰδίου αἵματος *suo sanguine*; contra vero pontifex alieno sanguine puritatem tantum civilem et sanctitatem externam comparabat vid. 9, 9. 13 sq. 10, 4. λαὸν scl. Θεοῦ populum christianum 4, 9. ἔξω τῆς πύλης *extra portam*; etiam castra Hebraeorum in deserto habebant portas v. Ex. 32, 26. in castrorum locum successit urbs, ut templum in tabernaculi locum. Formulae ἔξω τῆς παρεμβολῆς et ἔξω τῆς πύλης sunt idem valentes. Alexandrini Iudaei vocabulo πύλη expresserunt Hebraicum עִיר *urbs* Ier. 44, 6. et שַׁעַר *porta*, nomine πόλις Deut. 12, 15. 16, 5.

13. *Itaque exeamus ad eum extra castra, et perferamus contumeliam ipsius.* Particulam τοίνυν initio quidem periodi a scriptoribus Graecis poni, vocem tamen aliquam praecedere, monuerunt *Camerarius*, *Beza*, *Vige-*

rus p. 551. *Herm.* Quod falsum est. Aristoph. Acharn. v. 904. τοίνυν συκοφάντην ἔξαγε. Philo de agric. p. 204. τοίνυν ὁ ὀλυμπιακὸς ἀγὼν, μόνος ἂν λέγοιτο ἐνδίκως ἱερός. Ies. 3, 10. LXX. τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. 5, 13. τοίνυν αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη. 27, 4. τοίνυν διὰ τοῦτο ἐποίησε κύριος ὁ Θεός. 33, 23. τοίνυν πολλοὶ χωλοὶ προνομὴν ποιήσουσι. Exempla plura alia hanc in rem attulit *Lobeckius* ad Phrynich. p. 342. Locutioni figuratae: ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς plures interpretes hunc subiecerunt sensum: mittamus ecclesiam et sacra Iudaeorum, separemus nos a Iudaeis. Praeivit his interpretibus Theodoretus, cuius verba sunt: ἔξω τῆς κατὰ νόμον γενώμεθα πολιτείας, φέροντες τὰ ὑπὲρ τοῦ σεσωκότος ὀνείδη *recedamus ab institutis legalibus, ferentes probra pro eo qui servavit.* Cui interpretationi non favet contextus. Rectius verba explicuit Chrysostomus: τί δέ ἐστι, τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτόν; κοινωνοῦμεν αὐτῷ τῶν παθῶν, φέρωμεν αὐτοῦ τὸν ὀνειδισμὸν — ἔπαθεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὸν σταυρὸν αὐτοῦ αἴρωμεν καὶ ἔξω κόσμου μένωμεν. *quid est autem exeamus ad ipsum? simus participes eius perpessionum, feramus eius contumeliam — passus est, ut nos crucem eius feramus, et maneamus extra mundum.* Praecessit nimirum v. 12. Ἰησοῦς ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε extra portam s. urbem Iesus contumeliosam mortem subiit. Iam sequitur: exeamus ad eum (πρὸς αὐτὸν) extra castra s. urbem. Hoc proprie accipi nequit. Scriptor ipse locutionem figuratam explanat verbis: τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες h. e. ignominiosam mortem ut ille perferamus. Haec metuenda erat christianis, qui constanter incorruptam Christi doctrinam profitebantur v. 9. non seduci se patiebantur ab iis, qui ritus Iudaicos commendabant. Sensus ergo est: parati simus incorruptae Christi doctrinae caussa, ipsam adeo contumeliosam mortem perferre, qualem Christus subiit. Similis formula Matth. 10, 31. λαμβάνειν σταυρὸν h. e. promtum et paratum esse ad subeundum dirissimum supplicium. Scripsit epistolae auctor, indicaturus ipsam mortem contumeliosam religionis christianae caussa

subeundam, *ἐξερχ. π. αὐτ.* ἔξω τῆς παρεμβολῆς, non *πόλεως*, quamquam urbem respexit, ut ex v. seq. apparet, non tantum propterea, quia in mente habuit coll. v. 11. locum Levit. 16, 27. supra laudatum, et quia urbs Iudaeis erat, quod olim in deserto castra fuerunt, sed etiam propterea, quia in deserto lex lata, cultus Leviticus institutus erat, a christianis religioni Christi haud immiscendus coll. v. 9. cuius tamen neglectione odium et persecutiones Iudaeorum sibi parabant.

14. Additur caussa, cur ipsa mors ignominiosa christianis propter religionis professionem perferenda sit; felicior vita eos manet cf. Rom. 8, 17. 2 Tim. 2, 11. 1 Petr. 4, 13. *Etenim hic*, his in terris, *non habemus urbem quae maneat*, *sed futuram*, eandemque perpetuo duraturam *desideramus*. Per *τὴν μέλλουσαν πόλιν* intelligi debet *Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος* v. 12, 22. *τοὺς θεμελίους ἔχουσα πόλις* 11, 10. (quae ibi opponitur *σκηναῖς* v. 9. memoratis) *πατρὶς ἐπουράνιος* 11, 14. 16. sed *Hierosolyma coelestis* perpetuo duratura 11, 10. nostro est imago felicitatis perennis in coelo exspectandae vid. not. ad 12, 22. christianis per Christum partae 12, 23. 24. *πόλις οὐ μένουσα* est Hierosolyma terrestris, cum cultu Levitico per Christi religionem abrogato destruenda. Sententiae autem inter se ita cohaerent: Sicuti Christus ex urbe exiit, et mortem ignominiosam perpessus est, ita et nos ad eum exeamus, parati simus religionis Christi caussa ipsam mortem aeque contumeliosam subire. Nam Hierosolyma terrestris interibit et cum ea cultus Leviticus; inde nobis nulla salus speranda est, summa autem felicitas, eaque perpetuo duratura, per Christum parta, nos constantes ipsius cultores in coelo manet Phil. 3, 20. Qui *πόλιν domicilium* vertunt, sensum quidem utcunque exprimunt, sed significationem negligunt. Neque nobis arridet eorum interpretum sententia, qui generatim loci sensum ita constituunt: moriendum est omnibus, nulla iis his in terris sedes fixa est. Nam opponuntur h. l. christiani Iudaeis, et *μένουσα πόλις* ipsius civitatis durationem indicat.

15. *Propter eum igitur assidue Deo sacrificia offera-*

tius quae laudibus constant h. e. fructum labiorum Deum celebrantium. Cohortatio quam hic versus continet, non ex proxime praecedentibus deducitur, sed ex tota argumentatione, inprimis v. 10-12. Cohortatur scriptor lectores suos, ut Deum ob tanta beneficia per Christum in ipsos collata celebrent hymnis, precibus, ut eum colant, non ritibus externis, sed piis sensibus, beneficentia v. 16. θυσίαις quae animi cultu constent, πνευματικαῖς, ut Petrus loquitur 1 ep. 2, 5. Talibus sacrificiis Deum delectari epistolae auctor v. 16. profitetur, et Petrus l. l. ea θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ dicit. Iudaei varias res, quas Deo gratas esse scirent, cum sacrificiis comparabant, cum haec iis pars primaria cultus externi essent; sic studium verbi divini, hospitalitatem, beneficentiam, castitatem, sacrificium dicebant v. *Schöttgenius* Hor. Hebr. ad h. l. *Koppius* ad Rom. 12, 1. laudes Dei Philo de victim. offer. p. 849. E. Commode igitur scriptor laudes Deo debitas commendaturus imagine a sacrificiis petita uti potuit, et ad hanc imaginem deductus est, quia v. 9. 10. de cibis sacris et sacrificio verba fecerat, et ab iis qui sacrificium eucharisticum obtulerant epulae sacrificae instituebantur cf. not. ad v. 16. θυσία αἰνέσεως est Hebr. זֶבַח תּוֹדָה *sacrificium eucharisticum* Levit. 7, 13. 15. ubi οἱ ό habent θυσία αἰνέσεως. De verbo ἀναφέρειν vid. not. ad 7, 27. Sed θυσίαν αἰνέσεως ἀναφέρειν, quae formula proprio sensu legitur in versione Alexandrina 2 Chron. 29, 31. h. l. omissa imagine idem valet quod αἰνεῖν τὸν Θεὸν *Deum laudibus efferre.* δι' αὐτοῦ *propter Christum* qui peccata nostra, morte cruenta in cruce perpessa, expiavit coll. v. 12. Alii hanc vocem interpretantur hunc in modum: per Christum praestantiorem sacerdotem, quam Iudaici, qui sacrificia eucharistica offerunt, per Christum μεσίτην 7, 25. Christus Deo quasi offert nostrum sacrificium, atque ita Deo acceptum est. Alii explicant: doctrinae eius convenienter. Quibus interpretationibus multum coacti inest. διαπαντὸς *assidue* 1 Thess. 5, 17. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι. Ut ostenderet auctor, se non loqui de sacrificiis eucharisticis proprie sic dictis, adiecit verba: τουτέ-

στι, καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ non intelligo, inquit, pecora, oleum, aliosque terrae proventus, quos Iudaei in sacrificiis eucharisticis offerre solent, sed *laudes dico divinas*, quas tanquam fructus labia nostra progignunt. Laudes divinas sacrificiis illis praeferendas esse, his ipsis verbis declarat coll. v. 16. extr. Sic quoque Philo de victimis offer. p. 849. E. optimum et Deo acceptissimum sacrificium esse, ait, non ἑκατόμβας, sed viros ἀσκητὰς ὁσιότητος, qui ἀρίστην ἀνάγουσι θυσίαν ὕμνοις τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα γεραίροντες, τῇ μὲν διὰ τῶν φωνητηρίων ὀργάνων, τῇ δὲ ἄνευ γλώττης καὶ στόματος, μόνῃ ψυχῇ τὰς νοητὰς ποιούμενοι διεξόδους καὶ ἐκβοήσεις, ὧν ἓν μόνον νοῦς ἀντιλαμβάνεται τοῦ θείου *optimam adducunt victimam, hymnos in benefactorem et servatorem, partim labiis, partim absque ore et lingua in animo, et sic penetrantes ad Deum.* Et Iudaeorum magistri *sacrificia laudis* sola Messiae temporibus superfutura statuebant v. *Schöttgenius* Horr. Hebrr. et *Welstenius* ad h. l. καρπὸς χειλέων ex Hebraeorum loquendi consuetudine dicuntur *verba*, ut Ies. 57, 19. ubi נִיב שְׂפָתָיִם *proventum labiorum* interpretes Alexandrini reddiderunt καρπὸν χειλέων. Hos. 14, 3. cui loco noster allusit, de gratiarum actione, celebratione Dei in textu Hebraico extat formula פָרִים שְׂפָתֵינוּ *iuvenci labiorum*, quam οἱ ο΄ expresserunt: καρπὸν χειλέων ἡμῶν, quasi legerint פְּרִי מִשְּׂפָתֵינוּ *fructum e labiis nostris*, sed sensum expressisse videntur cf. ad h. l. *Rosenmüllerus*. ὁμολογεῖν *profiteri*, in versione Alexandrina respondet verbo Hebraico הוֹדָה ita, ut significet *laudare*, *celebrare*, quoniam qui laudant aliquem et celebrant, ei quasi fatentur et ostendunt, agnosci a se virtutes eius et laudes. Ita legitur ὁμολογεῖν in vers. Alex. Iob. 40, (9.) 14. et ἐξομολογεῖσθαι Ps. 7, 18. 30, 13. 75, 2. 122, 4. al. Itaque ὁμολογεῖν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ex Hebraica loquendi ratione denotat *celebrare Deum*.

16. Mos erat Iudaeorum, ut peractis sacrificiis eucharisticis ad epulas sacrificales invitarent etiam gentis suae pauperes vid. Levit. 7, 14 sq. Deut. 12, 12. 14, 29. 16, 11 sq. *Michaelis* *Mos. Recht* §. 143. p. 347. *Iahnii*

bibl. Archaeologie B. 3. p. 396. Hunc morem noster, qui v. 15. sacrificii laudis meminerat, respicit. Εὐποιΐα *beneficentiam* designat. Pollux Lib. 5. sect. 140. hoc vocabulum, quod explicat εὐεργεσία, χάρις, δωρεά, parum auctoritatis habere asseverat. Legitur ap. Alciphron. 1. ep. 10. ubi v. *Wagnerus*. Lucian. Imag. T. 1. p. 479. *Reitz.* Ioseph. Ant. 19, 9. 1. Marc. Anton. 8, 23. Alia loca dat *Wetstenius*. Hesychius: εὐποιΐα, ἐλεημοσύνη. Vocabula εὐποιΐα et κοινωνία sunt quidem synonyma, sed posterius, ut *Böhmius* monuit, priori per se non satis definito, lucem et pondus addit. κοινωνία *de beneficiis in egenos collatis* extat Rom. 15, 26. ubi Theophylactus: κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην quo vocabulo etiam h. l. verba εὐποιΐα et κοινωνία interpretatus est. Phavorinus: κοινωνία, ἡ ἐλεημοσύνη. *Beneficentiae et liberalitatis nolite oblivisci*, per λιτότητα dictum est pro beneficentiae et lib. studiosi sitis v. supra v. 5. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός] *talibus enim sacrificiis delectatur Deus.* τοιαύταις respicit ad laudes Dei et beneficentiam v. 15. 16. sed cum scriptor usus sit vocabulo τοιαύταις, declarare voluit, plura esse huius generis sacrificia πνευματικὰ (vid. ad v. 15.), atque intelligit omne probitatis ac pietatis exercitium. Med. εὐαρεστεῖσθαι notat *delectari aliqua re* v. *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. [illegible]

17. *Obedientiam praestate et cedite ductoribus vestris:* πείθεσθαι *parere, obtemperare* Iac. 3, 3. Gal. 3, 1. Act. 21, 14. ὑπείκειν significat: *cedere, non repugnare* Xen. Cyr. 8, 1. 33. ὑπείκειν τοῖς ἀμείνοσι. Plutarch. RP. Ert. 10. ἄρχουσιν ὑπείκειν cf. etiam *Loesnerus* ad h. l. Indicatur verbis πείθεσθε, ὑπείκετε obsequium quod cedit aliorum admonitionibus et eorum praeceptis se duci patitur, ut recte observavit *Bretschneiderus* in Lex. Man. sub v. ὑπείκω. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ κ. τ. λ.] *ipsi enim pro animis vestris vigilant, quippe* olim gesti muneris Deo *rationem reddituri.* ἀγρυπνεῖν ut γρηγορεῖν 1 Cor. 16, 13. Baruch. 2, 9. per metaphoram de iis ponitur, qui partes suas bene, caute et circumspecte agunt, omni studio et diligentia negotio alicui vacant Sap. 6, 15. Eph. 6, 18.

ἀγρυπνία cura, studium Sir. 34, 1. ubi *ἀγρυπνία πλούτου* et *μέριμνα πλούτου* inter se permutantur. Sic quoque usurpatur Lat. *vigilia* Cic. Phil. 7, 7. *idcirco in hac custodia, tanquam in specula collocati sumus, ut vacuum metu populum Romanum nostra vigilia et prospicientia redderemus.* Attic. 7, 13. *videsne in quem hominem inciderit respublica?* (sc. in Caesarem), *quam acutum, quam vigilantem, quam paratum?* ad Attic. 8, 9. *hoc τέρας* (Caesar) *horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. τοῖς ἡγουμένοις* vid. ad v. 7. *ὡς λόγον ἀποδώσοντες quippe qui rationem Deo reddere debeant.* Continent haec verba non modo caussam, cur Hebraei antistitibus suis obtemperare debeant, sed his ipsis quoque ecclesiae curatoribus reputanda commendatur muneris gravitas, cuius rationem Deus reposcat. Similis locus est Ezech. 3, 17. *ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι καὶ μὴ στενάζοντες*] *ut laeti non gemebundi hoc faciant,* munere suo fungantur. *τοῦτο* referri debet ad *τὸ ἀγρυπνεῖν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν,* non ad *ὡς λόγον ἀποδώσοντες,* illud enim est res primaria, verba *ὡς λ. ἀποδ.* ad indicandam rei primariae gravitatem adiecta sunt. *μετὰ χαρᾶς* exhilarati et confirmati vestra obedientia, fidei constantia, vita ad normam doctrinae Christi incorruptae composita. *στενάζοντες* si iustam de vobis conquerendi caussam habent. *ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο*] *hoc enim vobis non conduceret* i. e. *hoc enim vobis perniciosum foret.* Pronomen *τοῦτο* ad *στενάζοντες* referendum est. *λυσιτελής* proprie dicitur is, *qui vectigal, tributum solvit.* Phot. Lex. MS. ap. *Albertium* ad Hesych. T. 2. p. 506. *λύειν τέλη· λυσιτελεῖν·* qui hoc facit, aliis utilitatem affert, hinc *λυσιτελής utilis, ἀλυσιτελής inutilis, λυσιτελεῖν prodesse, conducere.* Hesychius: *λυσιτελεῖ, συμφέρει, ἐπωφελεῖ.* Id. *ἀλυσιτελὲς, ἀσύμφορον, ἀνωφελές.* Soph. Ai. 315. *τέλη λύει prodest.* Schol. *διαλελυμένως δὲ εἶπε τέλη λύει, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖ.* Sed h. l. *ἀλυσιτελὲς* per *λιτότητα* declarat: *noxium, perniciosum.* Quae loquendi ratio perquam usitata est scriptoribus Graecis atque Latinis. Xen. Cyr. 5, 2. 24. *ἀσύμφορον damnosum.* Sic Mem. 2, 6. 16. occurrit *ἀνωφελής,* eique iungitur *πονη-*

ρός. Theophr. Char. 8, 4. ἀλυσιτελῶς *cum damno*. Cic. Offic. 3, 21. *nihil inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit invenio* i. e. nihil magis noxium. v. *Krebsius* ad Plutarch. de audiend. poet. c. 9. p. 210. *Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l.

18. προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν *precamini pro me*. Pronomen ἡμῶν ad epistolae conditorem referendum esse v. 19. planissime docet. Male *Carpzovius* ἡμῶν etiam ad ἡγουμένους ante memoratos pertinere putat. περὶ id. qd. ὑπὲρ ut Col. 4, 3. Eph. 6, 8. Luc. 22, 32. cf. etiam *Fischerus* ad *Wellerum* Vol. 3. P. 2. p. 215. Verba quae sequuntur interpretes bene multi hunc in modum explanant: merito hoc officium a vobis exspectare possum, precibus vestris non sum indignus, *mihi enim persuasissimum est, me bonam conscientiam habere, cum omnibus in rebus recte versari studeam*. Hanc vero interpretationem *Michaelis* propterea improbandam iudicavit, quod conscientia bona ipsa sit persuasio te recte egisse. Assensorem nactus est *Böhmium*, qui observavit, non recte et concinne dici posse, ea fiducia esse ut credas te bonam habere conscientiam, tibi persuasum esse te eam habere, cum hoc ipsum, quod habeas conscientiam, vel bonam vel malam, esse debeat et pro rei natura utique sit cuique certissimum. *Michaelis*, *Cramerus*, *Eckermanus* verba reddiderunt: confido enim vos hoc facturos; *denn ich erwarte dies zuversichtlich von euch*. Sed huic explicationi non favere videtur addita particula γάρ. Praeferenda est *Böhmii* ratio, qui verba ita convertit: *fidenti enim animo sumus;* atque notat, verbum πεποιθέναι eodem significatu legi in versione Alexandrina Prov. 28, 1. δίκαιος δὲ ὥσπερ λέων πέποιθε, et πεποιθὼς addito verbo substantivo Iob. 11, 18. πεποιθώς τε ἔσῃ, ὅτι ἐστί σοι ἐλπίς. Hac interpretatione admissa, mens atque sententia epistolae auctoris, qui concise scripsit, haec est: *erecto enim animo sum*, (*ich bin getrost*) laeta quaeque a Deo spero, Deus preces vestras, quibus haud sum indignus exaudiet, *quia bona conscientia gaudeo*. Similis locus 2 Cor. 1, 11. 12. Caeterum perquam probabile est scriptorem bonam

suam conscientiam commemorantem inprimis respexisse christianos qui ritus Iudaicos cum religione christiana coniungendos putarent, et nimio patriae amore tenerentur, cum docuerit legem Mosaicam abrogatam, et penitus antiquatam esse.

19. Quid praecipue a Deo expetendum sit, declarat. *Vehementius autem vos adhortor, ut hoc faciatis*, ut preces pro me faciatis, *quo citius vobis restituar*. περισσοτέρως nonnulli coniungunt cum verbis τοῦτο ποιῆσαι, vertunt: vos exhortor, ut eo studiosius faciatis. Sed ipse verborum ordo docere videtur περισσοτέρως iungendum esse verbo παρακαλῶ, cum non legatur παρακαλῶ δὲ περισσ. τοῦτο ποιῆσαι. Comparativi formam τάχιον serioris aetatis scriptoribus usitatam fuisse, cum melioris notae scriptores, si a paucis exemplis discesseris, librariorum ignorantia forte corruptis, usi sint voce θᾶσσον, docuit *Lobeckius* ad Phrynich. p. 76 sq. ἀποκατασταθῶ ὑμῖν *ad vos reducar, vobis reddar* vid. Proleg. §. 1. Verbum ἀποκαθιστάναι in vers. Alex. respondet Hebr. השׁיב *reducere in patriam* Hos. 11, 11. Ier. 23, 7.

20. ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης] *Deus autem salutis auctor*. Hoc sensu etiam Paulus Deum dixit Θεὸν εἰρήνης 2 Cor. 13, 11. 1 Thess. 5, 23. et vocabulum εἰρήνη ut Hebraicum nomen שׁלום a scriptoribus sacris frequenter ita adhiberi ut *felicitatem* declaret, tritum est v. Gen. 44, 11. ubi לְשָׁלוֹם οἱ ο' reddiderunt μετὰ σωτηρίας. Rom. 1, 7. εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ. Supra 7, 2. βασιλεὺς εἰρήνης. A Deo optat scriptor ut lectores perfectos reddat in omni virtutum genere v. 21. et a Deo hoc exspectari posse ea ratione evincit, quod ὁ Θεὸς εἰρήνης Christum in vitam revocarit. Sunt igitur ut orationis contextus docet, verba Θεὸς εἰρήνης latiori significatu sumenda, ita, ut *felicitatis christianae auctorem* designent, a quo ergo etiam exspectandum sit τὸ καταρτίζειν ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, neque adeo cum *Böhmio* aliisque vertenda: *pacis, concordiae auctor*. ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν] *qui ex mortuis reduxit*. ἀνάγειν notat: *sursum, in loca superiora ducere*, Act. 9, 39. Ponitur autem hoc verbum de iis qui a morte ad vitam revo-

cantur, quia שְׁאוֹל, *ᾅδης*, *orcus*, locus est subterraneus, in quem ex opinione Hebraeorum omnes manes et animae a corpore seiunctae recipiuntur; quam opinionem Hebraei habebant cum Graecis et Romanis communem v. not. ad Matth. 16, 18. Ps. 30, 4. 72, 20. Palaeph. fab. 41. de Alcestide: Ἡρακλῆς αὐτὴν διὰ τὴν εὐσέβειαν — ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ ᾅδου ἀπέδωκεν Ἀδμήτῳ. Ioseph. Ant. 6, 14. 2. τὸ γὰρ τῶν ἐγγαστριμύθων γένος ἀνάγον τὰς τῶν νεκρῶν ψυχὰς — ἐξ ᾅδου. add. Rom. 10, 7. Sap. 16, 13. Commemoravit noster Christi in vitam reditum tanquam testimonium illustre quo Deus eius doctrinam probavit. Eo consilio saepius Apostoli ad Christi in vitam reditum provocant cf. Act. 17, 31. 13, 33. Rom. 1, 4. 1 Cor. 15, 17 sq. ubi v. *Heydenreichius*. τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν] *pastorem ovium magnum*; τὸν μέγαν, qui κατ᾽ ἐξοχὴν est magnus, qui omnes auctoritate, dignitate superat vid. not. ad 4, 14. A Petro 1 ep. 3, 25. Christus dicitur ποιμὴν καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν. et 5, 4. ἀρχιποίμην et Christus ipse se dixit ποιμένα τὸν καλὸν Ioh. 10, 12. Scilicet scriptores cum sacri tum profani, eos qui aliis praesunt, qui imperium in alios habent, curam gerunt aliorum salutis, comparare solent cum pastoribus. In libris V. T. haud uno in loco reges et principes nominantur *pastores*, ut Ier. 22, 22. 23, 1. Ez. 34, 2. Mich. 5, 4. al. et Deus ipse hoc nomine insignitur Ps. 23, 1. Philo de Agricult. p. 193. D. οὕτω μέντοι τὸ ποιμαίνειν ἐστὶν ἀγαθὸν, ὥστε οὐ βασιλεῦσι μόνον καὶ σοφοῖς ἀνδράσι καὶ ψυχαῖς τέλεια κεκαθαρμένοις, ἀλλὰ καὶ Θεῷ τῷ πανηγεμόνι δικαίως ἀνατίθεται *adeo pascendi munus honestum est, ut non regibus solum et sapientibus viris et animis perfecte purificatis, sed et Deo omnium rectori iuste tribuatur*. Hom. Il. α΄, 263. reges dicuntur ποιμένες λαῶν. Xen. Mem. 3, 2. 1. Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν. Eurip. Suppl. 191. πόλις δὲ σὴ — καὶ νεανίαν ἔχει σε ποιμέν᾽ ἐσθλόν. Anacr. 60, 8. οὐ γὰρ ἀνημέρους Ποιμαίνεις πολιήτας. Saepius etiam societas hominum, quae alicuius imperio subiecta est, omnes qui sunt alicuius curae et tutelae commissi, discipuli qui alicuius doctrinam profitentur, comparantur cum

grege, cum *ovibus* v. Ez. 34, 16. 17. 31. Ier. 13, 17. Matth. 9, 36. Ioh. 10, 11. 14. 16. 21, 16. 17. Luc. 12, 32. ubi Christi sectatores dicuntur *ποίμνιον*. add. Act. 20, 28. 1 Petr. 5, 2. Sic et h. l. christiani dicuntur *πρόβατα*, et vocabulo *ποιμὴν* de Christo adhibito non modo inest notio doctoris, sed etiam regis et domini, Messiae. Verba quae sequuntur *ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου per sanguinem foederis aeterni*, declarant, quo iure Christus dicatur et sit *ὁ ποιμὴν ὁ μέγας*, quia nimirum sanguine suo, morte sua, novam religionem sancivit et stabilivit. Sic *αἷμα τῆς διαθήκης* legitur Matth. 26, 27. add. Ioh. 10, 12. 15. ubi Christus se cum pastore comparat, qui ovium salutis caussa vitam deponat. Act. 20, 28. *ἣν (ἐκκλησίαν) περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ecclesiam suo sanguine sibi acquisivit.* De voc. *διαθήκη* vid. not. ad 8, 6. 8. 9, 15. *αἰωνίου* recte Theodoretus: *αἰώνιον τὴν καινὴν κέκληκε διαθήκην, ὡς ἑτέρας μετὰ ταύτην οὐκ ἐσομένης* v. 12, 27. 13, 8.

21. *καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ*] *vos perfectos reddat in omni virtutum genere*: *καταρτίζειν* vid. ad 10, 5. 11, 3. h. l. significat *perficere, perfectum reddere*, ut 1 Petr. 5, 10. id. qd. *ἄρτιον ποιεῖν* 2 Tim. 3, 17. *εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα αὐτοῦ ut voluntati ipsius satisfaciatis.* *Böhmius* praeeunte *Heinrichsio* notat, verbis *ποιεῖν τὸ θέλημα* designari rem finitiorem, alias enim existere tautologiam, et lectores *κατηρτισμένους ἐν π. ἔ. ἀ.* eosdem dici ac *ποιοῦντας τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ*, explicat igitur haec verba de constantia in fide retinenda a christianis calamitatibus pressis exhibenda, ut 10, 36. Sed nihil h. l. in contextu reperitur, quo haec interpretandi ratio adiuvetur. Nec tautologia verbis inest. Sensus enim est: nam voluntas ipsius est, ut sitis virtutis studiosi. *ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ*] *efficiens in vobis, quae ei grata sunt, per Iesum Christum.* *ποιῶν ἐν ὑμῖν* idem valet quod *ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν* Phil. 2, 13. efficiat in animis vestris per I. C. eiusque doctrinam, quae ei grata sunt, ipsius voluntati conveniunt, quibus verbis indicatur omnem vivendi rationem ad religionem christianam tanquam normam componendam, eamque constanter retinen-

dam esse. Adiectam doxologiam *ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων cui sit gloria in perpetuum*, sunt qui ad Deum referant, et verba *ποιῶν — Ἰησοῦ Χριστοῦ* uncinis includenda praecipiant, quod alias maxime Deus pater ita collaudari soleat, et scriptoribus sacris usitatum sit, quotiescunque singularis cuiusdam beneficii divini mentionem fecerint, in laudes eius erumpere v. Gal. 1, 5. Rom. 1, 25. 2 Cor. 11, 31. 1 Petr. 5, 11. Rectius vero alii hanc doxologiam Christum spectare statuunt, quam sententiam verborum ordo commendat, et alii loci confirmant, qui doxologiam in Christum continent v. 1 Petr. 4, 11. 2 Petr. 3, 18. 2 Tim. 4, 18. Apoc. 1, 6. De formula *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*, cui similes sunt, quae in vers. Alex. leguntur *εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος* Hebr. עֲדֵי־עַד Ps. 72, 15. 91, 8. עֹלָם וָעֶד Ps. 20, 4. al. *εἰς γενεὰς γενεῶν* דּוֹר וָדוֹר Ioel. 2, 2. Sir. 39, 12. v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 326. 328. In fine orationis apposita vox *ἀμὴν* (*ita fiat*, celebretur per omnia secula) Hebr. אמן, est particula optantis, approbantis, unde Alexandrini Iudaei eam expresserunt *γένοιτο* Num. 5, 22. Deut. 27, 15. Suidas: *ἀμὴν, πεπιστωμένως, ἀληθῶς, ἢ ἀντὶ τοῦ γένοιτο*. Ier. 28, 26. *ἀληθῶς*. Iudaei, si sacerdos aut alius preces ad Deum fecerat, aut laudes eius celebraverat, acclamabant אמן *ita fiat! ratae sint preces!* v. Num. Deut. l. l. l. l. Hic mos etiam in coetibus christianorum receptus erat v. interpp. ad 1 Cor. 14, 16. Iustin. M. Apol. 2. p. 161. *τοῦ προεστῶτος, συντελέσαντος τὰς εὐχὰς, καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων· Ἀμήν.*

22. *παρακαλῶ — ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως*] *rogo autem vos, fratres, ut cohortationes meas aequo feratis animo. ἀνέχεσθαι aures praebere, in bonam partem accipere* 2 Tim. 4, 3. Philo lib. quod omn. prob. lib. p. 870. D. Sine ulla idonea ratione *Pricaeus* ad Tit. 1, 9. corrigendum esse suspicatus est *ἀντέχεσθε firmiter tenete*. Aculeatis sententiis subinde distincta erat epistola, ideo rogat auctor lectores, velint in bonam partem accipere cohortationes suas interdum paulo severiores. *λόγος τῆς παρακλήσεως* male Vulgatus interpres vertit: *verbum*

solatii, haec enim significatio ut vocabulo παράκλησις subiiciatur, non permittit appositum verbum ἀνέχεσθε, sed denotat *cohortationem*, *admonitionem*, ut Phil. 2, 1. 1 Tim. 4, 13. Per τὸν λόγον τῆς παρακλήσεως *Limborchius*, *Carpzovius*, *Heinrichsius*, alii, totam epistolam intelligendam esse contendunt; quibus recte obiecerunt alii, sic non perspici quomodo scribere potuerit epistolae auctor διὰ βραχέων ἔγραψα, cum ea non brevis, sed satis longa sit. Male *Semlerus* in *Beyträge zu genauerer Einsicht des Briefs an d. Hebr.* haec verba non nisi ad ea quae hoc in capite leguntur, pertinere putat. Neque probari potest *Chr. Frid. Schmidii* verborum interpretatio: paucis tractavi, quae in his literis de vera et summa filii Dei dignitate dicenda habui. Rectius alii τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως et διὰ βραχέων tantum ad cohortationes, admonitiones et reprehensiones quas haec epistola continet, referenda statuunt. Hac sententia admissa his verbis scriptor lectores rogat, ut eas aequi bonique consulant, praesertim cum hac in re brevior fuerit, etsi longior esse potuerit. διὰ βραχέων id. qd. δι' ὀλίγων 1 Petr. 5, 12. Lucian. Toxar. 56. p. 34. ed. *Iacob.* διὰ βραχέων λεκτέον. cf. etiam *Wetstenius* ad h. l. ἐπιστέλλειν ut Lat. *mittere*, saepius ita ponitur ut idem valeat quod γράφειν *scribere* v. Xen. Cyr. 4, 5. 26. Thucyd. 7, 14. Ael. H. V. 10, 20. ubi v. *Perizonius*. Philo ad Cai. p. 1031. A. ὁ δὲ Ἀγρίππας — δέλτον λαβὼν ταῦτα ἐπιστέλλει *Agrippa — sumtis tabellis haec scripsit.* Cic. epp. ad Attic. 2, 2. *nam ita ad me mittunt, Nigridium minari in concione.* Epp. ad Div. 16, 9. *Curio misi, ut medico honos haberetur.* vid. *Cortius* ad Sallust. Bell. Cat. 32.

23. *Scitote Timotheum fratrem vinculis esse liberatum* (al. *esse profectum*) *quo comite, si citius venerit, vos invisam.* Qui a Paulo hanc epistolam profectam esse statuunt, Timotheum h. l. memoratum, illum fuisse censent Pauli comitem et in evangelio praedicando socium, cuius Apostolus in epistolis suis magna cum laude mentionem fecerit, quem etiam 2 Cor. 1, 1. Col. 1, 1. ut h. l. simpliciter dixerit ἀδελφόν. Verba γινώσκετε τὸν ἀπολελυμένον

Schulzius vertit: nostis Timotheum e vinculis dimissum, *ihr kennet den Bruder Timotheus, den losgekommenen.* Verum, ut probe animadverterunt *Steudelius* in *Bengelii Archiv für die Theologie* B. 4. p. 85. et *Mynsterus* in libro inscripto: *kleine theologische Schriften* p. 118. si hic verborum sensus esset, per leges linguae scribendum fuisset *τὸν ἀπολελυμένον*, et *γινώσκετε* in hac orationis serie non est indicativus, sed imperativus. *Schleusnerus* in Lex. *γινώσκετε* vertit: *humaniter* Timotheum *excipite* e carcere dimissum. *Storrius: honorate Timotheum, haltet T. in Ehren.* Sed significationem quam subiecerunt verbo *γινώσκειν*, non probarunt. Nonnulli *ἀπολελυμένον* praeeunte Theodoreto (qui ad hanc vocem notavit haec: *ἔδειξεν ὡς δι' αὐτοῦ πέπομφε τὴν ἐπιστολήν*) reddiderunt *missum*, *Storrius: ad vos cum his literis missum.* Sed *ἀπολύειν* simpliciter positum, nusquam notat *mittere*, nec h. l. scriptum extat *ἀπ' ἐμοῦ, πρὸς ὑμᾶς*, ut Act. 15, 33. ubi legitur: *ἀπελύθησαν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους dimissi sunt a christianis ad Apostolos.* Verbum *ἀπολύειν* significat *dimittere, abire iubere*, ut Matth. 14, 15. Act. 23, 22. et inprimis adhibetur *de captivis qui dimittuntur, e custodia emittuntur*, ut Act. 3, 13. Med. *ἀπολύεσθαι abire, discedere* Act. 28, 25. Diod. Sic. 3. p. 116. A. cf. *Dresigius* de Verb. Med. p. 198. *Elsnerus* ad Marc. 6, 36. *Raphelius* Polybb. p. 408. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 2, 3. Quare alii, cum ex Actis App. de captivitate Timothei nihil constet, h. l. huic verbo *discedendi, proficiscendi* notionem tribuerunt, ut significaretur, Timotheum tunc temporis evangelii praedicandi caussa aliquo discessisse. Neque huic explicationi obstant verba *ἐὰν ἔρχηται*, quae ea admissa sonant: *si redierit.* Pronuntiavit quidem *Schulzius*, nusquam *ἔρχεσθαι* ita adhiberi ut sit idem quod *ἀνέρχεσθαι redire;* sed erravit v. *Krügerus* ad Xen. Anab. 2, 1. 1. nos ad Matth. 24, 46. Simplicior tamen et contextae orationi perquam accommodata videtur eorum ratio, qui cum Chrysostomo, Theophylacto, Oecumenio verba explicant: *scitote Timotheum vinculis esse liberatum.* Quodsi vero etiam in horum interpretum partes discedendum pu-

tamus, et Timotheum Pauli comitem, non alium eiusdem nominis doctorem christianum h. l. nominatum esse statuimus, inde tamen non consequitur Paulum esse huius epistolae auctorem habendum. Timotheus enim, ut recte observavit *Böhmius*, cum pluribus viris apud christianos principibus coniunctus esse potuit, et cum ex Actis App. nil de eius captivitate constet, serius in vincula coniectus esse.

24. ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν] *salutate omnes antistites vestros.* Intelligendi sunt presbyteri ecclesiarum quae in variis locis erant, quibuscum haec epistola, certae cuidam ecclesiae destinata, communicanda erat, aut plurium in eadem urbe congregationum praefecti Phil. 1, 1. quare etiam πάντες οἱ ἅγιοι memorantur. Quam posteriorem sententiam priori praeferendam putamus v. Prolegg. cap. 2. 2) p. XXIX. *Böhmius* suspicatur πάντας ἡγουμένους epistolae auctorem scripsisse propterea quod inter eos essent, quos nimium faventes Iudaicis sacris, ob id ipsum amice a se vellet salutatos, quippe secundum 12, 14. εἰρήνην διώκων μετὰ πάντων (sed v. 17. simpliciter scripserat ep. auctor πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις), eademque de caussa eum ad τοὺς ἁγίους repetiisse vocem πάντας. In explicandis verbis οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας *Itali*, in varias partes abierunt interpretes. Praepositio enim ἀπὸ ut Hebr. מ ita poni solet, ut *patriam* aut *domicilium* indicet v. nos ad Matth. 15, 1. atque adeo οἱ ἀπὸ Ἰταλίας dici possunt *ii*, *qui in Italia versantur*, *Italiae incolae*, ut Act. 17, 13. οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι dicuntur Thessalonicenses qui nondum urbem reliquerant. Ioh. 11, 1. Lazarus qui Bethaniae aegrotabat dicitur Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας vid. *Raphelius* Annott. in N. T. ex Polyb. et Arrian. p. 74. Qui Paulum epistolam hanc scripsisse opinantur, monent ἀπὸ τῆς Ἰταλίας idem valere quod ἀπὸ Ῥώμης coll. Act. 18, 2. v. *Iaspisius* ad h. l. et *Neue theol. Annalen* 1818. B. 2. p. 770. ubi *Schulthessius* verba explicat: fratres qui nobiscum sunt *in* Italia, salutem vobis *ex* Italia nuntiant; cum ἀπὸ ponatur pro ἐν si quid *in* loco ita geratur, ut simul

alterius loci habeatur ratio. Contra vero monuerunt alii, Paulum si epistolae auctor fuisset, et Romae eam exarasset, scripturum fuisse *οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ* ut 2 Tim. 1, 15. *οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ*. Petrus 1 ep. 5, 13. *ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή*. Sed verbis *οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας* significari etiam potuerunt christiani *qui ex Italia venerunt*. Sic Matth. 15, 1. *οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι*. Hierosolymitani, in illa urbe habitantes, qui in Galilaeam venerant. Matth. 21, 11. *Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρέτ*. Ioh. 12, 21. *Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδά*. Plures si quis requirat locos ei satisfacient *Fischerus* Animadvv. ad *Welleri* Gram. Gr. Vol. 3. P. 2. p. 115. *Matthiae Grammatik* §. 572. Th. 2. p. 1129. Hanc rationem utpote simpliciorem plerique interpretes praeferendam duxerunt. Hos ex Italia advenas, *Michaelis*, *Semlerus* l. l. *Noesseltus* Opuscc. p. 274. *Storrius*, *Mynsterus* l. l. p. 115. fuisse statuunt Aquilam et Priscillam, Roma edicto Claudii a. 52. pulsos (vid. Commentar. nostr. in Acta App. ad 18, 1. et Prolegg. p. 33. ed. 2.), quorum saepe Paulus in epistolis suis mentionem fecerit v. 1 Cor. 16, 19. Rom. 16, 3. 2 Tim. 4, 19. Sed cur eos non appellavit epistolae auctor? Quare alii per *τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας* alios christianos intelligunt, ex Italia profugos tempore persecutionis Neronianae, quae initium cepit a. C. 64. et usque ad annum 67. duravit.

INDEX.

A.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 33. l. 14. *refragatur*. P. 57. l. 28. *beneficia*. P. 73. l. 8. *ad* pro at. P. 86. lin. ult. קדשים P. 115. l. 27. *καταλείπειν*. P. 137. l. 36. *similitudinis* P. 142. l. 5. add. *Jahrg*. 1830. *Heft* 1. p. 70. sq. P. 166. l. 28. leg. §. 534. p. 1050. add. *Wineri Gramm. d. N. T. Sprachidioms* p. 283. *ed*. 3. P. 236. l. 4. add. *Gesenii Lehrgeb*. §. 166. P. 655. *Alti Gramm. Ling. Gr. qua script. N. T. usi sunt* p. 31. sq. 35. sq. *Matthiae Gramm. Th*. 2. p. 551. *et quae observavit V. D. in Journal für Prediger herausg. v. Bretschneider, Neander, Goldhorn und Fritsch. Jahrg*. 1827. *Sept. u. Oct*. p. 155. Pag. 254. l. 26. *offerre*. P. 261. l. 10. leg. *Hermanus ad Viger*. p. 860. P. 278. l. 29. *etiam christianos*. P. 322. l. 8. *interprete* (vertit: *morte intercedente*) P. 347. l. 17. ὁλοκαυτώματα. P. 349. l. 22. *cum Rabbini*. P. 361. l. 3. *hoc verbo scriptor*. P. 370. l. 2. pro: *consulto* leg. *sua sponte*. P. 458. l. 6. *Christus dicitur*. P. 474. l. *sunt imago*. P. 509. l. 19. *quae varii*.

Proleg. p. XVI. l. 15. *percunctatos*. l. 29. *infra*.